HENRICI Linckens / D.

Sereniſs. Duc. Palatin. Solisbac. nec non inclytæ Reip. Norib. Conſil. & Pandect. in Univerſitate Altdorfina Prof. Publ.

p. m.

TRACTATUS
DE
JURE EPISCOPALI,

Quo

Ejusdem diverſæ Functiones ex genuinis Divini pariter ac Canonici Juris Principiis, cum perpetua ad *Proteſtantium Eccleſias Applicatione*, conſiderantur: noviſſimis *Imperii Germanici Sanctionibus* declarantur;

Potioresq; *Juris Canonici & Eccleſiaſtici* materiæ, in gratiam Praxi Conſiſtoriali operam navantium proponuntur,

additis SUMMARIIS CAPITUM, & RERUM *Indice copioſo*,

à

B. Autore ante obitum reviſus, multis in locis auctus & altera jam vice editus.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ,

Impenſis PAULI GÜNTH. Pfotenhauer / Bibliop. Coburg.

Literis ANDREÆ GÖBELII, Typogr. Duc. Sax. Hilperh.

M DCXCVII.

SERENISSIMO PRINCIPI
AC

DOMINO,
DN. ALBERTO III.

DUCI SAXONIÆ,
JVLIÆ, CLIVIÆ AC MONTIVM,
ANGRIÆ ET WESTPHALIÆ,
LANDGRAVIO THVRINGIÆ,
MARCHIONI MISNIÆ,
COMITI CVM PRINCIPALI DIGNITATE HENNEBERGIÆ,
COMITI IN MARCA ET RAVENSBVRGO,
DYNASTÆ RAVENSTEINII.
S. CÆSAREÆ MAJESTATIS SVPREMI
CAMPI MARESCHALLI LEGATO,
ET LEGIONIS PEDESTRIS
DVCI,

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,

IN

SVBMISSI ANIMI

SIGNVM,

PRO EXHIBITA SINGVLARI

GRATIA,

CONTINVANDAEQVE CLEMENTIAE

INCITAMENTVM

TRACTATUM

DE

JURE EPISCOPALI

SACRUM ESSE VULT

humillimus Servus

Paulus Gün.th. Pfotenhauer.

AD

Digitized by Google

AD
CANDIDUM LECTOREM.

A*Bſolvimus tandem* de Jure Epiſcopali *penſum noſtrum, illiq; , favente Numinis Divini gratia, jam ultimam impoſuimus manum. Hunc igitur laborem tuo nunc, L. B. ſubjicio limato judicio ac benignæ cenſuræ, quæ mihi tam accepta tamq; grata erit, quam urgens fuit ſtimulus, qui conatibus noſtris anſam dedit, quiq; ex Dedicatione pariter ac Proœmio TIBI prolixior innoteſcet, vel maxime vero ſubinde accrevit, quod unam vel alteram harum Diſſertationum Amicis haud diſplicere, Themaq; hoc ambitu ſuo potiores Juris Canonici comprehendere perſenſerim partes. Eqvidem non diffiteor, varios hactenus, tum Catholicæ, tum Evangelicæ Religionis Scriptores hoc argumentum pertractaſſe, interq; hos conſummatiſſimum Juris Civilis non minus ac Canonici Interpretem, & profundæ eruditionis JCtum*, B Dn. Ziglerum, de Epiſcopis *haud ita pridem edecumatum divulgaſſe Tractatum, cui me multum debere, non nego. Quia tamen optimi hujus JCti laudatiſſimum ſtudium nonnulla Diſſertationum*

noſtrarum anteceſſerunt, illudq́, qvantum ex ejus collatione cognovi, potiſſimum ſibi propoſuit, Epiſcoporum conſtitutionem, officium, vivendi rationem, & mores in genere ex Antiqvitatibus Eccleſiaſticis conſiderare, non vero omnia & ſingula Epiſcoporum Jura in ſpecie evolvere: reliqvorum vero Auctorum induſtria & noſtris quoq́ cogitationibus locum reliqviſſe videtur; Idcirco cœpta haud deſerenda, ſed potius ad umbilicum perducenda eſſe duxi, ita qvidem, ut ſingulis functionibus ac Juribus Epiſcopalibus perpetuam ad Eccleſias Proteſtantium, *ſive Aug. Confeſſ. addictorum*, applicationem, *inſimulq́ declarationes in Sanctionibus Imperij hinc inde occurrentes adderem, hocqve modo reapſe docerem: Jus Diœceſanum & Jurisdictionem Eccleſiaſticam per* Pac. Relig. & Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec. *in Imperio noſtro ratione Proteſtantium quidem ſuspenſam, hoc ipſo tamen Jus Epiſcopale neutiqvam ſublatum, ſed in Proceres potius Evangelicæ Religionis translatum eſſe, qui illud æqve in ſuis territoriis exercent, uti Pontificiorum Epiſcopi in ſua diœceſi, utut modo à regulis Juris Canonici diverſo. Qva occaſione quidem nonnulla controverſia, in qvibus Noſtratibus cum Pontificiis res eſt, inſerenda fuerunt, eo tamen, qvo decet, moderamine, ut inde colligi qveat, Candori noſtro ſolum veritatis ſtudium pro meta, promotionemq́ Divinæ gloriæ, nec non Eccleſiaſticæ concordiæ conſervationem, pro unico ſcopo fuiſſe, neutiqvam vero inanem qvandam vanamq́ gloriolam, qvam ſibi alij communiter ex hoc ſtudiorum genere pollicentur, qvalem nec ſperavi unqvam, probe ſciens: Exactam hujus argumenti tractationem & majorem librorum copiam, & aliud ingenium, aliudve otium, qvàm mihi supereſt, reqviſiviſſe. Deniqve, ſi qvid à Nobis commiſſum fuerit, qvod lima & animadverſione tua, Lector ingenue, dignum cenſes, in meliorem, qvæſo, accipias partem, ſisqve veriſſimi apophthegmatis Imperatorij*, in l. 2. §. 14. C. de V. J. E. *traditi, mecum probe memor:* In nullo penitus peccare, divinitatis magis, quam humanitatis eſſe. *Vale ac fave.*

INDEX

INDEX CAPITUM.

Prooemium.

De Uſu Juris Canonici in terris Proteſtantium.

CAP. I.

De Origine Juris Epiſcopalis, ejusqve ad Proteſtantes translatione.

CAP. II.

Cum brevi repetitione prioris Capitis agit de Definitione & Diviſione Juris Epiſcopalis.

CAP. III.

De Cauſa efficiente Juris Epiſcopalis.

CAP. IV.

De Subjecto Juris Epiſcopalis, ubi conſiderantur Perſonæ ad Hierarchiam pertinentes.

CAP. V.

De Modis acqvirendi Jus Epiſcopale.

CAP. VI.

De Subjecto Paſſivo, ſive Diœceſi, & perſonis Juri Epiſcopali ſubjectis.

CAP. VII.

De Diverſis Juris Epiſcopalis Capitibus in genere.

CAP. VIII.

De Quibusdam Ordinis Epiſcopalis Juribus.

CAP. IX.

De Reliqvis Ordinis Epiſcopalis Juribus.

CAP. X.

Digitized by Google

CAP. X.

De Lege Diœceſana.

CAP. XI.

De Jurisdictione Eccleſiaſtica, ejusqve circa Clericos functione.

CAP. XII.

De Cauſis ad Jurisdictionem Eccleſiaſticam ſpectantibus, earumq; Proceſſu.

CAP. XIII.

De Pœnis Eccleſiaſticis, vindicativis & medicinalibus, earundem Remiſſione, Indulgentiis, aliisq; Jurisdictionis Eccleſiaſticæ connexis.

CAP. XIV.

De Statu ac Dignitate Epiſcopali.

CAP. XV.

De Modo exercendi Jus Epiſcopale, ejusq; in terris Proteſtantium prætensâ Reviviſcentia Epiſcoporum Catholicorum.

CAP. XVI.

De Effectu Juris Epiſcopalis, ejusqve remediis ac Fori Competentia.

CAP. XVII. Idq; Ultimum.

De Contrariis Juris Epiſcopalis, ejusq; à Jure Sacrorum differentia.

CONCLUSIO.

Monita quædam adjiciens.

I. N. J.

Digitized by Google

I. N. J.

PROOEMIUM.

Summaria.

1. & 2. Uſus Juris Canonici in terris Proteſtantium per ejusdem obſervantiam probatur.
3. Præcipuè quoad materiam Juris Epiſcopalis.
4. Plura à Theologis, JCtis atque Politicis in Jure Canonico notantur.
5. Ob illa tamen non totum ſtatim rejiciendum eſt Jus Canonicum.
6. Exemplo Juris Civilis ab Ethnicis lati.
7. & 8. Multa quoque, quæ de cauſis civilibus in Decretalibus habentur, ob juſtam, quâ ſubinde nituntur, rationem penes Nos obſervantur.
9. Jus tamen Canonicum ſecundum nonnullos prolixum vix meretur ſtudium.
10. & 11. Varii recenſentur Tractatus de Jur. Epiſcopalibus editi.
12. & 13. Ratio proponitur, ob quam hujus Diſcurſus elaboratio ſuſcepta.

IAm ante hos complures annos de Jure Epiſcopali *Diſcurſum* 1
Inauguralem in inclutâ Jenenſi propoſuimus, in eoque *præloquii gratia* Juris Canonici *vim & valorem in* Foris Proteſtantium *paucis & vel tribus ſolum, prout vulgo loquimur, deduximus verbis. Poſtquam verò hactenus* 2
ſubinde data occaſione Juris Canonici *ipſius perluſtravimus volumina, eo majorem circa perſonas, res & cauſas Eccleſiaſticas perſpeximus uſum, quo minus hæc omnia Jure Civili Juſtinianeo pertractata videmus, ut adeo haud diffiteri queamus, exceptis iis, quæ ad Hierarchiam Sedis Pontificiæ fundandam pertinent, aliisq; quæ præcipue in Jure Canonico re-*

centiori & noviſſimo, Tridentino ſcilicet Concilio, Sacræ Scripturæ atque articulis fidei Evangelicæ contrariari videntur, Reformatione Religionis in priori Seculo facta, diſpoſitionem Juris Canonici non tam ſublatam, quam potius ad fora Proteſtantium tranſlatam, quinimo jam antea uſu forenſi comprobatam fuiſſe, neq; Lutherum Decretales Witteberga concremantem hoc ſuo facto, cui etiam tunc temporis JCti, Henningius ſcilicet à Goeden & Hieronymus Schurffius, contradixerunt, omnem omnino Juris Canonici aut voluiſſe aut potuiſſe intervertere autoritatem.
3 Vel unica Juris iſtius Epiſcopalis materia, omnium judicio ſumme perplexa ac difficilis, exempli loco nobis ſufficere poteſt; Hanc namque maxima ex parte, licet ſobriè, etiam in noſtris Curijs ex Jure Canonico deducendam atq; illuſtrandam eſſe, nemo forſitan, qui ipſius complexum breviter ſolummodo inſpexit, negabit. Quamvis ergo nonnulli Theolo-
4 gorum Proteſtantium paulo durius de Jure Canonico ſenſerint, quamvis etiam magni nominis JCti huic Juri multorum malorum cauſam adſcripſerint, atq; Politici ſummæ auctoritatis complura in illo notarint, quæ ſine injuria & contumelia Reipubl. Germanicæ vix ac ne vix quidem tolerari poſſunt, quibus tandem aliæ rationes, interq; eas ſtabilita in hoc Jure Papalis Monarchia ſuccurrunt cauſæ; Attamen ob has aliasq; ratio-
5 nes non ſtatim omne reprobandum, atq; è foris noſtris expellendum eſt Jus Canonicum, quod circa receptionem Jus Civile in noſtra Germania prævenit. Tollendus potius abuſus, atq; quod contra fidem aut libertatem Eccleſiæ pugnat, amputandum, cæteris verò ſuus non denegandus vigor.
6 Sane & Jus Civile Romanum maxima ex parte à Gentilibus, ſicq; à Chriſtiana fide plane alienis hominibus compoſitum, atq; ad Chriſtianos tranſlatum eſſe ſcimus, & tamen neminem hactenus hanc ob cauſam ejusdem abrogationem aut obtinuiſſe, aut unquam impetraturum eſſe credimus.
7 Eſto ergò, quod Jus Pontificium, in Decretalibus magis conſpicuum, imperium Romani Pontificis etiam in Civilibus uſurpatum firmare ſtudeat, hancq; ob cauſam ultra Jus Canonicum, quod in Decreto Gratiani continetur (atq; ſecundum effatum edecumati JCti Dn. Schilter. in Præfat. Inſtitut. Jur. Can. ad Lectorem, à Pontificio ſua natura differt, licet uſu ferè commiſceatur) etiam de rebus & cauſis civili-
8 bus diſponat; Nihilominus tamen in multis quoq; materijs Iuris Civilis præcepta ad caſus Eccleſiaſticos ſpecialiores applicat, hocq; modo ad illuſtrationem & declarationem Juris Iuſtinianei conducit, in alijs verò Canones atq; Epiſtolæ Pontificum decretales tam juſta ſubinde atq; probabili ratio-

ne ni-

ne nituntur, ut non minimam in Scholis pariter ac Foro Proteſtantium nobis ex Iure Canonico polliceri queamus utilitatem, non ſolùm in cauſis Eccleſiaſticis, & quæ conſcientiam ac proceſſum judiciarium concernunt, ſed & in aliis jure Imperii expreſſe & perſpicue non definitis caſibus, Vid. Jurisprudentiæ noſtræ decus, Dn. Lauterbach. Concl. For. Exerc. 1. concl. ult. *Hinc Germanorum Papinianus* Dn. Mev. p. 3. deciſ. 133. num. 4. in Evangelicis, inquit, Eccleſiis Jus Canonicum non parvi æſtimatur & recipitur, non ob poteſtatem autoris, ſed ob rationem & autoritatem conſtituti. Multa enim continet etiam in his, quæ Eccleſias, earum miniſteria & jura concernunt, quæ ad pium rectumq; ordinem & uſum conferunt, non rejicienda. *Licet* 9
ergo vel maxime feliciſſimo Juris Canonici Interpreti Dn. Ziegl. in Diſſertat. de Origin. & Increment. Jur. Canon. §. 66. *facillime largiamur, quod ob utilitatem iſtam, quam Ordinationes Conſiſtoriales Proteſtantium ſubinde notabiliter reſtringunt, teſte JCtiſſimo* Dn. Stryck. in add. ad cordati JCti Dn. Brunnem. Ius Eccleſ. lib. 1. c. 3. §. 4. *tam prolixum & tædioſum, quod ipſi ſæpius impendi ſolet, Ius Canonicum vix promereatur ſtudium, non omne tamen ob ejusdem in variis articulis factam receptionem omittendum aut negligendum eſt, cum hodienum in terris Proteſtantium ad ſummum Doctoris gradum utriusq; Iuris ſcilicet Civilis & Canonici peritia requiratur, atq; Praxis Conſiſtorialis ſæpius penitiorem Iuris iſtius cognitionem requirat. Hacq; ratione commoti, ha-* 10
ctenus Diſcurſum iſtum Inauguralem, ob diſtractionem exemplarium jam ante multos annos plane quaſi ſepultum, denuo reaſſumendum duximus, ita quidem, ut tanquam fœtus immaturus, quem modica Iuris hujus 1
peritia & defectus librorum neceſſariorum tunc temporis in publicum protuſit, meliori ſoboleſcat ac in publicum prodeat forma. Equidem haud ignoramus, non ſolum Laurent. Ohm. *quid Iuris Epiſcopalis ſit, breviter quidem, plane tamen & ſolide, teſte* Mev. p. 2. dec. 305. n. 3. *explicaſſe, poſtq; eum*, quorum nomina veneramur, Havemann. Sithmann. Carpz. libr. 1. Jurispr. Conſiſtor. def. 1. & ſeq. Brunem. lib. 7. Jur. Eccleſ. c. 6. membr. 12. ibiq; Dn. Stryck. ac Gerhard. in Loc. Theol. de Miniſter. Eccleſ. §. 108. & ſeq. *de Jure Epiſcopali in terris Proteſtantium ex profeſſo ſcripſiſſe; ſed & præter varias Noſtratium Diſſertationes, quarum una etiam in hac noſtra Norica univerſitate ventilationi conſveta propoſita fuit*, Dn. Ziegler. *de Epiſcopis profundæ Eruditionis divulgaſſe Tractatum, in quo ea, quæ vitam, functiones & jura*

Epiſcoporum concernunt, ex antiquitate Eccleſiaſtica, dictis Patrum &
11 *decretis Conciliorum ſolide deduxit; Catholicorum porro de Epiſcopis at-*
que Miniſtris Eccleſiaſticis, electione & conſecratione, officio item Iuris-
dictione, poteſtate, ordine, pracedentia, ſtatutis atq; ſacra Eorundem
autoritate infinitos extare Tractatus, quorum viginti novem recenſet Au-
guſtinus Barboſa, Luſitanus, Epiſcopus Ugentinus, in indice eo-
rum, qui de re pertinente ad dignitatem, officium & poteſtatem
Epiſcopi tractârunt, ejusdem tripartitæ Deſcriptioni Paſtoralis So-
licitudinis *ſive de* Officio & Poteſtate Epiſcop. præfixo, *in quo opere*
12 *iterum* Jura Epiſcoporum *prolixius evolvit. Horum omnium tamen*
induſtria noſtro quoque conamini ac labori ſuum rel quiſſe videtur locum;
Noſtri quippe inſtituti eſt, ſingulas functiones Iuris Epiſcopalis non ſolum
ex principijs ſuis deducere, ſed & perpetua ad Eccleſias Proteſtantium
applicatione & ſanctionibus modernis in Receſſibus Imperij hinc inde oc-
currentibus ita declarare, ut B. Lector, cumque eo quivis, qui Praxi Con-
ſiſtoriali operam navat, reapſe videat & experiatur, Iurisdictionem Ec-
cleſiaſticam atque Ius Dioeceſanum Epiſcoporum Catholicorum in Impe-
rio noſtro ratione Proteſtantium quidem ſuſpenſum, non tamen propterea
Ius Epiſcopale plane ſublatum, ſed in Proceres potius Evangelica Religio-
nis translatum eſſe, qui illud, utut modo à Regulis Iuris Canonici diver-
ſo hodienum in ſuis territorijs exercent, prout ex ipſo Tractatu fuſius ap-
parebit. Proinde hujus materia tractationem denuo, non hoc fine atque
animo, ſuſcepimus, ut in Catholicorum Epiſcopos invehamur, atque
hujus rixoſi ſeculi, aut blateronum more ipſis negotium faciamus. Hanc
13 *enim ſcribendi cacoëthen ſemper deteſtati ſumus. Sed ut convenienti*
modeſtia, quam cum varijs Imperij Receſſibus ipſa Pacif. Monaſteri-
enſ. art. 5. §. 17. *ſuadet, demonſtremus, quanam ſit Iuris Epiſcopalis*
ex principijs Iuris Divini ac communis, maxime verò Canonici conditio,
ſubjuncta iſta declaratione, quomodo Statibus Imperij Proteſtantibus
in ſuis provincijs atque ditionibus competat, atque in Eccleſiis noſtris ho-
dienum obtineat. Quid præſtitum fuerit, Eccleſia, omniumque piorum
judicio ſubmittimus: Deum verò, ut labori huic Eccleſiaſtico cle-
mentiſſimè annuat, ſupplicibus rogitamus
precibus.

CAPUT

CAPUT I.

Originem Juris Epiſcopalis ejusque ad Proteſtantes translationem præmittit.

Summaria.

1. Ratio, cur de origine ac translatione juris Epiſcopalis prius agatur.
2. & 3. Sicut poſt lapſum hominum ad conſervationem juris naturalis optimum fuit remedium Societas.
4. Ita poſt reconciliationem hominis regeniti in cauſa ſalutis noſtræ Eccleſia.
5. Communio hæc duabus abſolvitur partibus fundamentali regula atque externo regimine.
6. Poſterius iterum continet curam Sacrorum & exercitium Miniſterii Eccleſiaſtici.
7. Cura hæc civilis poteſtatis pars vel potius totius Eccleſiæ eſt.
8. Quam populi Iudaici Antiſtites & Reges in V. Teſt. geſſerunt.
9. In novo verò, poſtquam Chriſtianiſmum profeſſi ſunt, Imperatores, non excluſo tamen populo.
10. Hinc & Epiſcopos conſtituerunt.
11. Eodem jure uſi ſunt tum Reges Francorum atque Imperatores Germanici usque ad Henricum V. tum etiam Populus, usque dum ſeculo duodecimo ſibi electionem vindicarunt Canonic.
12. Romano Catholici Principatum ſacrum & omnem religionis curam aſſignant Pontifici.
13. Rectius tamen hæc ipſi denegatur, ubi exemplum Regis Galliæ adducitur.
14. Ut Miniſtri Eccleſiæ conſtituantur, neceſſitas & utilitas expoſcit.
15. De his, cum natura pauca mandaverit, Superiores certi quid conſtituere poſſunt.
16. & 17. Sacerdotium quondam Patres atq; eorundem primogeniti usq; ad tempora Aaronis exercuerunt.
18. A Chriſto Apoſtoli, ab Apoſtolis verò Paſtores & Epiſcopi conſtituti fuerunt.

Digitized by Google

19. & 20. Sine omni differentia atque prærogativa, ſecus ac vult Concil. Trident.

21. Fideles ſolum emergentes controverſias ob rationem adductam Miniſtris Eccleſiæ vel fratribus fidelibus componendas commiſerunt.

22. Poſtea ordinis gratia Presbyteris prælati fuerunt Seniores, ubi latius deducitur, quod inter Epiſcopos & Presbyteros nulla interceſſerit differentia.

23. His ſurrogati ſunt digniores, qui tamen propterea nullam acceperunt Jurisdictionem.

24. Sed Clericis à priſca ſanctimonia deflectentibus, ut inter miniſtros Eccleſiæ Imperium intercederet, neceſſarium fuit.

25. Ætate Chryſoſtomi & Hieronymi ſola ordinatione & impoſitione manuum ſuper Presbyteros aſcenderunt Epiſcopi.

26. Poſtea non ſolum varia acquiſiverunt jura, ſed & judicia illorum Eccleſiaſticæ publicis ſunt confirmata Conſtitutionibus, quorum plures usque ad Iuſtinianum recenſentur.

27. Sequioribus temporibus præcipuè ſub Carolo M. laxior & major reddita eſt Epiſcoporum poteſtas, usque dum ſeculari ſe planè ſubduxerunt poteſtati.

28. Hæc tamen ἀνάβασις Epiſcoporum non uno eodemque tempore contigit.

29. Poteſtas ergo, Miniſterio Eccleſiaſtico competens dogmatica ſolum eſt, & quidem juxta Auguſtanam Confesſionem duplex.

30. Primis temporibus gloria Epiſcopo conſiſtebat in innocentia vitæ ac prædicatione verbi divini.

31. & ſeq. Variæ recenſentur cauſæ, quibus Jus Epiſcopale ortum ac incrementa debet, ubi quid vocetur mare magnum.

33. Confirmatio ex Heidegger. additur.

34. Jus Epiſcopale meri Juris Eccleſiaſtici eſt.

35. Demonſtratur per Jura Epiſcopalia in c. 16. ✗. de Offic. Jud. Ordin. propoſita.

36. Genera poteſtatis Eccleſiaſticæ varia ex Heidegg. ſeparantur.

37. Deductio Iuris Epiſcopalis ex moribus Eccleſiæ & Gentium aliarum antiquisſimis facta rejicitur.

38. Probabilius ex Decimis & Jure Aa-

Digitized by Google

re Aaronis in Hierarchia Judaica deducitur.

39. Sed & decimarum diverſitas à Jure Epiſcopali demonſtratur.

40. Jus Aaronis in Hierarchia Judaica fuit typicum.

41. Neq; ipſi aut ordini Levitico Jus circa Sacra conceſſum fuiſſe, demonſtratur.

42. Neque etiam ex novo Teſtamento atque Eccleſia primitiva Chriſtiana Ius Epiſcopale deduci poteſt.

43. Ergo vel Eccleſiæ conſenſu, vel uſurpatione Epiſcoporum vel Imperatorum benignitati tribuendum, hi enim triplici modo Epiſcopis Iurisdictionem conceſſerunt.

44. Auguſtanæ Confeſſionis Autores ſecundum Politiam Canonicam Epiſcopos agnoſcunt ipſisque Proteſtantes poteſtatem, qua pollent, haud denegant.

45. Nam duplicem Epiſcopi hodie repræſentant perſonam atq; duplici gaudent jurisdictione, Epiſcopali ac Politica.

46. Relativè disquiritur, an modus conſtituendi Epiſcopos per confirmationem Pontificis Imperio noſtro utilis ſit.

47. & 48. Recenſentur querelæ Nationis Germanicæ contra Pontificem & Ordinem Eccleſiaſticum.

49. Imperatoribus ob ſciſſa in partes ſtudia prohibitis Reformatio remedium præſtitit.

50. Qua occaſione per pacif. Religioſ. Iura Sacrorum recuperarunt Proteſtantes.

51. Recenſentur membra Pacis Religioſæ.

52. Inter ea hûc pertinet (1.) conceſſa retentio bonorum Eccleſiaſticorum, quæ explicatur.

53. (2.) Suſpenſio Iurisdictionis Epiſcopalis, quæ ob controverſias de ea etiam inter Theologos Proteſtantis exortas, optimo conſilio facta eſt.

54. Suſpenſio hæc non fuit particularis, ſed univerſalis quoad omnes actus.

55. Prius quidem voluerunt Dillingenſes in Compoſ. Pac.

56. Contrarium tamen contra ipſos ex Pac. Relig. demonſtratur.

57. Præcipue ex Inſtrum. Pacis, per quod Pax Religioſa evidentius declarata eſt.

58. Inſtrumento huic occaſionem dederunt Edictum Ferdinandi, & Epiſcoporum

Digitized by Google

rum Catholicorum conatus.

59. Per inſtrumentum illud, exceptis caſibus relatis, tota jurisdictio Eccleſiaſtica contra A. C. addictos eſt ſuſpenſa.

60. Hoc Inſtrumentum non obſtante declaratione Nullitatis à Pontifice interpoſita inter Leges publicas Imperii receptum eſt.

61. Sic ergò cum jure Epiſcopali Eccleſiaſtica Poteſtas Statibus Evangelicis conceſſa, vel potius reſtituta eſt.

62. Et quidem usq; ad plenariam religionis compoſitionem, quæ conditio juri Evangelicorum non refragatur.

63. Status Aug. C. duplicem hactenus ſuſtinuerunt perſonam.

64. Iura Sacrorum cum juribus Epiſcopalibus confundi non debent, licet communiter fiat.

65. Demonſtratur, cui competat jus Sacrorum & in quibus conſiſtat.

66. Ius Epiſcopale, juri Sacrorum ſubordinatum, enarratis conſtat functionibus.

67. Hoc jus Epiſcopale Epiſcopis & penes Nos Dominis quoque territorii competit.

68. Adjicitur, per quos jura Sacrorum & Epiſcopalia penes Nos exerceantur.

1 CUm ab incrementis ac progreſſu juris Epiſcopalis, nec non ad noſtrates facta translatione tota hujus Diſcurſus cognitio dependeat; ideo, antequam ſpecialiora proponantur, hæc omnia fundamenti loco, ut omnem poſtmodum tractationem dilucidiorem
2 reddant, præmittenda eſſe duximus. Sicut autem, poſt corruptum primævi hominis ſtatum, atque invaleſcentem mundi malitiam, inter media, per quæ ad integritatem, cui naturale atq; connatum jus erat adaptatum, primi homines redire, atque iſtius, utpote divinæ, adeoque immutabilis legis, cuſtodiam & praxin
3 obtinere poſſent, *Societas* pro aptiori complacuit. Hujus enim gratia ſtatim cum primis hominibus coaluerunt eorundem gnati, auxit illam poſtmodum ulterior progenies, atque multiplicatum genus humanum, adeoque natura ad ſocietatem inclinans, produxit primo ſocietatem domeſticam, hæcque peperit & junxit familiam, ex qua reliqua incrementa prodierunt, peculiaribus

Digitized by Google

tibus pro iisdem nexibus receptis, ut ſolide deducit *Mev. in Pro-*
drom. Iurispr. Iuris Natur. & Gent. inſpect. 5. præprimis §. *3. 4. at-*
que 19. Ita quoque ad ſalutis noſtræ atque religionis fundamen- 4
tum & primordium, *reconciliationem* ſcil. *hominis regeniti* cum
DEo, quæ interna atque privata eſt, ut *publica* quædam ac com-
poſita accederet *Societas*, generis humani ſvaſit ſpiritualis cura,
ac ſumma neceſſitas. Homines ergo, ob internam illam, quæ ſin-
gulis cum DEo intercedit, unionem, *communionem* probârunt
extrinſecam, atque propterea coetum conſtituerunt viſibilem,
quem communiter *Eccleſiæ* nomine denotamus. Hæc ipſa verò 5
communio *duabus* potiſſimum abſolvitur *partibus, primò*, commu-
ni ſalutis atque fundamentali hujus ſocietatis & coetus viſibilis
regula, à Deo homini renato in verbo divino præſcripta, quæ in
vera ac ſalvifica de Deo & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto ejusque
publica confeſſione conſiſtit per *l. 7. §. 2. & ſeq. C. de SS. Trinit.*
Secundo, communi quodam *regimine* externo. Poſterius iterum 6
duabus potiſſimum conſtat partibus: (1.) *Cura Religionis & Sacro-*
rum, ut ſinguli in obſervatione fundamentalis regulæ contineau-
tur, liturgia eccleſiaſtica ritè ſecundum voluntatem Dei atque nor-
mam Sacræ Scripturæ exerceatur, in adiaphoris atque indifferen-
tibus rebus certæ regulæ ſtatuantur, de controverſiis ex hac reli-
gionis ſocietate oriundis rite judicetur, ſontes denique punian-
tur, atque mores ſancti reddantur, (2.) *Miniſterii Eccleſiaſtici* ex- 7
ercitio, per perſonas, εὐταξίας atque ordinis gratia, ad cultum di-
vinum peragendum conſtitutas. Priorem poteſtatem *architecto-*
nicam, poſteriorem verò *dogmaticam* vocant Politici. Vid. *Dn. Bec-*
mann. Medit. Polit. cap. 17. §. 5. Quia verò hæc ipſa religionis at-
que ſalutis æternæ cauſſa contracta Societas, licet ex interna illa,
quæ inter DEum & hominem intercedit, tanquam ex ſua cauſſa
cum omnibus alternis ſpeciebus in eſſe ſuo dependeat, nonniſi
humana atque ad ſtatum præſentis vitæ ordinata eſt: Igitur ſi
non civilem poteſtatem, attamen vel cum ea ejusdem partem ne-
ceſſario quoque conſtituit *Cura iſta Religionis* & *Sacrorum*, ſive ar-
chitectonica Jurisdictionis Eccleſiaſticæ poteſtas, prout in *ſuo de*
Imp. Summ. Poteſt. circ. ſacr. tract. c. 1. per tot. ſolidis evincit ar-
gumentis, atque per reſolutionem dubiorum *in c. 4.* ulterius de-
ducit *incomparabilis Hugo Grot.* cui ſuffragantur *Polybiſt. ſeculi no-* 8

ſtri celeberr. Conring. de Majeſt. Civil. autor. circ. Sacr. th. 25. & ſeq. Dn Ziegler. de Jur. Majeſt. lib. 1. c. 13. atque *Tabor. de Regim. Imper. Eccleſ. th. 6. & ſeq.* præprimis *Archiepiſcopus Spalatenſis, Marc. Anton. de Domin. de Republ. Eccleſ. lib. 6. c. 6. & ſeq. Eccleſia* enim *eſt in Republica, non vero Reſpublica in Eccleſia* ſecundum antiquiſſimum Chriſtianorum axioma, de quo aliisq; ad ſtabiliendum imperium Majeſtatis circa Sacra facientibus argumentis prolixius videri poteſt *Dn. Becman. Medit. Polit. c. 17. per tot. atq; Polit. Parall. c. 16. itidem per tot.* vel ſi non ſoli poteſtati Civili, nec tamen Clero duntaxat, ſed integro potius populo adeoque toti Eccleſiæ debetur, ut nec Principis ſolius, nec Cleri aut populi, ſed omnium potius ſimul ſive toti Eccleſiæ propria ſit hæc poteſtas circa ſacra, ſive ſummum circa Sacra Jus ut ut alioquin pro diverſitate Reipubl. aut penes ſolum Principem, aut ſolum Senatum, aut ſolum populum, aut etiam ex his mixtim reſidere dicatur, quorſum pertinent hactenus dicta; Nam id in his ſolis, quæ extra Eccleſiam cernuntur communitatibus, verum eſſe dicit *Dn. Schilter. lib. 1. Inſt. Iur. Can. tit. 3. §. 15.* Cœterum quum religio Chriſtiana ex Revelatione Sacræ Scripturæ unice dependeat, conſequens eſſe dicit, ut & perſonæ & res ad Eccleſiam ſpectantes, non tam arbitrio Principis aut Civili, ſed normæ potius divinæ per ſuam naturam ſubjaceant, ita quidem, ut Eccleſia Reipubl. unita non auferat Summæ Reipubl. poteſtati partem τοῦ κυρίου circa Sacra, ſed moderetur ſolum & temperet: Eademque ratione Reipublicæ poteſtas unitæ ſibi Eccleſiæ poteſtatem non tollat, ſed moderetur ſolum. Cum tamen hæc poteſtas Eccleſiæ ab omnibus & ſingulis absque confuſione ſimul adminiſtrari nequeat, quin ἡ εὐσχημοσύνη καὶ ἡ τάξις offendatur; Idcirco placuiſſe dicit, ut poteſtas ea per hos exerceatur, quos Deus & Eccleſia ad id deputavit. Inter quos primas tenet Summa Reipubl. poteſtas, cui Jure Divino *Rom. 13. v. 1.* & humano jus circa Sacra, ſed vi unionis cum Eccleſia temperatum competit; Dehinc certus ordo, cujus jus poteſtas Ordinis dicitur, ad id conſtitutus, ut S. Scripturam & jus divinum recte interpretetur, & liturgiam omnem exerceat; denique Populus, qui vel omnis, vel per deputatos quosdam, quos veteres in primitiva Eccleſia *Presbyteros Laicos* vocarunt, ad
8 certos actus probandos concurrit. Hac ratione in Veteri Teſtamen-

Digitized by Google

mento Moſes poſtque eum alii populi Judaici antiſtites atq; reges hanc religionis curam geſſerunt, quod *Auguſtinus in Epiſt. ad Bonifac.* ſequentibus exprimit verbis: *Quomodo ergo reges Domino ſerviunt in timore, niſi ea, quæ contra juſſa Domini ſunt, religioſa ſeveritate prohibendo atq; pleƈtendo. Aliter enim ſervit, quâ homo eſt, aliter, quâ etiam rex eſt. Quâ homo eſt, ſervit vivendo fideliter, quâ vero etiam rex eſt, ſervit leges juſta præcipientes & contraria prohibentes convenienti vigore ſanciendo: Sicut ſervivit Ezechias, lucos & templa Idolorum & illa, quæ contra præcepta Dei fuerint conſtruƈta, deſtruendo. Sicut ſervivit Ioſias, talia & ipſe faciendo. Sicut ſervivit Rex Ninivitarum, univerſam civitatem ad placandam Dominum compellendo. Sicut ſervivit Darius, Idolum frangendum in poteſtatem Danieli dando, & inimicos ejus leonibus ingerendo. Sicut ſervivit Nebuchodonoſor, omnes in regno ſuo poſitos à blaſphemando Deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo ſerviunt Domino reges, in quantum ſunt reges, cum ea faciunt ad ſerviendum illi, quæ non poſſunt facere, niſi reges.* In Novo quoque Teſtamento Imperatores, poſt- 9
quam Chriſtianam profeſſi ſunt fidem, Imperii ſui partes circa Sacra exercuerunt, atque ad declarandam hanc ſacram poteſtatem nomen quoque Pontificis maximi, licet ex Gentiliſmo provenerit, retinuerunt, prout iterum liquido demonſtrat *Marc. Ant. de Domin. cit. lib. 6. cap. 4. per tot. Grot. d. traƈt. c. 1. §. 7.* atque *Dn. Becmann. Med. Polit. c. 17. §. 6.* non excluſo tamen populo, quem ne quidem Juſtinianus per ſuas Conſtitutiones ab Eleƈtionibus Epiſcoporum arcere voluit. Etſi enim *in Nov. 123. c. 1. & in Nov. 137. c. 2.* Jus novum conſtituere, atque Clericis & Civibus honoratis ſolum permittere videatur, ut ſoli Epiſcoporum eleƈtionem peragant, excluſa ab hac deliberatione vili plebecula; Id tamen ſine dubio propterea faƈtum eſt, quia reliquus populus ad ejusmodi conventus rarior accedebat, atque plebs negligebat, ex quo nullum ſperare poterat commodum. Nullibi vero per modum Conſtitutionis populo Jus ſuffragii expoſitè & apertè denegatum eſſe legimus. Hocque modo verum eſt, quod *Socrates, Hiſtoricus Eccleſiaſticus,* res Eccleſiæ ab Imperatoribus dependiſſe dicit, ex quo Chriſtiani facti ſunt. Sic ergo primitivæ Eccleſiæ temporibus E- 10
piſcopi per clerum & populum, poſtmodum verò inſimul ab Imperatoribus Chriſtianis conſtituti, imo ob juſtas cauſas remoti ſunt, quemadmodum ex *l. 3. §. 1. & 4. C. de Summ. Trinit.* liquet & ex in-

ſerius dicendis ulterius patebit. Exempla porrò imperii hujus ſacri, vel integre vel ex parte à Principibus Chriſtianis hoc modo exerciti, priſcorum Impp. Conſtitutiones ſacræ, interque eas *tit. tit. C. de S. Trinit. tit. C. de SS. Eccleſ. de Epiſc. Aud. de Hæret.* nec non de ſelectu verſionum Scripturæ in *Nov. 146.* & de Synodis quotannis habendis in *Nov. 123.* ſuppeditant, ut taceamus LL. quæ non uno in loco Corporis Juris Civilis ab Imperatoria poteſtate Epiſcopis præſcriptæ inveniuntur *in tot. tit. C. de Epiſcop. & Cler. tit. C. de Epiſc. Aud. Nov. 6. c. 1. & 2. Nov. 120. c. 6. Nov. 123. c. 1. & ſeq.*
11 *Nov. 131. c. 13. atque Nov. 13. per tot.* Sacram iſtam Sacrorum poteſtatem, poſt avulſum ab Orientali Imperio Occidentem, etiam Regibus Francorum *Car. M. ejusque poſteris* competiiſſe, imo penes Germanicos Imperatores usq; ad *Henrici V.* reſignationem permanſiſſe, inſimulque populum in electione quoque Epiſcoporum, usque dum Seculo duodecimo ſoli Canonici Eccleſiarum Cathedralium jus illud ſibi vindicare cœperunt, teſtes ſunt probatæ fidei Scriptores, interque eos *Dn. Conring.* qui hæc omnia in ſua *de Epiſcop. German. exercit. th. 11. & mult. ſeq.* ſolide deducit, atque *Dn. Ziegler. de Epiſc. lib. 7. c. 1. §. 38.* Qua ratione vero Henricus V. atque ſubſequentes Imperatores hoc jure exciderint, uberius demonſtravimus in *Diſſertat. de Concordat. Nation. German. cap. 1. num. 20. & ſeq.* atque patebit ex ſubſequenti *cap. 3. hujus Diſcurſ.*
12 Et ſane ex parte Sedis Romanæ hujus extorſionis Imperatoribus ac populo factæ, nulla alia fuit cauſa, quam Principatus Sacer, quem cum univerſali Eccleſiæ poteſtate atque ſumma autoritate à Salvatore Petro, Apoſtolorum Principi, demandatum eſſe, credunt Catholici. Quapropter omnem Sacrorum curam Romano tribuunt Pontifici, vicarium Chriſti munus in totam Eccleſiam ipſi aſſignando, ut architectonice eam gubernare poſſit, atque ex hoc majeſtatico jure porrò deducunt, omnes prorſus Chriſtianos in religionis negotiis adeoque ſacrorum miniſtros, imo Reges ipſos Pontifici ſubjectos eſſe, ut ſi forte rem Eccleſiæ non videantur ſatis recte curare, poſſint ab eo dignitate ſua exui. Vid. de hac hypotheſi atq; Principatu ſacro à Chriſto inſtituto *Barboſ. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 1. c. 1. n. 4. & ſeq.* & qui eum *ex c. 7. diſt. 19. c. fin. diſt. 11. & c. 2. diſt. 21.* probat, *Johann. à Chokier. Ec-*
13 *cleſ. Cathedr. Leod. Canon. ad Reg. Cancell. Apoſt. reg. 8. n. 3.* Verum licet fateamur, potuiſſe Deum uni ſicq; Pontifici ſummam circa omnia

Digitized by Google

omnia ſacra Chriſtiana poteſtatem committere, hoc enim in controverſiam non venit; Attamen, unquam à Deo hoc factum eſſe, negamus. Eſt quidem tam numeroſa Eccleſiarum Chriſtianam religionem profitentium multitudo ordinata, ſed de tali ejus forma nihil conſtat. Unum ejus caput ſcriptura memorat, *Chriſtum ſc. ad Epheſ. 1. verſ. 22. atq; c. 5. v. 23.* Hic dedit alios quidem *Apoſtolos*, alios verò *Prophetas*, alios porrò *Evangeliſtas*, alios autem *Paſtores* ac *Doctores* ſuos, ſcil. poſt aſcenſionem in his terris Vicarios, prout eos recenſet Apoſtolus ad *Epheſ. 4. v. 11.* nihil tamen hoc loco, qui convenientiſſimnus erat, de oecumenico aliquo habetur Epiſcopo, aut alius Apoſtoli, quam Patri, & hujus porro in Romana potius, quam Antiochena Eccleſia (in qua Petrum quoq; docuiſſe credunt Pontificii) ſucceſſore, ut alia hanc in rem facientia taceamus, de quibus vid. latius *Marc. Anton. de Domin. de Republ. Eccleſ. lib. 1. c. 4. usq; ad c. 12.* ex noſtratibus Theologis *Gerh. in Loc. Theol. de Miniſt. Eccl.* §. 217. atq; *Dn. Reinhard. in Synopſ. Theol. Chriſtian. c. 8. §. 16. & ſeq.* ex Politicis verò *Conring. de Majeſt. civil. auctor. circ. Sacr. th. 30. & mult. ſeq.* Et profecto omnes prærogativæ cum veterum teſtimoniis, quæ hanc in rem adducuntur, in Petro nihil aliud, quam Primatum Ordinis probant, qui à Primatu monarchicæ poteſtatis toto cœlo differt. *Marc. Anton. de Domin. cit. lib. c. 5.* Hinc & inter ipſos Pontificios hodiernos jampridem Rex Galliæ optimo ſibi hanc ſacram poteſtatem adſcripſit jure, dum tributa impoſuit eccleſiaſticis atque decimas proventuum beneficiorum exegit, jus porro conferendi beneficia regiis adſcripſit partibus, à Prælatis homagium ligium recepit, ad Eccleſiam reformandam Principes & Prælatos, non requiſita Pontificis auctoritate congregavit, denique nullam cenſuram aut anathema Romanum, niſi à Rege probatum, pro valido habuit, de quibus videri poſſunt peculiaria *Edicta Carol. V. & VII.* tandemq; hodierni Regis *Arreſta*, quorum mentionem facit *Dn. Becmann. Medit. Polit. cap.* 17. §. 6. ubi & Reipubl. Venetæ exemplum adducit. Et hæc *Cum Sacrorum* ad evitanda plurima incommoda conducit, ne nova quotidiè, ut apud Britannos contingere videmus, Separatiſtarum, Expectantium, Antiſcripturiſtarum, Perfectiſtarum, Non-Reſidentium, Pluraliſtarum, & neſcimus, quorum non hæreticorum impia & fœda exſurgant nomina, quorum integrum Catalogum propoſuit *Honorius Regius ſive Georg. Horn. in libr. de Stat. Eccl. in Britan. vid. Dn. Ziegler. de Jur. Majeſt. lib. 1. c. 13. n. 12.* Eſtque circa Eccleſiaſtica quidem, ſed tamen non Eccleſiaſtico ve-

Digitized by Google

rum Civili potius modo exercenda, per Religionis in Rempubli-
cam introductionem, Reformationem, perſonarum Eccleſiaſti-
carum conſtitutionem, hæreſium coërcitionem, bonorum Eccle-
ſiaſticorum inſpectionem, Conciliorum convocationem, Eccleſiæ
defenſionem aliosque modos, quibus Eccleſiæ ſtatus conſerva-
tur, (unde quoque Architectonicæ Poteſtatis nomine inſigniri cœ-
pit) cum perpetua tamen ad Scripturam Sacram & voluntatem
divinam reflexione, ut uberius *in cap. ult. hujus Diſcurſ. n. 97. &*
14 *ſeq.* demonſtrabimus. Vid. interim *Dn. Ziegler. cit. c. 13. n. 14.* Quod
verò alterum regiminis externi membrum, *Exercitium* ſcil. *Mini-*
ſterij Eccleſiaſtici in prædicatione verbi divini & adminiſtratione ſa-
crorum conſiſtens, adeoque *Poteſtatem dogmaticam* concernens,
omnium quidem officii eſſe fatemur, Deum colere; Neceſſitas
tamen & utilitas ſvadet, ut in Eccleſia militante atque viſibili con-
ſtituantur Miniſtri Eccleſiaſtici atque peculiares perſonæ, per qvas
cultus divinus ritè ac decenter exerceatur. Vid. *Gerhard. in loc.*
Theolog. de Miniſt. Eccleſ. §. *3.* ubi neceſſitatem hanc & utilitatem
demonſtrat, tandemque §. *46.* à fanaticorum quorundam errori-
15 bus vindicat. De his miniſtris naturam non niſi pauca mandâſſe
videmus, cujusmodi ſunt, quæ ad mores pertinent ſacrarum per-
ſonarum. Sicut enim naturalis eſt juris, ut ſancta & pura mente
Deus colatur, ita ab eodem jure eſt, ut præ aliis, qui præſunt ſa-
cris, vitæ ſanctimoniâ & probis moribus emineant. *Conring. de Ma-*
jeſt. civ. autor. & offic. circ. Sacr. th. 18. Quapropter ad majorem
ἐυσχημοσύνην uſus Eccleſiæ poſtulavit, ut circa eos ab his, quibus
16 competit hæc poteſtas certi quid conſtitueretur. Et cum jure na-
turali haud contrarium ſit, ut idem habeat Sacerdotium, qui im-
perium exercet, quia hæc duo ſuapte natura non ita pugnant, quo
minus eidem homini convenire queant; Ideo hoc jure Noë ſta-
tim poſt terrarum orbem à diluvio liberatum Deo ſacrificavit, *Gen.*
8. verſ. 10. deque Abrahamo ipſe Deus *Gen. 18. v. 19.* prædixit, eum
monſtraturum liberis ac familiæ pie vivendi rationem. Hinc &
17 Jobi aliorumque Patriarcharum ſacrificia legimus. Deficientibus
Patribus, ut principatus familiæ, ita & ſacerdotium ad primoge-
nitos delatum eſt, manſitque is mos in poſteritate Jacobi, ut idem
Melchiſedec regnum obiret atque Sacerdotium usque ad Aaronem
atque tempora, quibus Levitæ ſacerdotes ſive miniſtri Eccleſia-
rum

Digitized by Google

rum primogenitis ſurrogati fuerunt, quod diſertè exprimit Lex divina, poſtquam, quod antea laudi erat datum, ſcelus eſſe cœpit. Quo verò conſilio Deus regnum Iſraeliticum à ſacerdotio ſecreverit, uberius deducit *Grot. cit. tract. c. 2.* §. 5. pariterque ſeparationem hanc imperii atque ſacerdotii, jam antea in populo Judaico factam, novo Teſtam. congruere, contra Diſſentientes variis teſtimoniis evincit *ſubſeq.* §. 6. quo reſpectu procedunt, quæ *Dn. Becmann. Parall. Polit. c. 17.* §. 8. proponit. Cum autem ad redimendum ge- 18
nus humanum per mortem ſuam Chriſtus à Patre cœleſti miſſus eſſet, non ſolum in primo ſui miniſterii exordio duodecim ſelegit Apoſtolos, ut ad Evangelium in toto orbe prædicandum eos ablegaret, ſed & alios ſeptuaginta diſcipulos in civitates Iudææ binos ac binos ad prædicationem verbi divini miſit. *Luc 10. verſ. 1.* Apoſtoli porro, qui ſciebant, quod exacto vitæ curriculo ex his terris abire, interim vero ob generale mandatum prædicandi Evangelium non uno in loco ſubſiſtere deberent, Paſtores & Epiſcopos ante abitum ſuum ordinarunt, Hi alios rurſus conſtituerunt, ut adeo per eos ſucceſſive ab Apoſtolorum temporibus doctrina Evangelii conſervata, propagata & poſteris quaſi per manus tradita fuerit. Vid. cum allegat. *Gerhard. cit. loc.* §. 41. In- 19
ter hos ipſos verò Epiſcopus ſcil. atque Presbyteros *Patres Concilii Tridentini* ordinem & prærogativam ab ipſo Deo inſtitutam eſſe credunt; quapropter *in dict. Concilio ſeſſ. 23. de Sacram. Ordin. c. 6. & 7.* anathema eum vocant, qui negat, in Eccleſia Catholica eſſe Hierarchiam divina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris & miniſtris, aut qui negat, Epiſcopos Presbyteris eſſe ſuperiores. Aſt reipſa nullum diſcrimen interceſſiſſe, 20
complura ſacræ Scripturæ loca, quibus hæc nomina pro iisdem habentur, non obſcure arguunt, ex quibus perſpicue apparet, Epiſcoporum in Sacerdotes poteſtatem neutiquam jure divino introductam, ſed conſvetudine tantum Eccleſiaſtica & mero jure poſitivo receptam eſſe, ſcilicet ut rem totam à principiis Eccleſiæ Chriſtianæ ordiamur, ſicque quaſi ab ovo repetamus ſub initio naſcentis Eccleſiæ alii non fuerunt, qui Presbyteri, alii qui Epiſcopi dicebantur, nec ejus rei veſtigium aliquod in Sacris occurrit, quin potius diverſa omnia in illis apparent. Videmus enim eosdem, qui Presbyteri conſtituendi vel conſtituti erant, eadem opera Epiſcopos

Digitized by Google

pos conſtitutos, titulo Epiſcoporum inſignitos & per Requiſita Epiſcoporum propria definitos fuiſſe. *Act. 20. v. 28. & ad Tit. 1. v. 7. & ſeq.* Illic enim Presbyteris, quos Epheſo evocari curaverat, Apoſtolus dicit: *Attendite vobis & univerſo gregi, in quos Vos Spiritus S. poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*; Hic verò jubet Titum oppidatim presbyteros conſtituere idoneos, qui ſcilicet ſint inculpati &c. ſubjecta hac ratione, quod tales eſſe oporteat Epiſcopos. Idem porrò conſtat ex communi jure, uſu & effectu τῆς χειροθεσίας, qua presbyteri Epiſcopos conſtituerunt. Sic enim ſcribit Apoſtolus Timotheo ſuo 1. *Timoth. 4. v. 14.* Ne neglexeris donum &c. quod datum eſt tibi per prophetiam cum impoſitione manuum presbyterii, certum verò eſt presbyterium hoc, quod manus impoſuit Timotheo, fuiſſe Collegium Sacerdotum, in quo erant Epiſcopi & Presbyteri, titulo & jurisdictione in hoc actu non diſtincti, ſed in χειροθεσίᾳ eadem poteſtate concurrentes; quamvis multum hic ſe torqueat *Henr. Hammond. Diſſert. 4. adverſ. Blondell.* ut aliam vocabulo Presbyterii attingat ſignificationem & ſenſum inferat plane diverſum. Confirmatur hoc præterea ex defectu diſtinctionis, qui in aliis Scripturæ locis conſpicitur. Notiſſimum namq; eſt ex *Act. 6. v. 1. & ſeq.* quod Apoſtoli, ut cura hac ſoluti, cum aliis ab ipſis conſtitutis Presbyteris munere docendi eo liberius fungi poſſent, ad oblationes fidelium curandas Diaconos conſtituerint, horum autem ſolum Diaconorum & Epiſcoporum mentionem facit Apoſtolus, dum ordines Eccleſiaſticos 1. *Timoth. 3. v. 2. & 12.* recenſet. Dum ergo per Diaconos, Oeconomos Eccleſiæ & rationum præfectos intelligit, neceſſe eſt, ut Epiſcoporum nomine omnes eos, qui verbo laborant, adeoque etiam Presbyteros & Sacerdotes Eccleſiæ intelligat, alioquin omiſſi vel excluſi eſſent. Pari modo idem Apoſtolus in ſalutatione ſua Philippenſibus deſtinata Epiſcoporum tantum & Diaconorum facit mentionem *in Epiſtol. ad Philipp. c. 1. v. 1.* quod certiſſimi argumenti loco eſt, inter Epiſcopos & presbyteros nullum tunc temporis diſcrimen fuiſſe, cum ex ipſis adverſariorum principiis conſtet, nunquam in uno cœtu plures fuiſſe Epiſcopos. Nec alia fuit vetuſtiorum Eccleſiæ Doctorum ſententia aut Scripturæ interpretatio. Celebre hanc in rem eſt fragmentum in Hieronymi Epiſtola ad Evagrium, quod Gratianus refert

refert *in c.* legimus. *24. diſt. 93.* nec non ex ejusdem Hieronymi Comment. in Epiſt. ad *Tit.* quod itidem recenſet Gratian. in *c.* olim *5. diſt. 95.* hancq́ Hieronymi ſententiam multis aliorum Patrum dictis illuſtravit, tantique fecit celebratiſſimus Blondell. ut eam eruditiſſimo opere defenderet ac peculiari tractatu illuſtraret in Apologia ſua pro ſententia Hieronym. de Epiſcopis & Presbyteris. Eum quidem ſcriptis hac de re Diſſertationibus ex profeſſo impugnare conatus eſt *Henricus Hammandus*, perſuadere tamen haud quicquam potuit illis, qui Hieronymi ſententiam, ejusque cum Scriptura Sacra conſonantiam paulo attentius conſiderarunt, qua de re plura egregia proponunt *Innocent. Gentilett. JCtus Delphin. lib. 4. Exam. Concil. Trid. ſeſſ. 23. n. 3. & 4. ac Dn. Zigler. de Epiſc. l. 1. c. 3.* ubi, quod nulla inter Epiſcopos & Presbyteros de Jure divino ſit conſtituenda aut quondam interceſſerit differentia, ſolidè deducit. Sic itaque Epiſcopi nullam in cœteros Presbyteros aut alios fideles habuerunt poteſtatem, quam reliqui Miniſtri 21
Eccleſiæ, quæ in ſola prædicatione verbi divini ac Sacrorum adminiſtratione conſiſtebat, niſi quod nonnunquam Chriſtiani controverſias amicabiliter componendas ipſis reliquerint. Poſtquam enim *Paul. 1. Cor. 6. verſ. 1. & ſeq.* fidelibus præcipit, ne, ſi lites inter eos exorirentur, infidelium tribunalia adirent, ſed viris potius prudentibus ex eorum cœtu collectis controverſias dijudicandas committerent, poſt Apoſtolorum tempora, vel in ipſis litibus peragendis parciores fuerunt Chriſtiani, vel ubi neceſſario litigandum erat, fratribus aut miniſtris Eccleſiæ, ut controverſias vel amicabiliter componerent, vel tanquam arbitri deciderent, cauſæ cognitionem potius commiſerunt, quam ut infidelium dijudicationi ſubjicerent, prout in *c.* 11. *n. 6. & ſeq.* uberius deduximus. Poſtquam verò aucto Chriſtianorum numero in una particulari Eccleſia plures verbi divini miniſtri adeoque integra Collegia Eccleſiaſtica conſtitui cœperunt, ratio naturalis ſuaſit, ut ſicut in omni Collegio, qualecunque id ſit, inter collegas aliquis ordo ſtandi, ſedendi & ſententias ferendi interveniat, ita quoque in Collegio Sacro ejusmodi ordo obſervetur. Quemadmodum enim conſultum imo neceſſarium eſt, ut in omni Collegio aliquis habeat πρωτοςασίαν ſive πρεσβυτείας jure, ſive ex ſingulari ſuo merito, qui conſulendo, monendo & proponendo reliquis præeat, ſuffragia colligat

ligat & id, quod pluralitate votorum decernitur, prudenter exequatur, ſic quoque in Eccleſiaſtico Presbyterorum Collegio idem
22 ſuaſit juſta ratio. Proinde melioris in Eccleſia ordinis gratia Presbyterorum Præpoſiti ſunt ordinati, dignitate quidem cum iſtis pares, priores tamen ordine, quorum conditionem ex *Blondell.* hanc adducit *Dn. Becmann. in Notit. Dignit. illuſtr. Diſſ. 12. c. 6. th. 9.* ab initio ſcil. conſtitutos fuiſſe πρωτοχειροτονηθέντας, hoc eſt: *Antiquiores in Chriſto*, quos ſingularis quædam inter Collegas prærogativa manſit. Cum enim ante legem Moſaicam penes familiarum primogenitos jus Sacrorum fuerit, uti jam antea innuimus, Chriſtiani, ex Judæorum filiis ab Apoſtolis gente Judæis collecti, hunc patrium morem, veluti ipſa natura ſancitum atq; uſu confirmatum, ſi non faventibus ſaltem non repugnantibus Apoſtolis ſecuti ſunt, ſicque Senioribus ratione ætatis prærogativam conceſſerunt. Sed cum obſervaretur indignos hoc modo dignis ſæpius præponi, ſuffragiis fratrum caput poſtea electum atque qui Presbyterorum Conventui præſideret, ſelectus fuit maxime venerabilis. Qua ratione etiam in Conciliis, quæ ex Epiſcopis & Presbyteris aliquando congregabantur, præſes erat ille, qui ætate aut induſtria aut donis divinitus conceſſis præſtantior erat. Hucque pertinet, quod de Palma, Epiſcopo Amaſtridis refert *Euſeb. lib. 5. c. 23.* quod in Concilio Epiſcorum Ponti præſes fuerit. Nec tamen illa unius in Collegio Presbyterorum eminentia priſcis illis naſcentis Eccleſiæ temporibus faciebat, ut à reliquis Presbyteris differret, ſed inter omnes Eccleſiæ cura indiviſa & æqualiter manſit, ſive ut Hieronym. loquitur, communi Presbyterorum conſilio Eccleſiæ gubernabantur, nec enim ſtatim, qui primus inter partes eſt, ἐξουσίαν in reli-
23 quos habet, nec reliqui propterea ipſi ſubjecti ſunt. Nec etiam Primates illi à promotione ſua presbyteri eſſe deſierunt, ſed quod habuerunt, non niſi arbitria fratrum delegatione auctoritatis genus aſſecuti ſunt, eadem ratione, qua nunc inter Proteſtantes forſitan Superintendentes inſtituuntur. *vid. Becmann. cit. loco.* Neceſſitas autem veteres adegit, ut inter ſe aliquem conſidendi ordinem conſtituerent ad Synodos convocandas & celebrandas. Et quia opportunius & commodius in amplioribus Provinciæ civitatibus, quàm in oppidulis haberi poterant, inde earum convocandarum atque celebrandarum cura hujusmodi civitatum Epiſcopis data eſt,

Digitized by Google

eſt, qui propterea, quod hoc modo poteſtatem quandam in cæteros ejusdem Provinciæ Paſtores & Epiſcopos acquirerent, Archi-Epiſcopi, quaſi Epiſcoporum ſuperiores atque quod Metropolitanarum urbium Epiſcopi eſſent, Metropolitani nuncupati ſunt. Quæ ergò cauſa Epiſcopos ſupra Presbyteros evexit, eadem ſupra Epiſcopos alios quoque conſtituit, ita ut quemadmodum in civitate ſupra Presbyteros Epiſcopus, ita ſupra plurium civitatum Epiſcopos Metropolitanus vel Archi-Epiſcopus eſſet. *Dn. Beçmann. cit. loc. ib. ult.* Sed enim verò hactenus dicta omnia ordinem tantummodo atque prærogativam gradus ſine ulla jurisdictione atque imperio reſpiciunt. Talis enim poteſtas tunc temporis in ſolidum penes corpora ipſa Synodorum & Conſiſtoria (nunc *Capitula*) Eccleſiarum manebat. Magiſtratus verò civiles de cæteris omnibus rebus & controverſiis judicabant. Et hæc quidem ſub teneris 24
Chriſtiani nominis initiis, quibus Eccleſia inter Perſecutiones in ſummo flore ſubſiſtit, obtinuerunt, quibus quisque, ut in Concilio Nicæno dicitur, ſine alterius monitione, quæ ſui muneris erant, ſpontè & animo promto expediebat. At enim verò ſimul ac nonnulli Clericorum à priſca illa morum ſanctimonia deflexerunt, & in contentiones, aliaque vitia ruerunt, ea non aliter coerceri poſſe, creditum fuit, niſi per poteſtatem *ἀνασκαςικὴν τῇ πρωτασίᾳ* ſuperadditam, ita, ut in quavis particulari Eccleſia deinceps inter Miniſtros Eccleſiæ imperium aliquod & ſubjectio intercederet. Et hoc eſt, quod dicit *Hieronym. in cit. Epiſt. ad Evagrium Epiſcopum:* Quod poſtea unus electus ſit, qui cæteris præponeretur, in Schiſmatis remedium eſt, ne unusquisque ad ſe trahens Chriſti Eccleſiam rumperet. Quare probitas & charitas illorum, qui miniſteriis Eccleſiaſticis præpoſiti fuerunt, effecit, ut illis magis magisque vel per modum arbitrii cauſæ Chriſtianorum controverſæ committerentur. Verum ut omnis poteſtatis, quantacunque ea ſit, difficilis plane eſt moderatio, ita quoq; hujus Epiſcopalis poteſtatis inſignis abuſus mox invaluit, ut temperandæ illius haud ſufficerent leges, Canones aliorumq; Epiſcoporum monita, ſicq; contigit, ut quod in Schiſmatis remedium introductum eſſe dicit Hieronymus, Schiſmatis anſam dederit, maximas lites & contentiones excitaverit, de quibus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ teſtes locupletiſſimi ſunt.

Digitized by Google

25 Et quidem ætate Chryſoſtomi & Hieronymi, qui finienti Seculo quarto poſt Chriſtum natum vixerunt, præter ordinationem nihil præcipuum habuerunt Epiſcopi. Teſtatur ſiquidem Chryſoſtomus, quod ſola impoſitione manuum aſcenderint Epiſcopi ſuper Presbyteros & hoc ſolum lucri ipſis præripuiſſe videantur, ubi vocabulo ſolus bina vice utitur, ut removeret omnes alios actus ſacros, quos cum presbyteris communes relinquit, quod ipſum quoque comprobat Hieronym. dum *cit. can.* legimus *24. diſt. 93. art. Quid enim facit excepta ordinatione, Epiſcopus, quod Presbyter non faciat*, quibus verbis ſola ordinatio excipitur, ut cætera omnia Presbyteri æque ac Epiſcopi facere poſſint, ubi inepta Gloſſa eſt, dum ad *d. c.* legimus 24. in ordinatione, inquit, cætera intelliguntur, quæ non fiunt, niſi ab Epiſcopo, propterea que provocat ad *c.* quamvis *4. diſt. 68.* in quo referuntur verba Leonis I. Pontificis Romani ex Epiſt. 80. ad Epiſcopos Germaniæ & Galliæ. Hanc namque confictam eſſe itidem oſtendit *Blondell. in Pſeudo-Iſidor.* Neque etiam hæc poteſtas ordinandi ſoli Epiſcopo alia quam lege humana atque Eccleſiaſtica competiit, ac ſi verba Chryſoſtomi paulo penitus inſpiciamus, ab initio titulo non adeo juſto aut bono: Non aliter enim Epiſcopos hoc jus hancque prærogativam impetraſſe aut acquiſiviſſe, dicit, quam per occupationem aut uſurpationem. Utitur enim voce: *ἀνεβεβήκασι*, id eſt, aſcenderunt, ab *ἀναβαίνειν*, quod ſignificat aſcendere, ad ſuperiora tendere, atque verbo *πλεονεκτεῖν*, quod cum accuſativo ſignificat fraudare, circumvenire, dum ita loquitur: *Τὴν γὰρ χειροτονίαν μόνην αὐτῶν ἀναβεβήκασι, καὶ τοῦτο μόνον δοκοῦσι πλεονεκτεῖν τοὺς πρεσβυτέρους*: Sola enim impoſitione manuum aſcenderunt Epiſcopi, & hoc ſolum lucri videntur præripuiſſe presbyteris, ut adeo hoc ſenſu, juxta adducta verba Chryſoſtomi, Epiſcopi circumveniſſent & defraudaſſent Presbyteros poteſtate ordinandi, nec excuſari potuiſſent, niſi acceſſiſſent leges Eccleſiaſticæ uſurpationem iſtam confirmantes.

26 Sed ſucceſſu temporis magis magisque ſuam ampliarunt poteſtatem Epiſcopi, ſibique ſolis ſingularia plane & peculiaria adſcripſerunt officia, jura & reſervata Epiſcopalia, præcipue vero Conſtantinus ad fidem Chriſtianam converſus juris dicendi poteſtatem Epiſcopis in Clericos ſimul ac in quoscunque, qui ſecularium judiciorum cognitionem declinarunt, conceſſit atque conſtituit, ut

quod

Digitized by Google

quod Epiſcopi judicaſſent, Magiſtratus Civilis executioni mandaret, teſte Sozomen. in *Hiſtor. Eccleſ. l. 2. c. 9.* Conſtitutio quidem haud extat. Nam prolixa Conſtantini Sanctio jurisdictioni Epiſcopali magnam & exſuperantem autoritatem conferens, quam Jacob. Sirmond. in appendice *C. Theodoſ. l. 1.* edidit & Jacob. Gothofred. Codici ſuo Theodoſiano ut Extra vagantem addidit, tum ex collatione cum aliis Conſtitutionibus Imperialibus, tum ex aliis rationibus Gothofred. ut ſpuriam rejicit, atque ſequiori ævo è variis Centonibus compoſitam eſſe oſtendit. Approbata tamen legitur ab Arcadio *in l. 7. C. de Epiſc. audient.* ſicut & filius Conſtantini Conſtantius, ſcilicet *in l. 12.* C. Theod. valuit, ut ſi quid eſt querularum, quod quispiam contra Epiſcopos habet, apud alios potiſſimum Epiſcopos conveniat explorari. Addere poſſemus Valentis Imperatoris conſtitutionem in *l. 1. C. de Epiſc. audient.* relatum, qua occaſionem præbuit Tribonianus Commentatoribus, ſtatuendi ad officium Epiſcopi pertinere pretium definire in rebus, quæ ad victum quotidianum neceſſariæ ſunt, poſſeque imo debere Epiſcopum cavere, ne mercatores cariori pretio diſtrahant merces, ne ex hoc omnes præcipuè pauperes lædantur, quorum cura ad Epiſcopos maxime pertinet, ſed alienam hanc legem & ab Rubrica ejus tituli longe diverſam eſſe ex *l. 5. C. Theod. de luſtrat. Cenſ.* jamdudum obſervarunt Eruditi, potius huc pertinet conſtitutio Honorii *in l. 8. C. de Epiſc. aud.* quæ Epiſcopis iterum conceſſit vel reliquit, quod ex Conſtantini M. & Arcadii liberalitate acquiſiverunt, neve perſonæ Eccleſiaſticæ per calumniam ad fora ſecularia traherentur, promulgavit porrò Honorius elegantiſſimam Conſtitutionem in *l. 41. C. Theod. de Epiſc.* Valentinianus quoque III. qui Honorio in Regimine ſucceſſit, privilegia Eccleſiaſtica, quæ Johannes tyrannus revocabat, Edictis publicis reſtituit, *vid. l. 47. C. Theod. de Epiſc.* tandemque ut omnis tolleretur difficultas, Imperator Juſtinianus maxime ſolicitus fuit. Et primum quidem de inſtantiis Eccleſiaſticarum perſonarum edidit conſtitutionem, quæ extat in *l. 29. C. de Epiſc. aud.* & quia Monachorum in ea nullam fecit mentionem, quibus tamen æquale jus cum cæteris Clericis tribuit Leo Imp. *in l. 83. C. de Epiſc.* in gratiam eorum & ſanctimonialium promulgavit *Nov. 79.* eique de foro Clericorum adjecit *Nov. 83.* & poſt biennium ſuperaddidit *Nov. 123.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

in cujus *cap. 21.* varia ad judicia Clericorum pertinentia conſtituit, ita tamen, ut pleraq; in *Nov. 83.* expoſita retinerent, adhibita tamen diſtinctione inter cauſas Eccleſiaſticas & Civiles, in quibus poſterioribus appellationem admiſit, ad judicem loci ſecularem. In Criminalibus verò libero accuſatoris arbitrio reliquit, utrum accuſationem ſuam contra Clericos & Monachos apud Epiſcopos aut judicem ſecularem inſtituere voluerit in *cit. Nov. 123. c. 21.* Sic factum, ut quæ levia habuerint initia, judicia Epiſcoporum poſtea publicâ autoritate probata fuerint, ſicut etiam Epiſcopi varia
27 à Conſtantino usque ad Juſtianum promoverunt beneficia. Dum vero hæc conſtituerint Imperatores, non intermiſerunt Epiſcopi Jura ac Judicia Epiſcopalia magis magisq; extendere, usq; dum tandem ſub Carolo M. laxior & major ipſorum eſſe cœpit poteſtas. Hic enim debellatis Saxonibus plures inſtituit Epiſcopos ipſisque ampliſſimam conceſſit dignitatem, ut ſacra eorum autoritate debellati in fide & obedientia continerentur, qua occaſione non ſolum majorem in Clericos & Monachos, ſed etiam hanc acquiſiverunt poteſtatem, quod in vitioſos Chriſtianorum moros pœnis Canonicis animadvertere potuerint. Et quamvis his temporibus Clerici Imperio Regio nondum fuerint exemti, tanta tamen in dies autoritati Epiſcoporum acceſſerunt incrementa, ut non ſolum cenſuram Regum & Imperatorum ægre tulerint, ſed & Civili ſe plane ſubduxerint poteſtati, præcipue his temporibus, quibus Jus ſacrorum Imperatoribus à Pontificibus Romanis ablatum eſt, prout ex ſequentibus apparebit. Sic ergo variis incrementis aucta fuit Epiſcopalis poteſtas, usque dum ad eam, qua hodie pollet
28 ὑπεροχὴν aſcenderit. Quo tempore vero iſta Epiſcoporum ἀνάβασις primum factum ſit, ſpecifice definiri vix poteſt. Varia quidem inter Epiſtolas Damaſi Pontificis Romani, quæ quinta eſt, & de Chor Epiſcopis agit, tanquam ſolis Epiſcopis reſervata & Chorepiſcopis ac Presbyteris prohibita recenſentur, quæ ſi vere ſunt Damaſi jam Seculo IV. ſolius Epiſcopi fuiſſe credendum eſt, ſed impoſtori huic larvam detraxit David. Blondell. in Pſeudo-Iſidoro, qui hanc Epiſtolam apocrypham in ſeculum IX. rejicit. Tractu potius temporum & ſucceſſive multa præcipua ſibi vindicarunt Epiſcopi vel olim ignota, vel cum aliis Presbyteris communia. Nec enim, ut recte obſervavit *Blondell. in cit. Apol.*

putandum eſt, ſimultaneo quodam actu in toto orbe inſtitutum fuiſſe, ut unus cæteris Presbyteris ſuperponeretur, ſed probabile eſt, prærogativam Epiſcopalem conſuetudine paulatim invaluiſſe atque jura, quibus hodie eminent Epiſcopi, non collata aut uſurpata fuiſſe ſimul & eodem tempore, ſed ſenſim ac ſucceſſive vel ab Eccleſia non invita Epiſcopis conceſſa aut Imperatorum liberalitate tributa vel etiam ab ipſis occupata aliisque erepta, tandem vero Conſtitutionibus Eccleſiaſticis probata fuiſſe, prout de Jurisdictione Epiſcopali in hujus *Diſcurſ. c. 11. n. 6. & mult. ſeq.* nec non *c. 14. n. 32. & ſeq.* ulterius monſtrabimus, quæ omnia ſufficienter oſtendunt, Jus Epiſcopale cum prærogativa Epiſcoporum, qua pollent, juri divino adſcribi haud poſſe. Li- 29
cet ergo vel maxime largiamur poteſtatem quandam Miniſterio Eccleſiaſtico jam inde ab incunabulis naſcentis Eccleſiæ Chriſtianæ competiiſſe, quod manifeſti Scripturæ probant textus, *Matth. c. 18. v. 17. & 18. Joh. 20. v. 23. 2. Cor. 10. v. 8. item 13. v. 10.* & notabiles evincunt tituli, quibus Spiritus Sanctus Eccleſiæ Miniſtros inſignivit, dum illos Patrum, *2. Reg. 6. v. 21.* Paſtorum, *Eſaiæ 63. v. 11.* Præſidum & Præfectorum nomine *1. Timoth. 5.* inſignivit, inſimulque comprobant exempla Apoſtolorum, qui uſi ſunt poteſtate clavium, præprimis Pauli, excommunicantis inceſtuoſum quendam Corinthiorum, tandemque confirmant rationes, quod quemadmodum nec ſtatus politicus, nec etiam œcumenicus poteſt conſiſtere, aut ad finem præfixum perduci abſq; poteſtate; ita Eccleſia abſque poteſtate congrua creſcere aut durare nequeat. *Havemann. Helic. Hier. tit. 3. §. 2. atq; Gerhard. cit. loc. §. 191.* Illam ipſam tamen dogmaticam ſolum eſſe videmus, eamque juxta *Auguſt. Confeſſion. ejusq; art. ult. de Poteſt. Eccleſ.* duplicem, videlicet (1.) *poteſtatem prædicandi verbum* & adminiſtrandi Sacramenta, atq; (2.) *poteſtatem clavium*, per quam peccata remittuntur. *Priorem* alias vocant *Ordinis*, poſteriorem vero *Jurisdictionis* ſcil. fori interioris, quæ tamen iterum ſic temperari debet, ne in dominatum quendam politicum, aut abſolutum regimen vergat, ut iterum fuſius probat *Gerhard. d. loc. §. 192. & ſeq.* hinc parum vel nihil ad jura Epiſcopalia moderna evincenda facit, cum teſte *Gerhard. cit. loc. §. 206.* omnibus clericis fuerit communis, Epiſcopos vero, juxta antea tradita, nonniſi directorii atque inſpectionis munus à cæteris

Pres-

Digitized by Google

Presbyteris ſeparaverit, quippe qui cæteris in Schiſmatis remedium
30 præpoſiti ſunt, teſte *Hieron. cit. loc.* Primis itaque temporibus non
longis jurium ſuorum finibus aut eximia quadam Jurisdictione
gloriari poterant Epiſcopi, ſed vitæ innocentia & ſincera verbi di-
vini prædicatione, quibus mediis antiquisſimi Epiſcopi, tanquam
inſtrumenta cœleſtia, remChriſtianam, benedicente Deo, mirabiliter
amplificârunt, ut adeo ad ipſos dictum *Bonif. Martyr. in c. vaſa 44.
diſt. 1. de conſecr.* applicari poſſit, *quondam Sacerdotes aureos ligneos cali-*
31 *cibus uſos fuiſſe.* Sed ſequiori inſtituto factum fuit, ut Epiſcopi clero
univerſo præponerentur, ſibiq; ſolis quædam jura ante cum Presby-
terio ſuo comunia vindicarent, eaq; ipſa prærogativa à cæteris Cleri-
cis diſtinguerentur, quibus initiis partim Principum conceſſiones,
partim etiamEccleſiæ connivventia majora ſubinde ſubminiſtrarunt
adminicula, præprimis hiſce natalibus Juris Epiſcopalis non pa-
rum acceſſit, poſtquam fervens Imperatorum atque Principum
pietas ampliſſimas in Epiſcopos contulit opes, atque innumera-
bilem privilegiorum congeriem, quæ hodie per *Mare magnum* in-
dicatur, & quidem in ipſo quoque *Concil. Trident. Seſſ. 25. de Ref.
c. 13.* ubi de quarta funeralium dicitur, quod ſi ante annos 40. ſo-
luta fuerit, etiam in futurum exſolvenda ſit non obſtantibus pri-
vilegiis etiam Mari magno nuncupatis, ſine dubio propterea, quod,
ſicut mare eſt aquarum collectio generalis, ita quoque cumulus
privilegiorum Maris & quidem magni propterea denotari cœpe-
rit, quod vulgus dominantia Magni nomine appellaverit. *Vid.
Carl. du Freſne in Gloſſ. verb.* Mare magnum. *Conf. Gentilet. cit. l. 4.
Seſſ. 23. n. 2.* cum illis, quæ *ſubſeq. c. 10. n. 108.* circa quartam funera-
lium proponuntur. Et quidem quo quis plura in ſacerdotes e-
rogavit, eo arctiori nexu ſibi Deum obſtringere credidit. Donati
ergo ſunt Epiſcopis eorumque Eccleſiis non ſolum fundi, decimæ
aliique reditus, ſed etiam integra dominia, ducatus, comitatus,
imo & regalia ſunt addita, quo facto Principibus ſecularibus ex-
æquati atque ad hoc faſtigium tempore Otton. & ſequentium Impp.
evecti ſunt, ita ut poſtmodum cœperint duplicem ſuſtinere per-
ſonam, *ſecularem* ſc. ducis ac principis, atque *eccleſiaſticam* ſacer-
dotis, qua occaſione verò hoc contigerit, adeoque feuda regalia
exorta fuerint, ex *ſubſeq. c. 14.* patebit, & demonſtrant *Lehmann.
in Chron. Spirens. lib. 4. c. 3. Dn. Struv. in Synt. Feud. c. 1. §. 4. n. 8.*

eumq;

Digitized by Google

eumq; laudamus Dn. Zigler. de Jur. Majeſt. lib. 1. c. 27. §. 31. nec non Schweder. in introd. Jur. Publ. part. ſpec. ſect. 2. c. 6. §. 3. Ad tan- 32
tam porro ut aſcenderent poteſtatem Epiſcopi, non parum momenti tulit, quod nobiliſſimi quiq; homines, ex potentiſſimis familiis orti, ad munia ſacra adſpiraverint, ſuaq; bona Epiſcopatibus adjecerint, *Zigler. cit. loc. §. 30.* Præcipue autoritatem fori Epiſcopalis auxit, quod barbaris ſeculis ſoli illi literarum cognitionem habuerint, qui ſacris ſe addixerunt, quodq; Epiſcopi ad conſilia aulica adſciti, ipſisq; principaliora officia concredita fuerint, prout *Petri Svavis Polani* verbis ex hiſtoria Concilii Tridentini confirmat *Zigler. cit. tract. l. 1. c. 19. §. 8.* ut adhuc hodie Archi-Cancellariorum atque Cancellariorum dignitate fulgeant. *Vid. Bernhard. à Mallinkrot. de Archi-Cancell. Sacr. Rom. Imper. c. 6. Monzamban. de Stat. Imper. Germ. §. 7. atque doctiſſimus Autor Actor. Lindav. lit. R R fol. 586.* ubi tradit: Daß die Biſchöff und auch etlich Aebt/ noch vor bey und nach der Franck. Könige und Käyſer Regierung/ derſelben fürnehmſte Räthe geweſen/ welche mit und neben denen Reichs-Officirern und Ständen in allgemeinen Verſammlungen (da man von Religions-Sachen/ guter Policey und Diſciplin Berathſchlagung gepflogen) Seſſion, auch die obriſten Stellen/ Stimm und Sitz nach dem König gehabt/ &c. Coronidem tandem addidit ſacra Majeſtas, quam ſibi Pontifices Romani vindicarunt, ſicque jus conferendi Epiſcopatus, adeoque omnem omnino jurisdictionem Eccleſiaſticam, ſeculari ſubtraxerunt poteſtati. Subſidiis his atque adjumentis libertatem Eccleſiæ imminutam, poteſtatem vero Eccleſiaſticam ad unum tranſlatam, adeoque *Jus directorii*, Epiſcopis quondam competens, in ſpeciē juris monarchici, quod *Jus Epiſcopale* vocari cœpit, transmutatum fuiſſe cenſemus cum *Dn. Schilter. Inſt. Jur. Can. lib. 1. tit. 7. §. 6.* Erudite hæc Juris Epiſcopalis incrementa exponit cum 33
alleg. Joh. Henric. Heidegg. in Anatom. Concil. Trident. ad ſeſſ. 13. ſub decret. Reform. quæſt. un. in verbis: Judicium Eccleſiaſticum principia a ſola charitate profectum & ejus dirigendi curam Epiſcopo, utpote maxime idoneo, tributam, ſed cauſam ipſam in Presbyterorum Collegio examinatam eſſe. Hanc formam viguiſſe adhuc Cypriani ætate, Anno 250. ut ejus Epiſtolæ indicant. Eccleſiis in eo munere remiſſioribus & charitate refrigeſcente, tandem judicium illud ceſſiſſe in unum Epiſcopum. Ceſſantibus perſecutionibus Epiſcopos tribunalia & judicii formam erexiſſe. Ad-

didiſſe Conſtantinum M. legem, ut à ſententiis Epiſcoporum provocatio non eſſet, easque judices exequerentur. Hinc judicium cœpiſſe eſſe forenſe. Anno 365. Valentem Imp. illud ampliaſſe, inſpectione in pretia rerum promercalium ei attributa. Cumque poteſtate hâc abuterentur nonnulli Epiſcopi, annis poſt 70. Arcadium & Honorium ſtatuiſſe, ut religionis tantum cauſas Epiſcopi dijudicarent, civiles autem non aliter, niſi de partium voluntate & conſenſu, ſimulq; ſtatutum, nullum iis forum deberi. Eam legem Anno 452. à Valentiniano Imper. reſtauratam eſſe. Sed ademptæ hujus poteſtatis bonam partem iis redditam à Principibus ſequentibus, Juſtiniano forum ſtabiliente & Audientiam, iisq; una cum cauſis religionum, delicta clericorum eccleſiaſtica, & in laicos varias jurisdictiones ſpontaneas aſſignante. His gradibus charitatem in dominationem degeneraſſe. Separatis poſtea in Occidente provinciis, paulatim Epiſcopos in Principum conſilia advocari, mixtum forum inſtitui, laicorum cauſas ſpiritualitatis obtentu ad illud evocari, & divinum ad hæc omnia jus, & Chriſti ipſius inſtitutionem allegari cœpiſſe. Tandem ab immenſitate poteſtatis ſpiritualis ventum eſſe ad Tribunal temporale exſtruendum in medio ſtatus cujusq; Politici, & utrumq; Imperium Epiſcopis ademptum ſibi Pontificem Romanum vendicaſſe &c. Junguntur, quæ ex *Petri Suavis Polani hiſtoria Concilii Tridentini* adducit *Ziegler. de Jur. Maj. cit. c. 19. §. 8.* & quæ poſtmodum *cap. 27. §. 9. & ſeq. it. §. 29. & ſeq.* de Epiſcoporum primæva tenui conditione atque accreſcente au-
34 toritate & potentia proponit. Ex quibus omnibus jam liquet, cui *juri* (1) ſit adſcribenda hæc *poteſtas Epiſcopalis*, & quid (2.) de aliorum *originationibus* ſtatuendum. Quoad *prius* equidem certum eſt, *poteſtatem ligandi & abſolvendi* ſive clavium, à jure divino dependere, atque jam olim ſub teneris Chriſtiani nominis initiis ordinem inter Eccleſiæ miniſtros extitiſſe, imo ob varias cauſas neceſſarium fuiſſe, ut præter antea deducta probat *Ziegler. cit. c. 27. §. 10.* ſed quia illa præcedentia nullum peculiarem honorem, multo minus poteſtatem quandam externam tribuebat; Poteſtas vero interna, à Deo Miniſterio Eccleſiaſtico conceſſa, αὐτοκρατορικὴν quandam vim haud continebat; Idcirco juxta hactenus deducta quoad natales & incrementa ſua jus Epiſcopale non niſi humani juris ex conſuetudine variisque Eccleſiaſticis Conſtitutio-
35 nibus invaleſcentis eſſe poteſt. Si quis enim quæſiverit, ubi tempore primitivæ Eccleſiæ jus cathedraticum, ſolutio mortuariorum,

-tum, procurationes, ſubſidium charitativum, aliaque Epiſcoporum compendia, de quibus *vid. c. conquerente. 16. ✠. de Offic. jud. ordin. ibiq;* cum allegat. *Gonzal. Tellez*, peculiarium denique quarundam cauſarum, excluſis ſecularibus poteſtatibus, jurisdictio exſtiterit, altum ubique inveniet ſilentium. Confer. *hanc in rem* 36
Heidegger. cit. q. un. ad d. Seſſ. 13. Concil. Trident. ſub decret. Reform. ubi cum *Cameron. de Eccleſ.* genera poteſtatis Eccleſiaſticæ in ſex membra dividit, atq; hoc diſcrimine ſuppoſito, in Eccleſia quidem, ſecundum analogiam Jur. Divini, admittit *poteſtatem minimam*, *proximam minimæ & magnam*, quæ in eo conſiſtit, ut poſſit Eccleſia cum auctoritate prædicare verbum Dei, adminiſtrare ſacramenta, & contumaces notare cenſuris in verbo divino præceptis; Negat tamen, Eccleſiaſticis poſſe competere *jurisdictionem*, tum *majorem*, qua poſſint authentice & infallibiliter jus divinum declarare, ut ejus auctoritas ab illis dependeat, tum *maximam*, qua poſſint ſubjectos cenſuris & pœnis proprie dictis, veræ vindictæ rationem habentibus, cogere & coercere, tum denique *multo maximam*, qua poſſint LL. condere, quæ citra rationem contemtus & ſcandali conſcientiam obligent, quam ſecundum plenitudinem in Sede Romana, ſecundum participationem vero in Epiſcopis, quibus eam Papa communicavit, Romanenſes collocant. Quo- 37
ad *poſterius* atque cæterorum *originationes* notandum, quod præter Concilium Tridentinum, Hierarchiam per antea dicta divinæ ordinationi adſcribens, nonnulli antiquiſſimam hujus Juris originem, eamque non tantum intra, ſed & extra Eccleſiam cognitam eſſe putent, cujus aſſerti defenſores ſunt *Laurent. Obm. de Jur. Epiſc.* §. 2. & *ſeq.* cumque eo *Sithmann. de Jur. Epiſc. c. 2. num. 1. & ſeq.* Hinc & exemplis Ægyptiorum, Græcorum & Romanorum hoc ſuum aſſertum comprobant. Verum his omnibus nihil aliud evincunt, quam quod Jus Epiſcopale certa ratione Naturali ac Gentium juri conveniat, quodve apud Gentes extra Eccleſiam inveniantur quoque prærogativæ, Sacrorum Præſulibus conceſſæ, quæ ſimilitudinem quandam cum Jure Epiſcopali conſtituere videntur, inde tamen nemo, cui Jus Epiſcopale co- 38
gnitum eſt, ejusdem originem deducet. Probabilius quidem iidem *Autores* originem ex Moſis hiſtoria ſacra atque Hierarchia Judaica repetunt, hujusque gratia exemplum Abrahami

Digitized by Google

Melchiſedeco Regi Salem atque Sacerdoti Dei, decimas deprædâ ho-
ſtium devictorum ſolventis, *Gen. 14. v. 18. & ſeq.* tandemq; jus Aaroni,
ſummo Sacerdoti ejusq; tribui Leviticæ à Deo conceſſum urgent.
39 Verum nec hæc exempla aſſertum noſtrum infringunt, aut ad a-
liud, quam ad ſimilitudinem quandam obtinendam, conducunt.
Etenim decimæ in *V. Teſt.* propterea conſtitutæ erant, ut ex illis
ſacerdotes poſſent ſuſtentari, cum nihil poſſederint, nec habue-
rint partem inter Iſraelitas. *Num. 18. v. 20.* Quare ex his ad evin-
cenda Jura Epiſcopalia nulla probabilis poteſt fieri concluſio, ſed
tantummodo ad ſuſtentationem Miniſtrorum Eccleſiæ, vel per
præſtationem decimarum, vel etiam alio congruo modo peragen-
dam. Imo Deum potius in ſignum univerſalis Dominii decimas
ſibi reſervaſſe, teſtatur Pontifex *in c. cum non ſint. 33. X de De-
cim. vid. Anton. Dadin. Alteſerr. Antec. Thol. Diſſ. Jur. Can. lib. 3. c.*
40 *9. in pr.* Prærogativa porro, quam Deus in Hierarchia Judaica
ſummo Sacerdoti conceſſit, ſolum typica atque ceremonialis fuit,
(ceremonialem ſiquidem totam legem de ritibus ſacrificiorum at-
que cultu levitico eſſe, teſtantur Theologi, interque eos *Dn. Rein-
hard. in cit. Synopſ. Theolog. Chriſtian. c. 9. §. 2.*) quare, ut puta po-
ſitiva, populoque Judaico tantum propria, de typis & umbris Chri-
ſti venturi, nec Nos in Eccleſiis noſtris, qui Meſſiam jam dudum
41 exhibitum eſſe ſcimus, obligare poteſt ac debet. Ut taceamus,
Pontifici ſummo aut Levitico Ordini in Republ. Hebræorum neu-
tiquam conceſſa fuiſſe jura circa Sacra. Nam uti ante inſtitutos
reges omnia jura Majeſtatis ſacra & profana, fuerunt in manu u-
nius Dei, qui ſe novo exemplo (neq; enim ita fecit ulli populo) iſti-
us Reipubl. regem conſtituit; (Hoc tempore enim licuiſſe ſummo
Sacerdoti vel leges circa ſacra condere, vel ſententiam de ſacris
dicere, vel plenum in Levitas, bona ſacra atque cultum divini
Numinis imperium exercere, in conſulto *Urim & Thummim* ſive
ipſo Deo per modum hunc divina reſponſa accipiendi, ſolis Pon-
tificibus peculiarem, de quo legi poſſunt text. *Exod. 28. v. 30. Le-
vit. 8. v. 8. Num. 27. v. 19. & Deut. 33. v. 8.* atque *Franciſc. Burmann. in
Synops. Theol. lib. 4. c. 29.* ne leviſſimo quidem indicio probari po-
teſt, contrarium prorſus loquente Scriptura ſacra.) Ita quoque
Regum tempore Saulis, Davidis, Salomonis, aliorumque Hiſto-
riæ Nos docent: Reges non tantum leges circa cultum ſacrum Le-

vitis

vitis præſcripſiſſe, verum etiam jus vitæ & necis Sacrorum nomine non tantum in Levitas promiſcue, ſed & in ipſum Sacerdotem ſummum exercuiſſe, omne denique in bonorum ſacrorum adminiſtratione habuiſſe imperium. vid. *Dn. Conring. de Majeſt. civil. autor. circ. Sacr. th. 48. & ſeq.* Fundamenta tandem, quæ à citatis 42
Autoribus ad Jus Epiſcopale ex novo Teſtamento atq; auſpiciis primitivæ Eccleſiæ Chriſtianæ ſtabiliendum adducuntur, nonniſi directorium confirmant, atq; hactenus uberius conſiderata ſunt.
Quia ergo Naturale Jus ſacerdotibus nullam jurisdictionem ſive 43
imperativum regimen conceſſit, ut in primævo ſtatu Sacerdotes non qua tales, ſed ut Magiſtratus, jurisdictionem habuerint: quia porro Lex Moſaica Sacerdotis maximi eximiam dignitatem ſummæ ſemper ſubjecit poteſtati, ſive rex fuerit, ſive conventus publicus, ubi vero nec Rex erat conſtitutus, nec judex, ſummus Sacerdos, ut civium ac magiſtratuum præſtantiſſimus, principatum gerebat, exemplo eſt Heli: quia denique in novo Teſtamento nullæ aliæ, quam antea demonſtratæ miniſtris Eccleſiæ ſunt datæ poteſtates; Idcirco omnia, quæ Epiſcopis acceſſerunt jura, aut Eccleſiæ conſenſu conceſſa, aut conſuetudine & propria Epiſcoporum uſurpatione acquiſita, aut Imperatorum denique benignitate ipſis tributa eſſe, non ſine ratione diximus. Horum enim temporibus, poſtquam Chriſtianiſmum amplecti cœperunt, partem jurisdictionis Epiſcopis, utputa officio publico fungentibus, & quidem tripliciter, vel *jure ordinario*, vel *conceſſu partium*, vel denique etiam *ex delegatione Superiorum* datam eſſe, teſtatur *Hug. Grot. de Imper. Summ. Poteſt. circ. ſacr. c. 9. n. 11. & ſeq.* Recte proinde primævi *Auguſtana Confeſſionis*, ejusque *Apologia Autores* & Propugnatores, *art. ult. de Poteſt. Eccleſiaſtic.* dicunt: Epiſcopos modernos non eſſe Epiſcopos ſecundum *Evangelium*, eſſe tamen eosdem ſecundum *Politiam Canonicam*, quam ſe nec improbare, nec etiam id agere velle teſtantur, ut Epiſcopis ipſorum poteſtas auferatur. Sicut & Proteſtantes porro in Reſponſo über das Buch und die Articul im Geſpräch beyde verglichen und unverglichen Cæſareæ Majeſtati exhibito, illis poteſtatem ſecularem cum Eccleſiaſtica ſive Epiſcopali haud denegarunt §. Im Titul von der Zucht des Kirchendieners in verbis: Und ſind darwider nicht/ daß die Biſchöffe die Güter und Herrſchafften/ die Ihnen von Käyſern und andern Fürſten

zugegeben ſind. Apud *Hortleder. de Bell. Germ. l. 1. c. 37. n. 338.* utramque enim poteſtatem jure humano Epiſcopis delatam illisque per plura hactenus tempora haud denegatam eſſe præter notoriam Imperii noſtri conſuetudinem, ipſa quoque Praxis Eccleſiarum no-
45 ſtrarum in Epiſcopis Auguſtanæ Confesſionis comprobat. Hinc licet multum diſputetur, an in unam perſonam poſſit concurrere ſpiritualis & civilis, ſive politica poteſtas, fruſtranea tamen erit illa diſputatio, quamdiu Status Imperii noſtri durabit. Plusquam notiſſimum enim eſt, quod Epiſcopi duplicem hodie repræſentent perſonam, *Eccleſiaſticam & ſecularem*, adeoque duplici gaudeant juriſdictione, *Epiſcopali* ſcil. proprie ſic dicta, atque *Politica*. *Priorem* exercent in clericos atque cauſis ſpiritualibus ad Epiſcopalem audientiam ſpectantibus, etiamſi inter laicos occurrant, non ſolum in proprio territorio, adeoque diœceſi feudi Regalis Eccleſiaſtici, ſed etiam in iſta, quam in terris Imperii atque dominorum temporalium habent. *vid. Matth. Steph. de jurisd. lib. 3. p. 1. c. 14. n. 11.* *Poſteriori* verò, ut Status Imperii, utuntur in bonis menſalibus, fundis, prædiis, civitatibus atq; feudis eccleſiaſticis, adeoque toto territorio, ſibi vel Epiſcopatibus ab Imperatore conceſſo. *Matth. Ste-*
46 *phan. cit loc. atq; Dn. Brunn. de Jur. Eccleſiaſt. lib. 1. c. 6. membr. 4.* Num verò, facta hac Pontificatus atque Suprematus civilis conjunctione, modus hodiernus conſtituendi Epiſcopos Romano-Catholicos per confirmationes, quandoque etiam Proviſiones Papales, de quibus prolixius in *Diſſert. de Concordat. Nat. Germ. c. 1. n. 14. & ſeq.* egimus, Reipubl. noſtræ Germanicæ utilis ſit, non ſine ratione dubitatur. E re profectò Eccleſiæ & Reipubl. noſtræ eſſe credimus, Romanam ſedem ab electione & confirmatione Epiſcoporum Germanorum excludere, ob varias easque prægnantiſſimas rationes, quas in cit. *Diſſert. proxm. n. 5. & ſeq. ex Conring. & Manzamban.* adduximus. Accedit, præter jus, quod Principes cum reliqua Eccleſia commune habent, non tantum ſeparatum, ipſis ut Nutritiis Eccleſiæ, nec non ut Principibus competens, quatenus ipſorum intereſt, tales ſacris præfici doctores, qui, amore patriæ, Principis & populi, tranquillitatem publicam conſervent; ſed & illud, quod ipſis vel tanquam Patronis Eccleſiæ debetur, vel ſaltem ratione bonorum temporalium & multo magis ratione regalium, Epiſcopis conceſſorum, competit. Horum enim ratione Eccleſiaſti-

Digitized by Google

ſiaſtici ſeculari poteſtati omnino ſubjacent & ab ipſorum dependent voluntate. *Vid: Zigler. de Jur. Majeſt. lib. 1. c. 27. §. 32.* ex quibus omnibus in promtu eſt, quid Germaniæ conſultius ſit, præprimis cum Pontifex hodie princeps ſit abſolutus, ab armis fœderibusque inſtructisſimus, qui jam inde per nonnulla tempora contra libertatem Eccleſiarum Germanicarum multa ſibi aſſeruit jura. Quæ ratio, quod tam variæ hujus *Nationis* prodierint *Querelæ*, 47
tum ante ejusdem cum Pontifice Nicol. V. initia *Concordata*, quarum potiores comprehendunt *Aviſamenta Conſtantienſa* ad Concilium Conſtantienſe, *Aviſamenta Moguntina*, quæ Principes Germaniæ Moguntiæ coactiante Concilium Baſileenſe conſcripſerunt, Imperatoris *Sigismundi Reformatio* Eccleſiaſtica, &c. tum etiam poſt *Concordata* iſta. Hinc apud *Goldaſt. tom. 2. Conſt. fol. 119. & ſeq.* reperiuntur 48
Gravamina Nationis Germanicæ cum remedijs & Aviſamentis ad Cæſar. Majeſt. de Anno 1510. Illa anno 1522. exceperunt centum *Gravamina*, Norimbergæ Pontificis Oratori exhibita, apud *Hordled. de Bell. German. lib. 1. c. 1.* atque *Goldaſt. tom. 1. Conſt. fol. 456. & ſeq.* in quibus adverſus Sedem Romanam ac totum Eccleſiaſticum Ordinem Sacri Romani Imperii Principes ac Proceres varias ob cauſas, quas ipſa perlectio Gravaminum demonſtrabit, conqueſti ſunt. Sed quia ſciſſa in 49
partes Principum atque Epiſcoporum ſtudia Imperatores, ut in commune conſulerent, prohibuerunt; Ideoque pleroſque magnos viros ac Principes hic corruptus Eccleſiæ ſtatus in partes reformationis, priori ſeculo factæ, traxit. *Cum enim perfervida Leonis X.* (verba ſunt *Jacobi Auguſti Thuani* Hiſtorici, in quo veritas, pietas, & candor ambiguâ palma decertant, *lib. 1. Hiſtor. pag. m. 17. ſub fin.*) *ſeveritate irritatus Lutheri animus omnino ſe ab Eccleſiæ Romana ſeparaſſet, pleriq; per Germaniam, qui ab eo admoniti multa non in diſciplina ſolum, ſed etiam in doctrina, ſacerdotum ambitione & avaritia corrigi debere cenſebant, cum Luthero pariter ſeceſſionem fecerunt*, hocque modo poteſtatem Sacrorum, Impe- 50
ratoribus ablatam atque Jus Epiſcopale (ut nunc etiam *ejusdem tranſlationem* ſubiiciamus,) recuperarunt, quod in *alijs regnis & Rebus publicis Aug. & reformatæ religionis* ſola contigit reformatione, in Imperio autem noſtro factum eſt per Pacem Religioſam, non primum quidem in *Comitijs Imper. de Anno 1555.* ſed jam antea initam, uti videre eſt ex *Receſſ. Imper. de Anno 1544.* §. Als wir eben in der Handlung/ 82. poſtmodum vero, cum propter religionis diſcrepantiam, quæ ad ruinam Imperii vergere dicitur in *cit. Receſſ. Imper.* §.

Erſte

Digitized by Google

Erſtlich der ſtrittigen / 77. ſubinde civilia bella exorta eſſent, Paſſavii iterum *Anno 1552.* compoſitam, tandemque poſt triennium *Anno ſc. 1555.* in forma auctiori per publicam legem renovatam, atque perpetuam factam, quæ renovatio κατ' ἐξοχὴν *Pacis Religioſæ* nomine venit, atque in ſubſequentibus Imperii Comitiis repetita eſt. *Myler ab* Ehrenbach *de Princ. & Statibus Imper.*
51 *c. 82. n. 2.* Complectitur autem hæc *Pacis Religioſæ* conſtitutio ſummatim *rationem conſtitutionis*, ejus *diſpoſitionem* pœnalem, ac *declarationem*, tandemque *media* ad conſervationem hujus Pacis ſpectantia, inter quæ media ad noſtrum ſcopum ſequentia duo faciunt: (1.) conceſſa *retentio bonorum Eccleſiaſticorum* ad Status Evangelicos translatorum, atque (2.) *Juris Diœceſani & jurisdictionis Epiſcopalis Pontificiorum Epiſcoporum* in terris Proteſtantium ſuſpen-
52 ſio. De conceſſa (1) *retentione bonorum* Eccleſiaſticorum agitur in *cit. Pacif. Relig.* quæ habetur in *Receſſ. Imper. de Anno 1555.* §. Dieweil aber. 19. ubi annexa eſt conditio, qua tamen hodie non amplius opus eſt, poſtquam *Inſtrum. Pac. art. 5.* §. *terminus à quo 2. &* §. *bona eccleſiaſtica 3.* alius terminus eſt conſtitutus, dies ſcil. 1. Jan. anno 1624. quo ſi quis fuit in poſſeſſione vel quaſi bonorum ac jurium Eccleſiaſticorum, inpoſterum etiam iisdem gaudere debet, quæ diſpoſitio non ſolum in poſſeſſorio, ſed & in petitorio locum habet, ob verba generalia §. *bona eccleſiaſtica 3. & c. neutriq; parti liceat alteri ſeu in judicio, ſeu extra negotium faceſſere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre.* Hinc ne quidem titulus poſſeſſionis, juſtus ne fuerit, ac ſecus, docendus eſt. Nam quia vi dominii ſupereminentis pro ſtabilienda pace publica perpetua iſthæc diſpoſitio *Inſtrumenti Pacis* facta fuit, auctoritas legis pro titulo ſufficit. Quam ægrè verò perpetuum hoc jus circa bona Eccleſiaſtica Proteſtantes obtinuerint, patet ex traditis *Burgold. p. 2.*
53 *Notit. Rer. Imper. diſc. 9. §. 13.* (2.) *de jurisdictione & poteſtate Eccleſiaſtica*, exhibita Imperatori Proteſtantium Ordinum Confesſione in Comitiis Auguſtæ Anno 1530. habitis inter ipſos Theologos Proteſtantium orta fuit dubitatio: An earum Eccleſiarum, quæ Proteſtantium Provinciis continebantur, gubernatio Epiſcopis permittenda eſſet: Quidam enim non modo jurisdictionem priſtinam Epiſcopis, dummodo doctrinæ nullum impedimentum inferrent, relinquere, ſed & Synodi indicendæ Jus Pontifici tribue-
[illegible] re ma-

re maluerunt, inter quos præcipuus fuit Philipp. Melanchthon, ut apparet ex Epiſtolis ipſius ad Lutherum & alios, maxime vero ad Joachimum Camerarium ſcriptis, qui barbaram & intolerabilem licentiam eſſe cenſuit, conſuetas diœceſium deſcriptiones confundere & abolere veteres mores, quod contingeret, ſi non certi eſſent Eccleſiarum Præſides. Contra Lutherus judicavit, Nihil juris eſſe tribuendum Epiſcopis in alienas adeoque Proteſtantium Eccleſias, quos nec pro veris Epiſcopis agnovit. Quod ſi enim priſtino more Eccleſiaſticum retinendum foret regimen, nunquam pacem ſperandam eſſe, cum nihil intermiſſuri ſint Pontifex & Epiſcopi Romano-Catholici, ut Proteſtantium miniſtros verbi divini in odium, invidiam & ſuſpicionem penes plebem & Principes conjicere queant. Huicque poſteriori ſententiæ plerique alii Auguſtanæ Confeſſioni addicti Doctores interque eos Noribergenſes quoque ſubſcripſerunt, quibus præ cæteris injuſtum & intolerabile videbatur Epiſcoporum jugum. *Vid. Ant. Faber. de Relig. Regend. l. 2. c. 1.* tandem vero per Imperii Sanctiones res ita temperata eſt, ut Epiſcoporum Romano-Catholicorum Jurisdictio cum Jure Diœceſano usque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii Religionis ſuſpenſa fuerit, quæ *ſuſpenſio* continetur *in cit. Receſſ. Imper.* §. Damit auch 20. verbis ſequentibus: Damit auch obberührte beyderſeits Religions-Verwandte ſo vielmehr in beſtändigem Frieden und guter Sicherheit gegen / mit- und beyeinander ſitzen und bleiben mögen / ſo ſoll die Geiſtliche Jurisdiction, doch den Geiſtlichen Chur-Fürſten / Fürſten und Ständen / Collegien / Klöſtern und Ordens-Leuten / an ihren Renthen / Gülten / Zinß und Zehenden / Weltlichen Lehenſchafften / auch andern Rechten und Gerechtigkeiten / wie obſteht / unvergriffen / wider der Augſpurgiſchen Confeſſion, Religion / Glauben / Beſtellung der Miniſterien / Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen und Ceremonien / ſo ſie auffgericht oder aufrichten möchten / bis zu endlicher Vergleichung der Religion / nicht exercirt / gebraucht oder geübt werden / ſondern derſelbigen Religion / Glauben / Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen / Ceremonien und Beſtellung der Miniſterien / wie hiebevor nachfolgends ein beſonderer Articul geſetzt / ihren Gang gelaſſen / und keine Hinderniß oder Eintrag dadurch beſchehen / und alſo hierauf / wie obgemeldt / bis zu endlicher Chriſtlicher Vergleichung der Religion / die Geiſtliche Jurisdiction ruhen / eingeſtellt und ſuſpendiret ſeyn und bleiben;

ben: Aber in andern Sachen und Fällen/ ꝛc. Hocq; prudentiſſimo conſilio conſtitutum eſt. Nam ſi Pontificiis Epiſcopis licuiſſet in terris Proteſtantium religionem reformare, Paſtores conſtituere, aut alia jura Epiſcopalia exercere, Pax religioſa nullo modo ſub-
54 ſiſtere potuiſſet. Suſpenſione hac facta novæ rurſus controverſiæ exortæ ſunt tum de ipſa religionis Pace, quam nonnulli Cæſari extortam, alii vero ſine Pontificiis approbatione & conſenſu irritam eſſe dixerunt. *vid. Limn. l. 1. Iur. Publ. c. 13. n. 19. & 25.* tum etiam de ejusdem effectu, partim ratione temporis, partim etiam ratione modi. Non ſolum enim contra perpetuitatem Pacis hujus & verba Conſtitutionis Dillingenſes in ſua Compoſ. Pac. eam temporariam eſſe voluerunt, eo ipſo quod Catholici Epiſcopi jurisdictioni Eccleſiaſticæ non in totum renunciaverint, ſed ejus uſui tantum & exercitio, ut aliud ſit, non habere jurisdictionem, aliud eam non exercere. Unde tempus hujus ſuſpenſionis Oſterman. Interim jurisdictionis Eccleſiaſticæ appellat. *vid. Juſt. Sinolt. cognom. Schulz vol. 2. Jur. Publ. Exerc. 4. th. 13. lit. b.* Sed etiam ſuſpenſionem iſtam, quam tamen non tantum quoad quosdam, ſed etiam quoad omnes actus factam, adeoq; non particularem, ſed univerſalem eſſe, ipſa Pac. Relig. verba innuunt, omnibus modis reſtringere conati ſunt. Poſtquã enim de genuino ſenſu Pacis Religionis tã inter Principes & Status Imperii ipſos utriusq; religionis, quam in ſummis Imperii judiciis graves controverſiæ oriebantur, de quibus videri poſſunt dubia ſuper Pace Religionis, in Camera Imperiali concepta apud *Chriſtoph. Lehmann. de Pac. Relig. lib. 3. c. 29. & 30.* & quævis pars ſuis principiis & opinionibus inſiſtebat, *Dillingenſes J Cti* vel potius *Jeſuitæ*, ſuum libellum de *Compoſitione Pacis*, *Saxones* vero ſuam *Imper. Rom. Germ. Pupillam* ediderunt. In hac compoſitione *Dillingenſ.* præ-
55 cipuè *ex cit.* §. Damit auch. *20.* verba: Aber in andern Sachen und Fällen der Augſpurgiſchen Confeſſion/ Religion/ Glauben/ Kirchen-Gebräuchen/ Ordnungen/ Ceremonien und Beſtellung der Miniſterien nicht anlangend/ ſoll und mag die Geiſtliche Jurisdiction durch die Ertzbiſchöfliche und andere Prælaten/ wie deren Exercitium an einen jeden Ord hergebracht/ und ſie in deren Ubung/ Gebrauch und Poſſeſſion ſeynd/ hinfüro/ wie bis hero/ ungehindert exercirt/ geübet und gebrauchet werden/ urgere colligere exq; illis voluerunt, extra enumeratas cauſas jurisdictionem Epiſcoporum Pontificiorum, nec in terris Proteſtantium ſuſpen-

ſpenſam fuiſſe, adeo ut, ſi quæſtio quædam v. g. *matrimonialis* in
terris Proteſtantium Statuum emergeret, debeat Epiſcopus Pon-
tificius, ad quem olim pertinuit Diœceſis, adhuc hodie officio ju-
dicis fungi. Verum quia Statibus Evangelicis in ſuis territoriis 56
conceſſum eſt jus ſtatuendi in rebus Eccleſiaſticis, adeoque id,
quod magis eſt, ipſis haud denegari potuerit minus, Iurisdictio
ſc. in cauſis ſub ſtatutis comprehenſis. Vers. ergo cit. Aber in an-
dern Sachen/ ꝛc. intelligendus eſt non de excluſione cæterorum
actuum Juris Epiſcopalis quoad Proteſtantes, ſed potius de acti-
bus Juris Epiſcopalis quoad *aliarum religionum conſortes*, ut adeo ſu-
ſpenſio jurisdictionis Pontificiæ Eccleſiaſticæ ex mente *Pac. Religioſæ*
ad ſolos Auguſtanæ Confeſſioni addictos pertineat, non ad alios,
ſub conſtitutione *Pac. Relig.* haud comprehenſos. Accedunt aliæ 57
ſub hujus Diſcurſus *cap. 15.* de modo exercendi Jus Epiſcopale *n.
86. & ſeq.* adductæ rationes, confirmatæ tandem per *Inſtrum. Pac.
tit. art. 5. §. Ius Diœceſanum. 16.* in quo dota jurisdictio Eccleſia-
ſtica Pontificiorum in terris Proteſtantium ſuſpenſa, atque acqui-
ſita ab Evangelicis Principibus & Statibus poteſtas Eccleſiaſtica
confirmata eſt, in verbis: *Jus Diœceſanum & tota jurisdictio Eccleſi-
aſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus contra Auguſtanæ Confeſſionis Electo-
res, Principes, Status (comprehenſa libera Imperii Nobilitate) eorumq́;
ſubditos, tam inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſionis addictos, quam
inter ſolos Auguſtanæ Confeſſionis Status, usque ad compoſitionem Chri-
ſtianam diſſidii Religionis ſuſpenſa eſto, & intra terminos territorii cu-
jusq́; Ius Diœceſanum & Iurisdictio Eccleſiaſtica ſe contineat.* Hac er-
go Conſtitutione adverſus ſententiam Dillingenſium jus Prote-
ſtantium vel denuo ſtabilitum, ut vult *Reinking. de R. S. & Eccleſ.
lib. 3. claſſ. 1. c. 10. n. 3. in add.* vel potius evidentius, quam prius,
declaratum fuit. Equidem Dillingenſium interpretationem 58
circa Pacem Religioſam in ſuo publico *Edicto*, quod anno 1629.
propoſuit, qui voluit *Ferdinand. II.* Imperator, cujus tenorem
ad verbum refert. *Limn. in. addit. ad lib. 1. Iur. Publ. cap. 13.
num. 64.* cujus deciſioni Principis & Status Imperii A. C. graviſ-
ſimas, quas vide apud *Limn. cit. loc.* aſt ſine fructu oppoſuerunt
rationes, Epiſcopali namq; Catholici quovis modo laborarunt, ut
contrarium in actum deducerent. Unde factum, quod hæc cũ aliis

 diſ-

Digitized by Google

diſſenſionibus juncta cauſa in exitiale non ſolum exarſerit bellum, ſed etiam variis anſam dederit querelis, quarum præter injurias ac damna, religionis odio perpeſſa multas ex Autor. *Hiſt. Pac. Weſtphal. lib. 2. §. 70. cit. 15. n. 88.* adduximus, tandem tamen ſingulari Numinis Divini gratia hæc controverſia mediante Corona Svecica Oſnabrugi ſaluberrima iſta conſtitutione in *Inſtrum. Pac.* definita, pariterq; in *ſubſeq. art. 7.* dubium quoad Reformatos ſequentibus eſt deciſum verbis: *Unanimi quoq; Cæſareæ Majeſtatis, omniumq; Ordinum Imperii conſenſu placuit, ut quicquid juris aut beneficii cum omnes aliæ conſtitutiones Imperii, cum Pax Religionis & publica hæc transactio, in eaque deciſio gravaminum cæteris Catholicis & Auguſtanæ Confeſſioni addictis Statibus & ſubditis tribuunt, id etiam*

59 *iis, qui inter illos Reformati vocantur, competere debeat.* Per hoc itaque Inſtrumentum Cæſareo-Svecicum non ſolum pax Religionis confirmata, ſed etiam *cit. art. 5.* omne jus Diœceſanum & tota Jurisdictio Eccleſiaſticarum ſuis ſpeciebus tum contra Auguſtanæ Confeſſionis Electores, Principes, cæterosque Status, comprehenſa libera Imperii Nobilitate, eorumque ſubditos, tum etiam *in ſubſequent. art. 7.* contra Reformatos usque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii Religionis ſuſpenſa eſt, exceptis duobus caſibus, quos in hujus *Diſcurſ. c. 15. n. 68.* circa modum exer-

60 cendi Jus Epiſcopale recenſuimus. Non ignoramus quidem huic ſuſpenſioni ac Pacificationi Oſnabrugenſi omnibus modis ſe oppoſuiſſe Sedem Romanam, id quot inter alia declaratio Nullitatis articulorum nuperæ Pacis Germanicæ ab Innocentio X. propoſita affatim teſtatur. Ibi namque ſibi adminiſtrationem Eccleſiæ concreditam ſibique ex alto paſtorale officium commiſſum & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudinem conceſſam eſſe dixit. Quamob-

61 rem articulos Pacis Oſnabrugenſis & Monaſterienſis, quatenus de Religione ac Rebus Eccleſiaſticis agunt nullos, irritos, iniquos & per non habentes poteſtatem temere contractos eſſe putavit, verum non attenta hac Declaratione Innocentiana, Imperatoris & communi omnium Imperii etiam Catholicorum conſenſu, hi Pacis articuli ab Imper. Ferdinando III. publicati, per edicta & mandata executorialia effectui mandati, inter Leges publicas Imperii recepti, tandem per Capitulationes inviсtiſſimi noſtri Leopoldi atque glorioſiſſimi Joſephi confirmati, ſicq; hactenus pro ſan-

ctione

ctione fundamentali Imperii noſtri habiti fuerunt, Conſtitutio- 61
nibus proinde Imperii publicis Principes & Status Imperii Prote-
ſtantes nituntur, ipſisque à tota Eccleſia Nationali cum *Jure E-
piſcopali* atque Eccleſiaſticorum actuum cognitione ſumma in Ec-
cleſiaſticis poteſtas conceſſa, vel potius denuo poſtliminii jure
reſtituta ſit. Re namque accuratius conſiderata, Jura Sacrorum,
ante has Pacificationes, jure Superioritatis habuerunt, ita ut il-
la extra omnem Pacificationem exercere potuerint. *Paverm. lib. 1.
de Jurisd. c. 6. n. 3.* atque *Knichen. de Jur. Territ. c. 3. n. 232.* Quia
tamen à Sede Romana in hoc exercitio per plura hactenus tem-
pora impediti fuerunt, id ſaltem Pacificationibus hiſce effectum,
ut illis libere & tranquille, ſine ulteriori turbatione, poſtmodum
utantur, & quidem ad Chriſtianam usque, eamque plenariam
religionis compoſitionem. Hæc autem conditio reſolutiva non 62
obeſt, quo minus interim poſſint dici Domini bonorum & jurium
Epiſcopalium, quotquot ſub dominium cadunt. Poteſt enim
dominium in aliquem pure transferri, quod tamen ſub conditio-
ne reſolvatur, *arg. l. 1. de L. Comm. atq; l. ſi mortis. 29. ff. de mort.
cauſ. donat.* Verba quoque *Pacis Religioſæ* atq; *Inſtrum. Pac.* pura
ſunt, quamvis clauſulam comprehendant dominii bonorum vel Ju-
rium Eccleſiaſticorum eventualiter reſolutivam, ſiquidem hac non
obſtante in caſu, quo de Religionis diſſidiis amicabiliter conveni-
ri nequit, nihilominus conventionem interpoſitam perpetuam eſ-
ſe vult & jubet. Proinde ſuſpenſio iſta non tam eſt temporalis
quam perpetua, quæ in effectu abrogationem *Juris Epiſcopalis* E-
piſcoporum Catholicorum atque Jurisdictionis Eccleſiaſticæ in ter-
ris Proteſtantium cum translatione ad Status Imperii Evangelicos
continet. Si enim nuda eſſet ſuſpenſio, nullisque tributa eſſet
partibus Jurisdictio Eccleſiaſtica, ſequeretur quidem eam non
poſſe ab Epiſcopis Romano-Catholicis exerceri in terris Proteſtan-
tium, ſed ita eſſet plane nullius, quod tamen ab ipſa Pac. Rel. &
Inſtrum. Pac. quam maxime alienum eſt, hocque reſpectu veriſ-
ſimum eſt, quod aſſeruit *Carpz. in Comment. de Germ. Sacr.* abro-
gatam fuiſſe Jurisdictionem ſacram adverſus Aug. Confeſſ. reli-
gionem, ſive ut loquitur *Erneſt. de Euſeb. in jud. Theol. de P. C.* ju-
risdictionem Eccleſiaſticam non tam ſuſpenſam, quam potius re-
ipſa abolitam eſſe ob Pac. Relig. perpetuitatem. *Vid. Anton. Faber.*

 de

Digitized by Google

de Rel. Regend. lib. 1. c. 17. n. 9 & ſeq. ibique *Fritſch. in not.* nec non *ad*
63 *lib. 2. c. 2.* Proinde hactenus à tempore *Pac. Religioſa* Principes &
Status Imperii A. C. duplicem perſonam, Principis ſecularis & Epi-
ſcopi ſuſtinere cœperunt. *Myler. ab* Ehrenbach *de Princip. & Stat.*
Imper. c. 86. §. 3. atque cum Superioritate territoriali religionis quo-
que exercuerunt curam, quod novum non eſſe, ex antea dictis ap-
paret, atque ex omni antiquitate probat *Hugo Grot. de Imp. ſumm.*
64 *Poteſt. circ. ſacr. c. 2.* Neutiquam tamen ob hanc Jurisdictionis Ec-
cleſiaſticæ ſuſpenſionem cum jure *Sacrorum Jus Epiſcopale*, quo-
rum utrumque Principes A. C. exercent, confundi debet. Commu-
niter equidem hoc fieri videmus, dum ſæpius *juribus* adſcribuntur
Epiſcopalibus, quæ tamen ex *jure* eminenti circa *Sacra* dependent.
Sicut etiam in exercitio utriusque juris Domini territorialis Aug.
Confeſſ. & Reform. Relig. contra Sedem Pontificiam alioſque, qui
in eorundem territoriis ille ſibi aſſerere volunt, fundatam habent
intentionem. Aſt, ſi accurate rem conſiderare velimus, *à jure ſa-*
crorum jus Epiſcopale, quamvis ejusdem conſequens ſit, revera dif-
65 ferre, quivis fatebitur. *Ius* namque *Sacrorum* ipſi Majeſtati cohæret,
cui ob id facultas diſponendi de ſacris competit, atque circa ſe-
quentia præcipue verſatur: (1.) circa jus *ferendi LL. Eccleſiaſticas*,
unde fluit *facultas doctrinam ſacram*, ſi non proponendi, ſaltim
ſtabiliendi jus *circa religionem*, jus *ferias ordinandi*, jus *convocandi*
Concilia & Synodos. (2) Circa *Eccleſiaſticam jurisdictionem*, ex qua de-
rivatur *jus conſtituendi Epiſcopos*, *jus beneficia Eccleſiaſtica conferendi*
atque *conſtituendi Conſiſtoria*, ſive tribunalia ad decidendas cauſas
Eccleſiaſticas, denique (3.) circa *Ius Advocatiæ*, h. e. defendi &
protegendi Eccleſias in territoriis ſuperiorum ſitas, hocque ma-
xime in *adminiſtratione bonorum Eccleſiaſticorum* conſpicuum eſt, cu-
jus intuitu quoque titulus Advocati Eccleſiæ in Imperatores
tranſiit. Jura hæc Majeſtatis circa ſacratum in genere, tum in
ſpecie prolixius conſiderat *Zigler. de Iur. Majeſtat. lib. 1. c. 13. & ſeq.*
conciſius vero atque brevius *Becmann. Medit. Polit. c. 17. §. 7. & ſeq.*
Add. *Conring. de Majeſt. civil. auctor. circ. Sacr. th. 10. & mult. ſeq.*
nec non hujus *Diſcurſ. c. ult. num. 103.* Atque hoc jus apud Ro-
mano-Catholicos, prout jam ante *n. 12. & ſeqq.* innuimus, Pon-
tifices ſibi vindicant Romani. Hinc prodiit Innocentii X. Pon-
tifi-

Digitized by Google

tificis Bulla; qua ſolenne Pacis Inſtrumentum, quatenus circa ſacra & res Eccleſiaſticas diſponit, utut irrito conatu annulatum voluit; Ne tamen Principes hanc Pontificis circa Sacra poteſtatem indignè ferrent aut haberent, de quo conqueri poſſent, conceſſerunt iis, utut inviti probationem quandam & Advocatiam Eccleſiæ, inſimulque Imperatori jus primariarum Precum, de quibus vid. *c. ult.* hujus *Diſcurſ. n. 4. & 5.* Noſtrates verò toti Eccleſiæ adſcribunt, ita quidem, ut hanc poteſtatem exerceant illi, quos Deus & Eccleſia ad ejus exercitium conſtituit, inter quos primas tenet ſumma Reipubl. poteſtas, per ea, quæ ulterius hanc in rem proponit *Zigler. cit. c. 13. §. 20. & ſeq.* hujusque juris vigore ex *Pac. Relig.* atque *Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec.* Principes & Status Evangelici conventus ſacros indicunt ſacra ordinant, Conſiſtoria conſtituunt, iisque leges præſcribunt. *Dn. Brunnem. de Iur. Eccleſ. lib. 1. c. 2. §. 1. atque 9.* Jus Epi- 66
piſcopale autem Iuri Sacrorum ſubordinatum eſt, atque functiones diverſorum generum, ſecundum *Iuris Canonici* atque *Publici Scriptores*, complectitur, quarum prior vi *Ordinis*, altera ex *L. Diœceſana*, tertia ex *L. Iurisdictionis* naſcitur, cui tandem accedunt variæ *Dignitates*, quibus ſacer Ordo in plerisque orbis partibus cohoneſtatur, vid. *Dn. Becmann. Not. Dignit. Diſſert. 12. c. 2. §. 1. & 2. atque Diſſert. 15. c. 2. § 1.* Hoc jure apud Ro- 67
mano-Catholicos Epiſcopi; in noſtris Eccleſiis itidem Domini territoriales gaudent, à quibus cum prædictis Sacrorum juribus conjunctim exercetur, unde confuſio exorta eſt, quamvis reipſa hæc duo jura differant, prout omnium optimè præ cæteris hoc deducit *Dn. Stryck. in addit. ad Brunnem. Ius Eccleſ. lib. 1. c. 6. membr. 12. §. 1.* in verbis: *Hos Ius Epiſcopale accuratè ſecernendum à Iure Sacrorum (vel ut alii malunt circa Sacra, quamvis ego hoc conſequens Iuris Sacrorum æſtimem, uti conſequens juris rerum eſt diſpoſitio circa rem) quod ipſi Majeſtati cohæret, & inde facultas illa diſponendi circa ſacra Principi competit. Hoc Jus Sacrorum circa tria præcipue verſatur (1.) circa cultum divinum in ſe ſpectatum (2.) circa perſonas cultui deſtinatas (3.) circa res & bona ad cultum neceſſaria. Epiſcoporum vero poteſtas huic Juri ſubordinata eſt, & præcipue ad executionem cultus jā tum recepti ſpectat. Communiter tamen hæc confundi videmus*

dum

dum ſæpius juribus adſcribuntur Epiſcopalibus, quæ ex jure eminenti circa Sacra dependent. Quæ laxior Juris Epiſcopalis acceptio ſine dubio inde oriunda, quod ſæpius præcipuam juris ſacrorum partem Epiſcopis indulſerint Principes quæ in alio Principatu iterum potuerunt reſtringi.

68 Hactenus Dn. Stryckius. Atque ex hac differentia fluit, quod in nonnullis Proteſtantium locis Jura Sacrorum per ſecretiora Principum conſilia aut Conſiſtoria ſuprema exerceantur; Jus Epiſcopale vero per Conſiſtoria, atque Superintendentes, Inſpectores & Decanos tractetur, ita tamen, ut Conſiſtoria præcipua negotia Epiſcopalia ſibi vindicent, poſteriores autem natione ſolummodo atque particula quadam Juris Epiſcopalis gaudeant, teſte *Dn. Schilter. Inſt. Jur. Canon. lib. 1. tit. 7. §. 3. ſub fin.* in illis præcipue quæ ſunt *Ordinis* atque *L. Diœceſana. Mev. p. 7. dec. 79. n. ult.* De quibus omnibus ex ſequentibus, præcipue vero ex *c. 15. de modo exercendi Jus Epiſcopale, nec non ex c. ult. de Iuris Epiſc. à Jure Sacror. differentia* plenius conſtabit.

CAPUT II.

Definitionem atque Diviſionem Juris Epiſcopalis proponit.

Summaria.

1. Jus Epiſcopale denominatur ab Epiſcopis, ubi declaratur quo reſpectu.
2. Unde dicantur Presbyteri & Epiſcopi.
3. Duplicem vox Epiſcopi habet ſignificationem.
4. & 5. Civilem in qua comprehendit omnes rebus obſervandis & peragendis præpoſitos, &
6. Eccleſiaſticam, in qua iterum tripliciter venit.
7. In ſpecie denotat præpoſitos Clericorum & populorum, qui etiam vocantur Speculatores & Superintendentes.
8. Superintendentes in ſpecie vocantur Eccleſiar. Aug. Confeſſ. Inſpectores.
9. Alias Jus Epiſcopale vocatur poteſtas Paſtoralis, ac Epiſcopalis, nec non Jus Regium ſacrum, ubi declaratio axiomatis: quod poteſt Ponti-

Pontifex, id quocp permiſſum eſt Epiſcopo &c.

10. Deſcriptio Juris Epiſcopalis communis ejusque impugnatio.

11. Alia Definitio Juris Epiſcopalis, quæ cum declaratione admittitur.

12. Communis tamen quocp defenditur, atcp ab impugnationibus liberatur.

13. Epiſcopus confirmatus poteſt quidem exercere ea, quæ ſunt jurisdictionis, plenitudinem tamen poteſtatis Epiſcopalis acquirit per conſecrationem.

14. Dn. Brunnemanni deſcriptio Jur. Epiſc. declaratur.

15. Gloſſ. (1.) dividit Jus Epiſcopale in L. Jurisdictionis & Diœceſanam, ubi quæ ad utrumque caput referat, & qui eam ſequantur.

16. Gloſſam etiam ſub jurisdictione Ordinem comprehendere, ex adductis demonſtratur.

17. Unde nonnulli (2.) tria capita conſtituunt, Ordinem, L. Diœceſanam & Jurisdictionem.

18. Alii (3.) L. Diœceſanæ & jurisdictionis differentiam non agnoſcunt, quod latius ex Gonz. Tellez. declaratur.

19. Alii (4.) Ius Epiſcopale partim Ordinis, partim jurisdictionis eſſe dicunt.

20. Azpilcuet. ſextuplicem poteſtatem Eccleſiaſticam ad Ordinem & jurisdictionem refert.

21. In ſeparandis illis, quæ Ordinis & jurisdictionis eſſe dicunt, maximè variant.

22. Alii (5.) Ordini atque jurisdictioni ſuperaddunt Dignitatem.

23. Alii (6.) quatuor capita conſtituunt: Ordinem, L. Diœceſanam, jurisdictionem & Dignitatem.

24. Ἐπίκρισις, ubi demonſtratur, quod ab initio Epiſcopi poteſtas fuerit vel Ordinis vel jurisdictionis.

25. Illas poteſtates diverſas eſſe demonſtratur.

26. Poſtmodum à jurisdictione ſeparata eſt L. Diœceſana.

27. & 28. Hæc ſeparatio uberius demonſtratur.

29. Tandem acceſſit Status ſive Dignitas.

30. & 31. Non improbabiliter à Sithmanno hoc quartum caput impugnatur.

32. Certa tamen ratione admitti poteſt.

33. Quædam iterum ex his juribus cum ornamentis Epiſcopalibus, quædam vero

ſtola tantum exercentur.
34. Unde relativè demonſtratur, quæ jura Stolæ dicantur.
35. Quæ jura ad quodvis caput in ſpecie pertineant, variant Catholicorum & Proteſtantium Dd.

1 JUs *Epiſcopale* denominationem ſuam ab Epiſcopis recipere, ipſa vocis inſpectio monſtrat, inſimulque indicat, hanc poteſtatem Epiſcoporum propriam ac peculiarem eſſe, non quidem propterea, quod, excluſo Magiſtratu Chriſtiano, Clero atque populo, *de Jure Divino* ad ſolos Epiſcopos pertineat; hactenus ſiquidem ſat abunde demonſtravimus: Jus Epiſcopale ita, prout nunc conſpicitur efformatum, atque extra poteſtatem dogmaticam, omnibus Eccleſiæ Miniſtris competentem conſideratum à Conſtitutionibus mere humanis & Eccleſiaſticis dependere, aucta quoque Eccleſia & Miniſteriis Eccleſiaſticis, Epiſcopos à cæteris Clericis non niſi munus inſpectionis atque directorii in Collegio Presbyterorum ſeparaſſe; tandem ſequiori inſtituto factum fuiſſe, quod Epiſcopi quædam jura, ante cum Presbyterio ſuo atq; tota Eccleſia communia, ſibi vindicârint, horumq; prærogativa à cœteris Presbyteris non ſolum diſtingui voluerint, *Dn. Schilter. Inſt. Iur. Canon. lib. 1. tit. 7. §. 5.* ſed & hactenus, ſecundum Juris Canonici diſpoſitionem & Praxin receptiſſimam, diſtincti fuerint. *Joh.*
2 *Gerhard. de Miniſter. Eccleſ. §. 112. ſub fin.* Sicut autem Presbyteri vocabulum, quod ex Judaiſmi veteris uſu in Chriſtianiſmum translatum eſt, variè ſumitur, ut non malè ejusdem diverſam ſignificationem ad hæc ſumma capita redigat *Hug. Grot. de Imp. Summ. Poteſt. circ. ſacr. c. 11. n. 14.* quod per illud nonnunquam dignitas propter prudentiam alicui collata ſive Magiſtratus, nonnunquam etiam Sacerdotium; quorſum pertinet, quod apud Gratian. *Iſidorus in c. cleros 1. diſt. 21.* Presbyter, inquit, græcè, latine Senior interpretatur, non modo pro ætate vel extrema ſenectute, ſed propter honorem & dignitatem, quam acceperunt, presbyteri nominantur, unde apud Veteres iidem Epiſcopi & Presbyteri fuerunt; Ita quoque Epiſcopi verbum, quod non cum Eccleſia Chriſtiana primum cœpit, nec heri aut nudius tertius inventum eſt, ſed antiquiſſimis potius temporibus uſitatum fuit, multiplicem admittit ſenſum. Dicitur enim à Græco vocabulo ἐπισκοπεῖν, quod regulariter idem ſignificat ac ſuperintendere & ſuperinſpicere ſive attentè inſpicere & curioſè obſervare, aliquando verò idem ac inviſere & viſitare, quomodo Medici

dici apud Gallenum paſſim dicuntur ægrotes ἐπισκοπεῖν, nonnun-
quam etiam idem, quod recenſere ac luſtrare, prout hoc vocabulo
in ſua verſione uſi ſunt LXX. Interpretes, Num. 11. v. 26. & 33. nec
non alibi paſſim, ut adeo illi, qui Epiſcopi efficiuntur, nihil aliud
ſint, quam Speculatores, Inſpectores, Viſitatores, quaſi quod ſuper-
intendant, curam ſc. ſubditorum gerentes, teſte *Iſidor. in d. c. cleros.
1. diſt. 21.* atque *Auguſtin. in c. qui Epiſcopatum 11. c. 8. q. 1.* Επὶ namq;
ſignificat ſuper, atque σκοπεῖν intendere, ut adeo hac derivatione
deſignetur, quod ſuper multa attentionem, obſervationem & in-
ſpectionem habeant, aut quod in hypotheſi ad Eccleſiaſticam cu-
ram conſtituti ſint, ad excubandum pro grege ſuo adverſus incur-
ſum luporum, *cit. can.* 1. ſive ad providendum & cavendum, ne Ec-
cleſia in doctrina aut moribus detrimentum capiat. *Havemann. Hel.
Hierot. ſive de Iur. Epiſc. tit.* 1. § 8. Nihil enim magis Epiſcopis curæ
eſſe debet, quam incolumitas gregis ſibi concrediti, quo fit, ut *in
Civitate hoc ſit Epiſcopus, quod in navi gubernator, in curru rector, in
exercitu dux,* verba ſunt *Polyd. Vergil. lib. 4. de rer. invent. c. 6.* Cæte- 3
roquin vocabulum hoc Græcis æque ac Latinis Scriptoribus no-
tum, ut patet ex *Duaren. de Sacr. Eccl. Miniſtr. lib. 1. c. 7. Auguſtin. Bar-
boſ. de Off. & Poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 2. n. 1.* atque *Dn. Beemann. Notit.
Dign. Illuſtr. Diſſert. 15. c. 1. §. 1. ibid. alleg. Stephan. in Lex.* in genere,
tanquam vox ſollicitudinis & curæ *Perez. ad Cod. de Epiſc. & Cler.
n. 1.* duplicem civilem atque eccleſiaſticam præ ſe fert ſignificatio-
nem. In *priori* comprehendit omnes, qui rebus quibusdam ob- 4
ſervandis & peragendis præſunt, quive ſumma negotii commiſſa
habent, aut in majori poteſtate conſtituti ſunt, ut patet ex *Cicer.
lib. 7. ad Attic. Epiſt. 11.* Ego negotio præſum non turbulento, vult
enim Pomponius, me eſſe, quem tota hæc Campania & martitima ora
habent ἐπίσκοπον, ad quem delectus & ſumma negocii referatur.
Hinc Romanis erant Epiſcopi præfecti pani, cæteriſque venalibus
rebus, quæ civitatum populis ad quotidianum victum uſi erant,
per l. n. 18. §. Hierarchæ. 7 ff. de mun. & hon. adeoq; hoc nomine deſigna-
bantur certi Magiſtratus, rebus ad cibũ & victum pertinentibus præ-
poſiti. *Azor. Inſt. Moral. part. 2. l. 3. c. 27. in pr.* atq; *Auguſt. Barboſ. cit. tit.
1. c. 2. n. 1.* Conſimili modo *Homerus Hectorem* appellat ἐπίσκοπον 5
τῆς πόλεως, atq; *Demoſthenes Palladem* ἐπίσκοπον Athenarum. Apud
Athenienſes porro, ſecundum nonnullos, Epiſcopi vocabantur ado-
leſcentes, qui, cum ex ephebis exceſſerant, regiones circumibant, ut,

Digitized by Google

cum ingrueret neceſſitas, illarum æque ac viarum & locorum eſſent gnari; ſecundum alios verò Magiſtratus, quos ſpeculatum mittebant, quid in unaquaque ſubditarum civitatum boni malique, æqui aut iniqui ageretur. *Vid. Cal. Rhodigin. lib. 18. Lect. antiq. c. 3. Gerhard. de Miniſter. Eccleſ. §. 27. ibiq; alleg. Spigel. Dn. Becmann. dict. loc.* Ut plurimum enim Epiſcopi dicebantur, quibus non ſolum oculis luſtrandi poteſtas, ſed etiam providentia & adminiſtratio aliqua mandata erat, quorumq; officio incumbebant, ut ſi defectum obſervarent, eum ſupplerent, emendarent & corrigerent.
6 *Vid. Dn. Zigler. de Epiſc. lib. 1. c. 1. §. 3.* In Eccleſia hæc vox Apoſtolorum tempore, ad Eccleſiæ Miniſtros ac Præſules, adeoque à profano & civili Magiſtratu ad ſacros Eccleſiæ antiſtites ita tranſlata eſt, ut triplex ejus in ſacris inveniatur applicatio. (1.) Namque tribuitur hoc nomen Epiſcopi ipſi *Salvatori* noſtro, qui *1. Petr. 2. v. ult.* vocatur Paſtor & Epiſcopus animarum noſtrarum. (2.) Eo in genere denotantur quivis *Eccleſiæ Miniſtri*, quorum munus eſt ἐπισκοπεῖν atque diligentem gregis commiſſi curam habere; vid. *Act. 20. v. 28.* prout demonſtravimus latius in *cap. præcedenti.* (3.) Denique in ſpecie tribuitur illis Eccleſiæ miniſtris, quibus non ſolum gregis eſt commiſſa cura, ſed etiam cæterorum
7 *Presbyterorum inſpectio* mandata, *Gerhard. cit. loc.* Proinde ſecundum poſteriorem hanc acceptionem & uſum in Eccleſia receptum Presbyterorum nomine illi veniunt, qui infra Epiſcopum ſunt, atque *Optat. Milevitan.* in ſecundo ſacerdotio conſtituti eſſe dicuntur, Epiſcopi vero ſunt præpoſiti Clericorum & populorum, hoc muneris ſibi concreditum habentes, ut in ſalutem gregis ſibi commiſſi ſuperintendant, atque curam Eccleſiæ gerant. *Act. 1. v. 20. Act. 20. v. 28.* vel etiam præfecti Eccleſiarum, mores & vitam eorum, qui ipſorum curæ concrediti ſunt, ſpeculantes & perſpicientes. *Azor. cit. loc.* ob quam rationem non tantum latine *Speculatores* vocantur, quia quaſi ſpeculatores in Eccleſia præpoſiti ſunt, *cit. c. cleros 1. diſt. 21.* ſed & *Superintendentes in can. qui Epiſcopatum. 11. c. 8. q. 1.* in verbis: *Ergo Epiſcopos, ſi velimus, latine Superitendentes poſſumus dicere*, atque *in c. legimus. 24. diſt. 93.* Vid
8 *Barboſ. de Poteſt. Epiſc. d. c. 2. n. 2.* Atq; hoc poſteriori vocabulo in *Eccleſiis Aug. Confeſſ. Inſpectores Eccleſiarum* vel maximè propterea deſignantur, quia ipſi Principes per Conſiſtoria ſua Jura Epiſcoporum

Digitized by Google

rum exercent, Superintendentes vero cum inſpectione ſibi com-
miſſa ſolum natione quadam atq; particula Juris Epiſcoporum gau-
dent. *Dn. Schilter. Inſt. Jur. Canon. lib. 1. tit. 7. §. 3. in fin.* Plura de
voce ejusq; etymologia ac cognatis Epiſcoporum videantur apud
Rittershuſ. ad Novell. p. 1. c. 7. num. 7. Barboſ. cit. loc. ubi in ſimul cum
allegatis varia ſynonyma proponit. atq; *Dn. Zigler. de Epiſc. lib. 1. c.
41. per tot.* Ab his Epiſcopis denominationem ſuam accepit Jus E- 9
piſcopale, quod alioquin etiam vocatur *poteſtas paſtoralis*, *Joach.
Steph. lib. 1. Inſt. jur. Can. c. 7. n. 12.* necnon *poteſtas Epiſcopalis*, atq;
Jus regium Sacrum à *Chriſtian. Weber in tract. de Jur. Conſiſt. c. 12.* quo-
niam ipſius vigore juriſdictionem in univerſas perſonas Eccleſia-
ſticas exercet Epiſcopus, Eccleſiaſticas cauſas determinat, ſancti-
ones ſuper Eccleſiaſticis rebus edit, atque in ſumma, *quantum
Iuris Pontifici Romano* ſecundum principia Canonum in orbe Chri-
ſtiano competit, *tantum* quoque *in ſua Diœceſi*, *ſubordinate ſcil. ac
ſpecialibus nonnullis exceptis*, *habet Epiſcopus.* Vid. *Engel. in Coll. Iur.
Canon. ad tit. X. de maj. & obed. num. 35.* atque *Laymann. Theol. Mor.
lib. 1 tract. 4. c. 7. 6. 2. num. 5. in fin.* nec non *c. 16. huj. Diſc.* in quo *n.
7. ſeq.* variæ declarationes hujus aſſerti proponuntur. Verum
hoc ſynonymum poſterius ita explicandum eſt, ne per id eminen-
tius *Ius Sacrorum* à *Iure Epiſcopali* alioquin ſeparatum cum eodem
confundatur. *Deſcribitur* autem *Ius Epiſcopale* communiter per 10
*poteſtatem, quæ Epiſcopo legitime & canonice electo, poſtulato, confir-
mato, inveſtito, conſecrato atque ordinato, juxta tenorem Canonum,
competit. Obſ. de Iur. Epiſcop. §. 14. Carpz. lib. 1. def. Eccleſ. 4. n. 1.
Weber. in tract. de Iur. Conſiſt. c. 7. Gerhard. de Miniſt. Eccleſ. §. 108.*
Verum hanc deſcriptionem accuratiorem haud ferre poſſe indagi-
nem, nonnulli propterea aſſerunt, quod (1.) non diſtinguat *Ius
Epiſcopale* à *juriſdictione ſeculari* quæ etiam in Germania noſtra E-
piſcopis legitime & canonice electis, poſtulatis, confirmatis, in-
veſtitis &c. competit, ut adeo hoc reſpectu ſuo definito ſit latior.
(2.) quod nonnulli actus ſequantur poteſtatem Epiſcopalem ſta-
tim poſt electionem & confirmationem, ut ſunt actus juriſdi-
ctionales *per c. noſti. 9. & c. qualiter. 17. X. de elect.* alii vero, ut pu-
ta ſunt Ordinis, conſecrationem deſiderent, *c. transmiſſam. 15. X.
eod.* ut de ſubſtantia Juris Epiſcapalis promiſcue conſecratio aut
ordinatio non ſit. Hinc *D. Textor de Iur. Epiſcop. in terr. Proteſt.*

Digitized by Google

§. *13.* plenius Ius Epiſcopale hoc modo definiendum eſſe putat, quod ſit *poteſtas canonica curandi religionem & ſacra, resq; ad eccleſias vel pia loca pertinentes, ut & jurisdictionis eccleſiaſticæ exercendæ, cum prærogativis quibusdam ac beneficiis, Epiſcopo intra diœceſin competens.* In qua definitione omnia Iuris Epiſcopalis capita comprehenſa eſſe dicit. Aſt, ſicut *in poſteriori* deſcriptione *Dn. Textor.* id monendum ſe offert, quod per poteſtatem canonicam curandi religionem non quævis, ſed illa intelligi debeat, quæ Epiſcopali officio cohæret, atq; Epiſcopo, tanquam Epiſcopo, competit, ut ita diſtinguatur à jure Sacrorum, cui Ius Epiſcopale ſubordinatum eſt, per ea, quæ ſubinde ex *Dn. Stryck. annot. ad Brunnem. Jus Eccleſ. lib. 1. cap. 6. m. 12. n. 1.* monuimus, atque ulterius ex traditis *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. cap. 1. n. 26.* colligi poteſt.
12 Ita quoq; *prior* certa ratione ſalvari poterit, modo ad *primum dubium* reſpondeatur, quod Epiſcopi, *quatenus Epiſcopi* ſunt, per electionem cæterosque qui eam ſequuntur, actus Jus Epiſcopale immediate acquirant: jurisdictionem vero ſecularem & regalia, non quatenus Epiſcopi ſunt, ſed quatenus territoria Epiſcopatibus adjuncta habent, adeoq; ob illa ſecularem repræſentant perſonam. *Pauermeiſt. de Jurisdict. lib. 2. c. 9. n. 8. atq; Mager. de Advoc. arm. c. 7. n. 299.* Hocq; ipſum verba deſcriptionis finalia: *juxta tenorem Canonum &c.* ſatis innuere videntur. Quoad *ſecundum* equidem certum eſt, quod Epiſcopus nonnulla Jura Epiſcopalia ſtatim poſt Electionem acquirat, plenariam tamen eorundem adminiſtrationem non niſi poſt confirmationem Pontificis & Conſecrationem ſive Ordinationem (quæ pro iisdem habet *Gloſſ. in c. ſi Archi-Epiſcopus. 6. verb. ordinandus. ☩ de tempor. ordin.*) impetrat. Quamobrem,
13 licet Epiſcopus confirmatus verus Eccleſiæ ſuæ paſtor ſit, eaq; omnia exercere poſſit, quæ jurisdictionis ſunt, videlicet judicare, punire, cenſuras ferre, ab iisdem abſolvere, jurisdictionem delegare, gratias & privilegia concedere, beneficia Eccleſiaſtica conferre, inveſtire, præſentatos inſtituere & electos confirmare; tamen plenitudinem Epiſcopalis officii per conſecrationem demum conſequitur, ut ea quoq; exercere poſſit, quæ Ordini Epiſcopali annexa ſunt, videl. Clericos ordinare, baptizatos confirmare, ſacrum chriſma, vaſa, altaria, eccleſias, virgines conſecrare, Clericos degradare, verba ſunt *Paul. Laymann. de Prælat. Eccleſ. elect. c. 15. q. 167. circ. fin.* Confer illa quæ in *Diſcurſ. hujus c. 15. n. 16. & ſeq.* proponuntur, quod ſcil. legitima *Electio*

tribuat jus ad *confirmationem* ex *Confirmatione* ſequatur jus adminiſtrandi bona Eccleſiaſtica & exercendis juriſdictionem Eccleſiaſticam, tandem plenitudo Officii Epiſcopalis conferatur per *Conſecratio-nem.* Atq; ex his explicari quoq; poteſt deſcriptio *Dn. Brunnem. cui in* 14
Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 6. memb. 12. §. 1. Jus Epiſcopale eſt jus Epiſcopali officio annexum, quod Epiſcopus in perſonas ac res, ſua poteſtati ſubjectas, exercere poteſt. Quinimo ſi rem ipſam juxta ſua incrementa, quibus hodie pollet, paulo accuratius intuemur, Jus Epiſcopale nihil aliud eſt, quam Ens aliquod aggregatum, & ex variis partibus heterogeniis ita compoſitum, ut eo ſuo jure utantur Epiſcopi, & qui eorum vice funguntur, vel illos in Proteſtantium Eccleſiis repræſentant; dum autem in deſcriptionibus hactenus relatis Jus Epiſcopale Epiſcopis, & qui eos repræſentant, eorumq; officio adſcribitur, eo ipſo à jure Sacrorum atq; jure Patronatus, prout jam antea innuimus, atq; data occaſione ulterius demonſtrabimus, ſat aperte diſtinguitur ac ſeparatur. Et quidem cum ex parvis initiis in diverſa excreverit Jura nul- 15
la quoq; ſi ad incunabula ipſius reſpiciamus, aſſignari poterit diviſio nec etiam nullibi jura Epiſcopale enarrantur, quam in *c. conquerente 16. X. de Off. Jud. Ordinar.* Cum enim Oeconomus Monaſterii S. Benedict. Montis Subaſii, aut ut alii loquuntur, Sublaſii, vel ut *Gonz. Tell.* vult Subaxis conquereretur Epiſcopum Aſſiſinatenſem, uti vulgo legitur pro quo tamen Aſſienſem ſubſtituendum eſſe dicit *Gonz. ad d. c. 16. X. de Off. Jud. Ord. n. 1.* cum Aſſiſium ſit antiqua Civitas in Umbria à fluvio Aſſis ita dicta, Juribus Epiſcopalibus non contentum eſſe, atque peteret, ut ad amputandam omnem litis materiam Epiſcopus ſpecificaret, quæ ratione Iuris Epiſcopalis in Eccleſiis ipſi competerent, re ad ſe delata primus omnium Honorius III. Pontifex in ſpectis probationibus & actis utriusq; partis non ſolũ decrevit, illa eſſe Jura Epiſc., quæ *in cit. c. 16. X. de Off. Jud. Ord.* enarrantur, qui textus propterea pro Sede principali hujus materiæ habetur, ſed etiam poſtea cum inter Epiſcopum Venetenſem & Monaſterium Rothanenſe, (ſic enim legendum eſt, non Rothomagenſe, uti vult Collatio Gregoriana; Eſt enim hoc Monaſterium Rothonenſe in Diœceſi Venetenſi, cujus Abbati reſcripſit Innocentius III. Pontifex *in c. de Reſtit. in integr.*) acriter fuiſſet diſceptatum de ſubjectione quarundam Eccleſiarum ad Monaſterium illud pertinentium, quoad Legem Diœceſanam & Innocentius III. declaraſſet, prædictas Eccleſias quoad Legem Diœceſanam Epiſcopo Venetenſi ſubjectas eſſe, cujus ſen-

Digitized by Google

ſententiæ prætextu Epiſcopus Venetenſis intendit, quod ipſi etiam quoad Legem juriſdictionis parere debeant, porrò nunciavit, quod citationes cauſarum, examinationes & deciſiones, nec non emendæ ad L. Juriſdictionis pertinere noſcantur, ex quo cap. patet, quod (1.) temporibus horum Pontificum omnia illa, quæ ad jus Epiſcopale ſpectant, in ea, quæ ſunt L. Diœceſanæ atque juriſdictionis diſtincta fuerint. Sed quando hæc diſtinctio in ſpecie invaluerit, id ex aliis juris Canonici locis non liquet. Quare nonnulli Interpretes juris Can. putant, hanc diviſionem in antiquioribus juribus non reperiri verum ſolum in hac Decretali nova *c.18. X.de Off. jud. ordin.* ut eam vocet Panormit. Sed quia Honorius facit mentionem ſententiæ ab Innocentiæ latæ; Ideo probabile eſt, quod jam antea obtinuerit, quæ ratio eſt, quod jam Seculo VI. in Concilio ſcilicet Flerdenſi habito anno XV. Theodorici Regis & quidem Anno Domini 524. ut teſtatur *Brun. tom. 3.* Concilior in not *ad. d. Concil. can. 3.* mentio L. Diœceſanæ occurrat, cujus canonis verba recenſentur *in c. 1. cauſ. 10. q. 1.* nec non *in c. 34. cauſ. 16. q. 1.* non immerito ergo hanc diſtinctionem antiquam eſſe dicit Innocent. *add. c. 18.* Sic ergo Gloſſa juxta mentem Honorii ad *c.* dilectus. 18. *X de Offic. jud. ordin. verb. de Lege Juriſdictionis &c.* in L. Juriſdictionis atque Diœceſana totum jus & poteſtatem Epiſcopi conſiſtere dicit. Ad juriſdictionem refert dationem curæ animarum, delictorum coërcitionem, ordinationem eccleſiarum, conſecrationem altarium, & virginum, confectionem chriſmatis, & generaliter Sacramentorum, & Ordinum collationem. Ad Legem vero Diœceſanam, vocationem ad Synodum, cathedraticum, cum tertia vel quarta mortuariorum, quarta decimarum &c. *Gloſſam* ſequuntur *Immol. Azor. p. 2. Inſt. Moral. lib. 3. c. 32. q. 2. Lit. Gonz. Tellez. ad cit c. 16. n. 1. & ad c. 18. n. 8. & ſeq.* nec non *Wagnereck. ad. d. c. 18. not. 2.* & alii ab illis allegati, interque eos Panormitan. & Innocent. qui tamen non uno eodemque modo differentiam inter L. Diœceſam & juriſdictionem conſtituerunt. Gloſſa namque juxta verba antea relata has duas ſpecies ita diſtinguit, ut Lex juriſdictionis conſiſtat in dando vel conferendo ordines videlicet, aliaque Sacramenta, conſecrando altaria & templa, conferendo beneficia; Lex autem Diœceſana conſiſtat in recipiendo portionem ſcilicet certam ex oblationibus, qua-

quartam ex decimis & funeribus, item ſubſidium charitativum: Sed *Gonz. Tellez. ad cit. c. 16. n. 1. lit. e ex L.* Diœceſana illa Epiſcopo competere dicit, quæ capit, ex L. jurisdictionis iſta, quæ gerit & adminiſtrat. Confer. *Brun. Chaſſ. de privil. reg.* qui *paſcere dicit eſſe jurisdictionis, paſci vero Legis Diœceſanæ.* Alii aliis regulis differentiam iſtam explicare voluerunt. Aſt vocabulum jurisdi- 16
ctionis in d. Gloſſa latius accipi, ut etiam ea, quæ Ordinis ſunt, comprehendat, teſtis eſt *Engel. in Coll. Jur. Can. lib. 1. tit. 28. num. 36.* Ad Legem namque Diœceſanam Gloſſam referre dicit ea, quæ conſiſtunt in recipiendo, id eſt, quæ Epiſcopus à ſuis ſubditis exigere & recipere poteſt, ut cathedraticum, ſubſidium charitativum, & portionem canonicam; per Legem vero jurisdictionis omnia ea intelligere tradit, quæ in dando conſiſtunt, ſive ex ordine ſive ex jurisdictione procedant, ut dare ordines, confirmationem, conſecrationem, beneficia, ſententias & ſimilia. Quam declarationem & *ipſe Azor.* admittit, dum *cit. lib. 3. c. 30. quæſt. 5. & 6.* duplici Legi Epiſcopali poteſtatem Ordinis addit, inſimulque in quibus conſiſtat, declarat. Hinc nonnulli *ſecundo*, quædam *Ordinis* 17
ratione ad Epiſcopum ſpectare dicunt, quædam *Lege Diœceſana*, quædam denique *Lege jurisdictionis.* Alii tertio Legis *Diœceſanæ* 18
atque *jurisdictionis* certam differentiam non agnoſcunt, atque magis per caſus ſingulares, quàm per rationem hæc invicem diſtinguunt, unde ſub *L. Diœceſana jurisdictionem* quoque comprehendunt. *Innoc. ad c. 1. in pr. & in fin. ✠. de Stat. Monach. Abbas in d. c. dilectus 18. ✠. de Off. jud. ordin.* quā ſententiā quoque relicta priori jam jam adducta, probat *Gonzal. Tellez. ad d. c. dilectus. 18. ✠. de Off. jud. ordin.* ubi *Gloſſ.* diſtinctionem quod ſcil. illa, quæ in recipiendo conſiſtunt, ſpectent ad L. Diœceſanam, ut percipere cathedraticum, ſynodaticum, procurationes, reliqua vero, quæ in dando ſeu faciendo conſiſtunt, pertineant ad L. jurisdictionis, ut jus viſitandi, correctio morum, Sacramentorum collatio, & ſimilia, quæ recenſentur in *d. c. conquerente*, ab initio quidem refert, poſtmodum tamen eandem propterea refellit, quod nullo juris teſtimonio firmetur, atque obedientia & reverentia Epiſcopo debita conſiſtat in recipiendo, quæ tamen nihilominus ſpectat ad L. jurisdictionis, *per c. his quæ 11. & c. dilecta 12. ✠. de Major. & obed.* Omiſſis ergo aliorum ſententiis concludit, quod illa, quæ ad Epiſcopum ratione *Jurisdictionis*

Digitized by Google

Epiſcopalis ſpectare dicuntur, ad eundem quoque ratione diœce-
ſeos pertineant ex L. *Diœceſana*, ut adeo omnia *Jura Epiſcopalia* ha-
beat vel ex eo tantum, quod ſit *Epiſcopus*, vel etiam propter ſuam
diœceſin. Priori ratione Epiſcopi ea eſſe dicit, quæ ipſi jure divino
(ex hypotheſi ſcil. Canonum) tanquam ſucceſſori Apoſtolorum
competunt, ut jurisdictio, morum correctio, Sacramentorum
collatio. Alia vero, ut puta quartam decimarum & mortuario-
rum, cathedraticum, ſynodaticum & ſimilia ipſi propter diœce-
ſin adſcribit, ut debeantur ratione diœceſeos, atque jurisdictio-
29 nis, ob diœceſin competentis. Alii *quarto poteſtatem Epiſcopalem*,
partim *Ordinis*, partim *jurisdictionis* eſſe dicunt. vid. *Lancelot. lib. 1.
Inſtit. Jur. Can. tit. 9. §. 9. Marc. Anton. de Domin. de Republ. Eccleſ.
lib. 2. c. 2. num. 3. atque Engel. cit. loc.* ubi, absque priori declara-
tione, poteſtatem omnem Epiſcopi in poteſtatem Ordinis atque
jurisdictionis dividit, ita ut prior dependeat ab ordine & chara-
ctere Epiſcopali, hic vero à ſacerdotio & conſecratione, per po-
ſteriorem autem Epiſcopus conſtituatur judex & paſtor Eccleſiæ
ſuæ, ut poſſit lites decidere, conferre beneficia, viſitare, corrige-
20 re &c. Quapropter, licet poteſtatem Eccleſiaſticam, ſecundum
Joh. Pariſienſ. & Petr. Alliacenſ. ſextuplicem eſſe tradat *Mart. Az-
pilcuet. Navarr. in relect. cap. novit.* ✠ *de jud. notab. 3. num. 83.* ita
ut *prima* ſit *ordinis*, ſive character ordinis, *ſecunda poteſtas admini-
ſtrandi* ſacramenta populo, & præcipue pœnitentiam, *tertia poteſtas
jurisdictionis* in foro exteriori, id eſt poteſtas jus dicendi, corrigen-
di & infererendi pœnam in contumaces, etiam invitos, *quarta
poteſtas inſtituendi miniſtros*, diſtribuendi beneficia, & dignitates Ec-
cleſiaſticas, *quinta poteſtas Apoſtolatus* ſeu prædicandi, *ſexta*, quæ
ex hactenus dictis oritur, *poteſtas accipiendi, & exigendi à ſubditis
temporalia, victui & veſtitui neceſſaria*; attamen has poteſtates o-
mnes tandem reduci poſſe tradit ad duas, ſcil. *Ordinis* atque *Juris-
dictionis*, ita ut prima ſit poteſtas Ordinis, & aliæ quatuor perti-
neant ad poteſtatem jurisdictionis contentioſæ & voluntariæ, ſi-
ve fori exterioris, & interioris, poteſtas vero accipiendi & exi-
gendi victui neceſſaria non ſit poteſtas Eccleſiaſtica principaliter,
ſed acceſſorie tantum Rationem addit *Azpilc.* ſequentem: *Quod
non ſit principaliter à Chriſto inſtituta ſed deſcendens à Lege Naturæ,
quæ*

quæ dictitat: Mercenarium dignum mercede ſua. Sed ſi jam diſcernere ea, quæ *Ordinis*, quoque jurisdictionis ſint, jubeantur hujus ſententiæ Autores, non diſſenſum tantum, ſed & commenta quoque animadvertimus. Ad poteſtatem namque Ordinis refert *Auguſtin. Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 1. n. 10.* ut ſciat & poſſit Epiſcopus omnia Sacramenta conferre, prædicationis munus exercere &c. At *Marc. Anton. de Dom. cit. cap. 2. n. 3.* prædicandi, nec non baptizandi, ligandi & abſolvendi poteſtatem refert ad jurisdictionem. Eam vero plane omittit *Becan. in Theol. Schol.* Imo *Martin. Azpilcuet. cit. loc.* Ordinis eſſe vult tantum poteſtatem conſecrandi, jurisdictionis vero omne reliquum, quod in Eccleſia conſtituit aliquam poteſtatem, etiam adminiſtrationem Sacramentorum. 21

22 Alii *quinto* hiſce duabus membris ſuper addunt tertium, *Dignitatis* ſcil., atque omittunt L. Diœceſanæ. Sic poſt *Anton. de Butr.* cui diſtincto inter L. Diœceſanam & jurisdictionem non videtur eſſe doctrinalis, *Felin. ad c. dilectus. 18. X. de Off. jud. ordin. num. ult.* totam Epiſcopalem jurisdictionem reducit ad tres partes, quædam enim Epiſcopo competere dicit ratione *Ordinis*, quædam ratione *Jurisdictionis*, quædam denique *ſimplicis poteſtatis* ſeu *Dignitatis* eſſe dicit.

23 Hinc tandem alii *ſexto*, ut mediam viam aligant, atque ſingula membra complectantur, *quatuor Juris Epiſcopalis* conſtituunt *capita*, quorum prius eſt *Ordinis*, alterum *L. Diœceſanæ*, tertium *Jurisdictionis*, quam jura civilia Audientiam Epiſcopalem vocant, quartum denique *Status ſive Dignitatis*, quod ultimum à recentioribus præcipue ſuperadditur. vid. *Laur. Obm. de Jur. Epiſc. §. 15. Hävemann. in conſim. tract. tit. 2. §. 1. Weber. de Jur. Conſiſt. cap. 7. in pr. Gerhard. de Miniſter. Eccleſ. §. 108. Carpz. lib. 1. def. Eccleſ. 4. n. 2. atque Brunnem. de Jur. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. m. 12. n. 1. & 5.*

24 Sane, ſi in hac ſententiarum varietate principia Canoniſtarum inſpiciamus, videmus, quod ſub primordiis Juris Epiſcopalis omnis poteſtas Epiſcopi fuerit vel *Ordinis*, vel etiam *jurisdictionis*, teſte *Lancelot. lib. 1. Inſt. Jur. Canon. tit. 9. §. 9. atque Mareſ. in Not. ad Marc. Anton. Cucch. Inſt. Jur. Can. lib. 1. tit. 12. verb. quorum omnium*, hancque diſtinctionem comprobat

collatio *cap. in novo 2. diſt. 21. cap. ſacroſancta. 2. diſt. 22. c. por-*
25 *ro. ult. diſt. 66. atque cap. quod ſicut 28. §. præterea. X. de Elect. & elect. poteſt. cum ſup. cit. cap. conquerente 16. X. de Off. jud. ordin.* Diſtincta autem eſſe *Ordinis* ac *Jurisdictionis* capita, ex diverſis, quibus reguntur juribus, &, quos producunt, effectibus apparet. Quæ enim ſunt jurisdictionis, per ſolam electionem, ante confirmationem & conſecrationem, Epiſcopo conferuntur & competunt; at, quæ ſunt Ordinis, conſecratione ſola tranſeunt, prout ſuperius demonſtravimus ex *c. noſti. 9. atq; c. transmiſſam. 15. X. de Elect. vid. Gonzal. Tellez. ad d. c. noſti. n. 4. Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 36. n. 6. & 7. Vallenſ. at tit. X. de Elect. & elect. poteſt. § 7. n. 6.*
26 Poſtmodum diſtinctio inter *Legem Diœceſanam* atque *Jurisdictionis* exorta eſt, & quidem poſtquam cœperunt monaſteria plurima ſubduci ordinarii jurisdictioni, contra priſcos Canones, ut poſt *Filelefac. Sorboniſt. de Sacr. Epiſc. author.* docet *Mareſ. cit. loc.* hucque pertinet diſtinctio, quæ habetur *in c. dilectus. 18. X. de Off. jud. ordin.* Atque hac ratione, quæ ad Jura Epiſcopalia ſpectant, non incongruè in tria membra diſtribuuntur, ut quædam ad Epiſcopum pertineant *jure Ordinis*, quædam *Lege Diœceſana*, quædam denique *Lege Iurisdictionis.* Vid. *Ioachim. Stephan. Inſt. Iur. Can. lib. 1. c. 7. num. 12. & ſeq. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 3. p. 1. c. 14. n. 95.* ſive quod eodem recidit: Jura & functiones Epiſcopales hoc reſpectu partim *Ordinis*, partim etiam *Diœceſeos* poſſunt dici, ut poſteriora rurſus ſint vel *Dignitatis Epiſcopalis*, ſive *Diœceſanæ*, quam ſpeciatim Legem Diœceſanam vocant, vel etiam *Iurisdictionis. Henric. Gebhard. aliàs Weſner. dict. de Poteſt. ſive regim. Eccleſ. §. 15. n. 144.*
27 Quanquam enim ſub Lege Diœceſana multi quoque, prout jamjam innuimus, comprehendant omnem Epiſcoporum poteſtatem, atque totum jus Epiſcoporum, quod in diœceſin habet Epiſcopus, ſicque etiam Legem jurisdictionis. *Innocent. ad cit. cap. dilectus.* Rectius tamen faciunt illi, qui communem Dd. diſtinctionem inter *Legem Diœceſanam* & *Iurisdictionis* tuentur, cum utriusque Legis diſtincti caſus dentur, atque res judicata in una, non obſtet agenti in alia, prout *ad d. c. dilectus* demonſtrat *Panormitan.*
28 *in princ.* Fatemur quidem, in lata ſignificatione & acceptione *Legem Diœceſanam* comprehendere *Iurisdictionem*, proprie tamen diverſa ſunt, ut adeò, poſt ſententiam latam in favorem Epiſcopi quoad

quoad *L. Diœceſanam*, poſſit cauſa quoad *L. Iurisdictionis* tractari, juxta *decretum Honorii III. Pontificis in d. c. dilectus* 18. atque tradita *Gonzal. Tellez. ad d. c. n. 8. & 9.* Hinc & aliam differentiam à Monaſteriis atque Abbatum jure deductam, occaſione *cit. c.* 18. *atq; c. quod ſuper 9. X. de Major. & obed.* proponit *Matth. Steph. d. c.* 14. *n.* 98. atque probat *Ioach. Stephan. lib. 1. Inſt. c. 7. n. 38. & ſeq.* ſc. quod *ex L. Diœceſana* Abbates & Priores Epiſcopo quidem Synodaticum perſolvere cogantur, ipſi tamen quoad jurisdictionis L. non ſint ſubjecti. Tandem juribus his accedunt in cumulum variæ *Dignitates*, 29 quibus Epiſcopi in plerisque orbis partibus cohoneſtantur. *Dn. Becmann. in Not. Dign. Illuſtr. diſſert. 12. c. 2. n. 2.* ex quibus recentiores quartum caput Juris Epiſcopalis, Legem ſcil. *Status* ſive *Dignitatis* formarunt. *Brunnem. de Iur. Eccleſ. lib. 1. c. 6. membr. 12. n. 5.* Rejicit hoc *quartum* & ultimum caput *Sichmann. de Iur. E-* 30 *piſc. c. 10. n. 6. & ſeq.* cum videre nequeat, quomodo dignitas Epiſcopi per ſe ſtatum ac poteſtatem à prædictis ſpecialem & diſtinctam conſtituere poſſit. Quare dignitatem & autoritatem Epiſcopo potius, tanquam accidens ſuo ſubjecto, cohærere, eumque, ut cauſam effectus, ſequi docet, quia non poteſt eſſe Epiſcopus, niſi habeat competentem ſibi dignitatem Epiſcopalem, quam ex ipſo jure & poteſtate Epiſcopali, quæ in Ordine, L. Diœceſana, atque Jurisdictione conſiſtit, nanciſcitur. Sane, ſi Jus Epiſcopa- 31 le accuratius conſiderare velimus, quartum *Dignitatis* membrum omittendum potius videtur. Cum enim Jus Epiſcopale etiam ſecundum illos, qui quatuor membra agnoſcunt, dicatur poteſtas, ea profecto, quæ dignitates Eccleſiaſticas, earumque prærogativas, immunitates & privilegia concernit, comprehendere nequit, cum omnia illa nomine poteſtatis proprie non veniant. Nec obeſt, ſi quis dicere velit, eam quoque eſſe dignitatis ſignificationem, ut rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem cum jurisdictione denotet, ut voluit *Gloſſ. ad c. quia. 3. X. de Cler. non reſid.* eamque ſecutus *Hoſtienſ.* Nam nec ſic aliquid obtinebit, cum rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratio pertineat ad *L. Diœceſanam*, *Jurisdictio* vero *Eccleſiaſtica* per ſe peculiare membrum conſtituat, ut in hac conſideratione ſpeciale & quidem quartum Juris Epiſcopalis caput efficere nequeat. Attamen ſi hoc poſterius caput, cujus in Jure 32 Canonico ſpeciatim mentio non fit, juri inſimul Epiſcopali accen-

Digitized by Google

ſere velimus, forſitan non incongrue in ſenſu reductivo fieri poterit cum *Dn. Textor. cit. Diſſert.* §. *12. & 13.* Nam quia illa, quæ Epiſcopis præ cæteris Eccleſiæ Miniſtris competunt, ipſis dignitatis & eminentiæ cauſa relicta ſunt, inſimulque directionem quandam reliquorum Eccleſiæ Miniſtrorum continent, vel huc reſpexiſſe videntur, qui quartam partem Juris Epiſcopalis faciunt *Dignitatem*, ſecundum *Dn. Stryck. in addit. ad Brunn. Jus Eccleſ. cit. memb. 12. n. 2.* vel etiam ad recentiora tempora, atque mores Francorum & Germanorum, quibus Epiſcopi inſimul Status Regni & Imperii conſtitui cœperunt. vid. *Dn. Schilter. lib. 1. Inſt. Jur. Can. tit. 7.* §. *6.* ut adeo *Dignitas* iſta ex Juribus prioribus tantummodo reſultet, ad eaque, tanquam ipſorum effectus, reducatur.

33 Patet ergo ex hactenus dictis, quod diverſo reſpectu *duo, tria,* imo etiam *quatuor Juris Epiſcopalis* conſtitui queant *capita*, inter quæ nonnulla jura ita ſunt comparata, ut non niſi cum *Epiſcopalibus ornamentis* peragi poſſint, quædam vero ita, ut *ſtola* tantum exerceantur, de quibus *vid. Laymann. de Elect. Prælat. c. 14. q. 154.*

34 Unde *jura Stolæ*, ſive *exactiones de Stola* dictæ ſunt, quæ pro administratione ſacramentorum, benedictione nubentium, atque exequiis defunctorum ſolvuntur, atque ab Epiſcopis taxantur & moderantur, de quibus in ſequentibus. Vid. interim *Engel. Coll.*

35 *Jur. Can. lib. 6. tit. 3. n. 16. in med.* Quænam vero jura ſub quovis capite comprehendantur, aut quæ in ſpecie Ordinis vel aliarum partium Juris Epiſcopalis ſint, non ſolum Canoniſtas, ſed etiam Proteſtantium Dd. maxime torquet, adeo ut inextricabilem ferme in eorundem ſcriptis inveniamus contrarietatem, dum ea, quæ ſunt L. *Diœceſanæ* accenſent *Ordini*, aut quæ *jurisdictionis Diœceſi*, aut denique quæ ſunt *Dignitatis jurisdictioni* & contra, teſte *Obm. de jur. Epiſc.* §. *15. in fin.* quæ confuſio vel inde orta videtur, quod quædam jura ſpecialia ita ſe habeant, ut certa ratione huic, certa ratione alteri quoque accenſeri poſſint membro. Noſtram in hac varietate ſententiam in ſpeciali ad quodvis Caput ſpectantium Jurium conſideratione uberius explicabimus.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT III.

Cauſam Efficientem Juris Epiſcopalis ſiſtit.

Summaria.

1. De Cauſa efficiente diſſenſus inter Catholicos, qui duas de Jurisdictione Epiſcoporum fovent ſententias, & Proteſtantes intercedentis.
2. Recenſentur ſententiæ Catholicorum.
3. Laymann. diſtinguit inter Jurisdictionem Eccleſiaſticam conſideratam quoad ſubſtantiam & modum.
4. Barboſ. inter jurisdictionem conſideratam in generali & particulari.
5. Azor. inter poteſtatem Ordinis & Jurisdictionis.
6. Cauſam ergo efficientem remotam Jus Divinum, proximam Pontificem Romanum conſtituunt.
7. Marc. Anton. de Dom. poteſtatem Epiſcopalem à Deo dependere dicit, adducuntur ejusdem verba.
8. Quid per poteſtatem iſtam intelligatur, ex eo declaratur.
9. Proteſtantes pro cauſa efficiente proxima Majeſtatem atque Superioritatem territorialem habent.
10. In hac diverſitate demonſtratur, cauſam efficientem Miniſterii eſſe divinam inſtitutionem.
11. De Jure Divino competit Miniſterio Ordinis atque Jurisdictionis ſpiritualis poteſtas.
12. Declaratur illorum ſententia, qui ſuperaddunt poteſtatem Miniſterii.
13. Demonſtratur, quod per Ordinem & jurisdictionem non intelligatur poteſtas, de qua Azor. aliique agunt.
14. Confirmatur ex Decreto Gratiani verbis Hieronymi.
15. Agnoſcit ergo Jus Epiſcopale pro cauſa efficiente jus poſitivum, certoque reſpectu Jus Civile.

16. & 17. Jus Civile quidem Epiſcopis non tribuit jurisdictionem,

ctionem, ſed ſub audientia tantum notionem.
18. Confirmatur verbis Mornacii.
19. Veſtigia tamen Juris Epiſcopalis in eo occurrunt, quod hoc & ſeq. n. 20. declaratur.
21. Jure Canonico tandem amplificatum & extenſum eſt Jus Epiſcopale.
22. Proxima dependet à delatione muneris Epiſcopalis, à qua nec poteſtas ſecularis excluditur.
23. Probatur per rationes & exempla.
24. Sub primordio electiones Epiſcoporum ſunt factæ à Clero & populo, accedente quoque vicinorum Epiſcoporum conſenſu.
25. Poſtmodum Superiorum acceſſit conſenſus, tum Imperatorum, tum etiam Regum Germanorum.
26. Etiam in Pontificum Romanorum electionibus.
27. Recenſetur, quomodo tempore Caroli M. ejusq; ſucceſſorum electiones Epiſcoporum peractæ fuerint.
28. Quandoque Reges ipſi conſtituerunt Epiſcopos.
29. Hodie tamen plane alia eſt recepta ratio conſtituendi Epiſcopos.
30. In Eccleſiis Aug. Conf. cauſa efficiens proxima eſt quidem delatio dignitatis Epiſcopalis atque Superioritas.
31. Ex Superioritate tamen de jurisdictione Eccleſiaſtica privativè, quoad inferiores Aug. Conf. addictos, competente argumentum duci nequit.
32. Quare huic cauſæ in terris Proteſtantium adjungi debet poſſeſſio vel quaſi tempore Pac. Relig. atq; Pac. Oſn.

1 EVoluta *diviſione* nunc ad *Cauſam efficientem Iuris Epiſcopalis*, tum *remotam*, tum *proximam*, progredimur. De *priori* quidem jam ex parte *in cap. 1. de Origine Iuris Epiſcopalis* dictum eſt; Aſt quia circa utramque notabilis inter Proteſtantes & Catholicos intercedit diſſenſus, breviſſimis quoque de eodem dicendum erit. Equidem, dum Hierarchiam divina ordinatione inſtitutam eſſe, ſub anathemate credendum præcipiunt Patres *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de Sacram. Ord. c. 6. in verb. Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica non eſſe Hierarchiam divina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris & Miniſtris, anathema ſit*, duæ de Jurisdictione Epiſcoporum inter Catholicos exortæ ſunt ſententiæ.

Prima

Digitized by Google

Prima eſt eorum, qui docent juriſdictionem Epiſcoporum non 2
eſſe proximè à Romano Pontifice, ſed *à Deo,* ſcil. Salvatore noſtro Jeſu Chriſto. Sic ſenſerunt, quos hanc in rem laudat *Azor. p. 2. Inſt. Moral. lib. 3. c. 30. verſ. ſunt igitur. Altera* omnem juriſdictionem Epiſcoporum à *Romano Pontifice* dependere quidem dicit, ita tamen, ut à Deo per Romanum Pontificem derivetur, h. e. non proximè & immediatè à Deo, ſed per interpoſitam Romani Pontificis perſonam dependeat. Huic ſubſcribunt *Gloſſ. Abb. Felin. Turricrem. Cajetan. aliiq;* alleg. ab *Azor. cit. loc.* qui ſententiam hanc veriſſimam atq; omnium Dd. ac Theologorum Catholicorum teſtimonio comprobatam eſſe dicunt. Quare Epiſcoporum Eccleſiaſticam juriſdi- 3
ctionem, ac legum ferendarū poteſtatem, quoad ſubſtantiam ſuam, ex divina inſtitutione eſſe, quoad modum vero & ordinem inſtitutionis à Summo Pontifice, tanquam Chriſti Vicario ac univerſalis Eccleſiæ Paſtore, dependere, per conſenſum multorum Dd. atque declarationem adjectam comprobat *Laymann. in Theol. mor. lib. 1. tract. 4. c. 7. n. 3.* Conſimili modo, quamvis Epiſcopalis digni- 4
tas ejusque juriſdictio, ut ordinaria & ex officio conſiderata, ſaltim in generali adſcribatur inſtitutioni divinæ à *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 1. n. 24.* adhuc effectum, ut Petrus ejusque ſucceſſores per Epiſcopos Eccleſiam gubernent; tamen ſi Epiſcopale munus atque Epiſcopalis Juriſdictio ſumatur in particulari, prout in hoc vel illo ſubjecto, reſpectu horum vel illorum ſubditorum conſideratur, non de jure divino eſſe, nec ab eo certos juriſdictionis gradus, qui augeri vel minui nequeant, habere, ſed totum à Summo Pontifice dependere, teſtis eſt *Barboſ. cit. loc. n. 26.* Eodem recidit, quod tradit *Engel. lib. 1. Coll. jur. can. tit. 28. num. 34.* Declarationis tandem gratia, quoad has duas ſen- 5
tentias, diſtingvendum eſſe cenſet *Azor. cit. c. 30. verſ. in hac controverſia* inter poteſtatem *Ordinis* atque *juriſdictionis,* ita ut ſi quæſtio ſit de poteſtate *Ordinis*, poteſtas iſta non ſolum à Chriſto inſtituta, ſed etiam data ſit per conſecrationem; ſi vero quæſtio ſit de poteſtate *juriſdictionis*, ea quidem à Chriſto inſtituta ſit, attamen Epiſcopis data à Romano Pontifice, à quo omnis juriſdictio, quæ penes cæteros Eccleſiarum Antiſtites alioſque præfectos eſt, manat ac dependet. Omnes ergo in eo conveniunt, ut *Cau-* 6
ſam efficientem remotam Juris Epiſcopalis *divinam inſtitutionem* à Chri-

ſto factam, *cauſam* vero *efficientem proximam* collationem *Pontificis Romani* conſtituant, ad quem pertinere dicunt limites diœceſium aſſignare, & populo de idoneis Paſtoribus providere. Ipſum enim, tanquam Paſtorem univerſalem venerantur, vocatum in plenitudinem poteſtatis, cui Epiſcopi tantùm in partem ſollicitudinis ſurrogati ſunt, per *c. qui ſe. 12. cauſ. 2. q. 6. atque c.*
7 *ad honorem. 4. X. de Autor. & uſ. pall. Marc. Anton. de Dom. de Republ. Eccleſ. lib. 2. cap. 1. & ſeq.* omnes Epiſcopos totam ſuam Epiſcopalem poteſtatem à Deo, neutiquam vero à Sede Romana habere operosè deducit, indeque *c. 6.* monſtrat, Epiſcopos omnes eſſe Vicarios Chriſti, & in poteſtate Eccleſiaſtica inter ſe de jure divino prorſus æquales eſſe, unde per apoſtrophen ad Coepiſcopos ſuos *c. 5. n. ult.* ſequentia proponit verba: *Nihil eſt à Domino commiſſum Petro, quod non fuerit unicuique Apoſtolo commiſſum, nihil habet jure divino Romanus Pontifex, etiamſi* Petri *ſucceſſor eſſet, quod non habeat quivis noſtrum, qui ſumus in Eccleſia Chriſti* Epiſcopi. *Nemo noſtrum eſt, qui non æque Petro ſuccedat, atq; Romanus: Ordo* Epiſcopalis *ſecum neceſſario fert totam & plenam* Epiſcopalis *juriſdictionis poteſtatem. Ita* Deus *voluit, ita Chriſtus inſtituit, ita Apoſtoli tradiderunt, ita* Eccleſia, *antequam opprimeretur, & docuit & exercuit. Ut quid ergo noſtra ſponte & voluntate toleramus. Sit Romanus Papa, ſi vult, imo ſi vultis, elector noſter, ſit, ſi placet, confirmator, ſit, quando ſic lubet, ſed immerito, etiam conſecrator, in his tamen omnibus nudum exhibet externum miniſterium, & ad ipſius, alteriusve miniſterium, Deus immediate nobis confert totam Apoſtolicam ordinationem, hoc eſt,* Epiſcopalem *poteſtatem: jam in illa electori, confirmatori & conſecratori noſtro ſumus pares. Nam & ipſe ab aliis eligitur, ac conſecra-*
8 *tur, imo etiam ab aliis confirmatur, vel confirmari debet.* Quam vero poteſtatem per Eccleſiaſticam intelligat *Marc. Anton. de Dom. lib. 5. c. 1. & ſeq.* itidem uberius demonſtrat, dum poteſtatem Eccleſiæ propriam totam ac merè ſpiritualem, poteſtatem autem cum vera juriſdictione, coactione ac dominatu in Eccleſia nullam eſſe dicit. *Proteſtantes*, licet Epiſcoporum poteſtatem certo reſpectu juri divino adſcribant, eandem tamen potiſſimum à Politia canonica dependere dicunt. Hinc *Gerhard. de Miniſt. Eccleſ. §. 112. in fin.* docet, quatuor ſumma capita, quibus Jus Epiſcopale abſolvitur, ad illud non propterea referri, quod jure divino ad Epiſcopos ſolos, excluſo Magiſtratu Chriſtiano & populo, pertineant, ſed

quod

Digitized by Google

quod in regno Pontificio juxta Canonici Juris diſpoſitionem & pra-
xin receptiſſimam Epiſcopi ea hactenus ſibi vindicaverint, & adhuc
vindicent. Ex quibus fluit, quod pro cauſa efficiente proxima horum
Jurium non niſi majeſtatem ſecularem, ejusq; analogon Superiori-
tatem ſc. territorialem agnoſcant, quæ ratio eſt, quod *Dn. Ziegl. de Iur.*
Majeſt. lib. 1. c. 14. & ſeq. potiora jura poteſtatis Epiſcopalis ad jura
Principum referat, atq; *Carpz. l. 1. def. Eccl. 3. n. 2. & 8.* Jura Epiſco-
palia vigore Superioritatis territorialis competere dicat. Confer illa,
quæ de cauſa efficiente Conſiſtorii proponit *Weber. de jur. Conſiſt. c. 6.*
per tot. In hac ſententiarum varietate certum equidem eſt, *Cauſam ef-* 10
ficientem principalem *Miniſterii Eccleſiaſtici* eſſe *divinam inſtitutionem.*
Deus ſiquidem hoc ſuum gratiæ opus per mediatam vocationem ad
miniſterium Eccleſiaſticum obeundũ peragit, ut prolixius demon-
ſtrat *Gerh. de miniſt. Eccl.* §. 49. *& ſeq.* Sicut etiam extra dubium eſt, po- 11
teſtatem quandam Miniſterio Eccleſiaſtico competere, ob diſerta Sa-
cræ Scripturæ loca *Matth. ſcil.* 18. *v.* 17. *Ioh.* 20. *v.* 23. 2. *Corinth.* 10. *v.* 8.
atque 2. *Corinth.* 13. *v.* 10. Illam tamen non niſi *Ordinis* ac *juriſdictio-*
nis Eccleſiaſticæ aut *ſpiritualis* eſſe videmus, ita quidem, ut per Or-
dinis intelligamus poteſtatem prædicandi verbum divinum &
adminiſtrandi Sacramenta, per Jurisdictionis vero poteſtatem cla-
vium, per quam peccata remittuntur, aliam ex inſtituto divino
non agnoſcere poſſumus. Sunt equidem, qui triplicem poteſtatem 12
Eccleſiaſticam conſtituunt, *Miniſterii, Ordinis* & *juriſdictionis. Prio-*
rem vocant autoritatem & poteſtatem publicè prædicandi verbum
& adminiſtrandi Sacramenta per legitimam vocationem datam,
alteram conſtituunt in certis gradibus, partim jure divino, par-
tim poſitivo ſeu approbatione Eccleſiæ introductis. *tertiam* deniq;
diſciplinam Eccleſiaſticam, ſeu poteſtatem clavium efficere dicunt.
Sed licet, habito reſpectu ad poteſtatem certo Miniſtrorum gra-
dui ab Eccleſia conceſſam, poteſtas Ordinis à poteſtate Miniſterii
dicto modo ſeparari poſſit, ut poteſtas Miniſterii dicatur, quæ
omnibus miniſtris ex æquo competit, poteſtas vero Ordinis, quæ
propter gradus in Miniſterio eminentiam certis perſonis Eccleſia-
ſticis, utputa Epiſcopis propria eſt, non tantum ex jure divino hoc
fluit, ſed ex Eccleſiæ inſtitutione. Si enim reſpectus habeatur ad
poteſtatem Miniſterii Eccleſiaſtici divinitus conceſſam, illa non
niſi duabus abſolvitur partibus, prædicatione ſcil. & poteſtate cla-

vium alias Ordinis atque Jurisdictionis dicta, quæ tamen omnibus Miniſtris ex æquo communes ſunt, ita ut in infimo Miniſterii Eccleſiaſtici gradu conſtitutus eandem æque obtineat, ac is, qui re-
13 liquis Miniſtris præfectus eſt. *Gerhard. cit. loc. §. 192. & ſeq.* Licet ergo, ſecundum hactenus dicta, quoad *Cauſam efficientem remotam Azor.* aliisque *Dd. Eccleſiæ Catholicæ* concedamus, à Chriſto Salvatore noſtro Miniſterio Eccleſiaſtico datam eſſe poteſtatem, tum *Ordinis*, tum *Jurisdictionis*; neutiquam tamen per Ordinis poteſtatem intelligere poſſumus illa, quæ Ordini Epiſcopali de Jure Canonico ita propria reddita eſt, ut à reliquis Ordinibus Miniſterii Eccleſiaſtici exerceri nequeat, multominus per jurisdictionis poteſtatem, quæ, extra jurisdictionem ſpiritualem in poteſtate Clavium conſiſtentem, ſecularem quandam poteſtatem cum vi cogendi & coërcendi conjunctam involvat, hanc ſiquidem Eccleſia, qua talis, non habet, quippe ipſi naturæ poteſtatis Eccleſiaſticæ, quæ tota ſpiritualis eſt & miniſterialis, praxi denique Apoſtolorum minus congruens. *Ziegler. ad Lancel. lib. 1. Inſt. Iur. Can. tit. 9. §. ult. in verbis: Ea vero &c. Marc. Anton. de Dom. cit. lib. 5. c. 2.*
14 *per tot.* atque *Gerhard. d. l. §. 195. & ſeq.* Comprobant hæc omnia Canones *Gratiani* luculentiſſimi, *can. legimus. 14. diſt. 93. & c. olim. 5. diſt. 95.* quorum poſterior ex *Hieronymo* deſumtus eſt his verbis: *Olim idem erat Presbyter, qui & Epiſcopus. Et antequam diaboli inſtinctu ſtudia in religione fierent, & diceretur in populis (Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ) communi presbyterorum conſilio eccleſiæ gubernabantur. Poſtquam vero unusquisque eos, quos baptizaverat, ſuos putabat eſſe, non Chriſti, in toto orbe decretum eſt, ut unus de presbyteris electus ſuperponeretur cæteris, ad quem omnis eccleſiæ cura pertineret, & ſchismatum ſemina tollerentur. Sicut ergo presbyteri ſciunt, ſe ex eccleſiæ conſuetudine ei, qui ſibi præpoſitus fuerit, eſſe ſubjectos, ita epiſcopi noverint, ſe magis conſuetudine, quam diſpenſationis dominicæ veritate presbyteris eſſe majores & in communione debere eccleſiam re-*
15 *gere.* Apparet proinde perſpicue, Epiſcoporum in ſacerdotes poteſtatem haudquaquam à jure divino introductam fuiſſe, ut *Patres Concilii Tridentini* autumant, ſed conſuetudine tantum eccleſiaſtica invaluiſſe. *Innocent. Gentil. Exam. Conc. Trid. lib. 4. ſeſſ. 23. n. 3.* ut adeo plus quam certiſſimum ſit, Jus Epiſcopale, licet certo reſpecto *juris divini* vocari poſſit, prout etiam *de Origine ejus-*

dem

dem ſat abunde demonſtravimus, atq; procemii loco breviſſimis iterum innuimus, pro ſua tamen *Cauſa efficiente remota* non niſi *jus poſitivum*, certo quidem reſpectu *Civile*, potiſſimum tamen *Canonicum* & *Conſtitutiones Eccleſiaſticas* agnoſcere debere. Dubium equidem quoad *jus Civile* eſt, an *jurisdictio Epiſcopis* ulla competat. Et licet *affirmativam* tueantur *Perez. ad Cod. de Epiſc. audient. n. 1. Tulden. ad eund. tit. n. 1.* aliive, qui propterea hanc ſententiam eo magis veriorem eſſe putant, quod illam comprobent expreſſi textus Novellarum, præcipue *Nov. 120. c. 6. §. 2. fer. in med.* ubi formalis fit mentio jurisdictionis Epiſcoporum in monaſteria & ſimilia pia loca, atque *Nov. 131. c. 3.* per quam Epiſcopi dicuntur eſſe ſub jurisdictione Archi-Epiſcopi. *Contrarium* tamen, & quod Epiſcopis de jure Civili nulla jurisdictio tribuatur, *Cujac. in Parat. ad Cod. de Epiſc. audient. in pr.* defendit, qui propterea *l. epiſcopale. 8. C. de Epiſc. aud.* aliaque loca adducit, inſimulque ad oppoſitam *Novell. 120.* quod δικαιοδοσίας verbum in iſta accipiatur de notione atque Epiſcopali audientia, reſpondet. *Cujac.* ſuffragantur *Fulv. Pacian. de Probat. lib. 2. c. 28. n. 135. Thom. Merkelbach. apud. Klock. Vol. 1. conſil. 14. n. 62. & ſeq.* atque *Brunnem. ad rubr. C. de Epiſc. audient.* quorum ſententia analogiæ juris conformior videtur. 16

Quamvis enim Interpretes crebro in ore habeant jurisdictionem Epiſcopalem, eamque etiam de jure Civili tribuant Epiſcopis, tamen jure iſto *notionem* potius, quam *jurisdictionem* Epiſcopis conceſſam eſſe, ipſum vocabulum *Audientia* ſuadet, quo veteres modeſtiæ cauſa uſi ſunt, partim ut Magiſtratui Politico jurisdictionem integram relinquerent, partim etiam, ut eo ipſo admonerent Epiſcopos, quantum inter ipſorum & Magiſtratus Politici officium intereſſet. Et ſi idem valeret Audientia Epiſcopalis, quod jurisdictio aliorum Magiſtratuum, ſane non opus fuiſſet, diverſa nomina uni eidemque rei imponere, uti loquitur in ſimili Imperator *in l. ſi idem 7. C. de Codicill.* Accedit, quod Epiſcopi nec forum legibus habeant, nec apparitionem, neque etiam executionem ſententiarum à ſe dictarum, ut cum *Cujac.* tradit *Rittersbuſ. ad Nov. p. 1. c. 7. n. 47.* 17

Apposite huc faciunt, quæ ex *Nicol. Othoman. tract. de jur. Eccleſ.* ſequentibus verbis adducit *Anton. Mornac. ad rubr. Cod. de Epiſc. audient.* *Judices Eccleſiaſticos abſoluta integraq; jurisdictione non frui, ut qui territorium non habeant, ſed ſimplicem audi-* 18

 entiam

entiam (quod verbum & Ciceronianum eſt) id eſt, ut è tribunali ſuo controverſias, quæ coram eis ſeſe offerunt, præſenti judicio & pro re nata dirimant, dixerimus, notione magis quam juriſdictione, ut in l. ait prætor. 5. ff. de re judic. omnia apud eos ſine ſcriptura procedant, ait Juſtin. Nov. 87. apud Julian. anteceſſ. ſi ſecus faxint, παραδυναστεύειν eos dixit Nicetas in Canonib. Græc. Eccl. eò ſpectat titulus de Epiſcopali Judicio Cod. Theod. & quod in Conciliis græcis quibus περὶ ἀκροάσεως, ſeu, ut habent Latini, de audientia Epiſcoporum agitur. Proinde ſi executioni mandari oporteat latum eo more judicium, tunc ad judices profanos ſeu laicos eundum eſſe, conſtat ex l. 8. epiſcopale. hoc eod. tit. qui propterea non inſcribitur de epiſcopali juriſdictione, ſed tantum de epiſcopali audientia, id eſt, notione, ut ſcilicet ad eos eatur tanquam ad arbitros, cum aliàs cogi non poſſint, qui ita conſentiunt.

79 Quamvis autem hæc ita ſe habeant, certum tamen eſt, quod paſſim in *Jure Civili veſtigia Juris Epiſcopalis* occurrant. Non ſolum enim Epiſcopi in Clericorum etiam criminalium cauſis judicare, eosq́ue, tanquam indignos, ab officio removere atq́ue à miniſterio eccleſiaſtico ſegregare poſſunt, per *l. quemcunq́ue. 33. & l. Clericos. 41. C. Theod. de Epiſcop. & Cler.* Sed etiam in aliis cauſis ex conſenſu partium cognoſcere, juxta *l. ſi qui 7. C. de Epiſc. audient.* quin & in cauſis denegatæ juſtitiæ à partibus gravatis implorari, ut judices negligentes compellant ad juſtitiæ adminiſtrationem, vel cognitionem ipſi ſubſidialiter ſuſcipiant, prout *ex Nov. 86. c. 1. & ſeq. & auth. ſi vero contigerit. C. de Jud.* apparet, quæ omnia Epiſcopale judicium, cujus in *Cod. Juſt. ſub tit. de Epiſc. aud. in Cod. Theod. Breviariis* vero *lib. 16. tit. 12.* fit mentio, (quamvis hic titulus verè *Cod. Theod.* non ſit, ut demonſtrat *Jacob. Gothofr. ad Cod. Theodoſ. Extrav. de Epiſc. Jud.*) ſufficienter comprobant.

80 Neque ſolum ejusmodi judicium Epiſcopis permiſſum, ſed & alia conſtitutionibus Principum ipſorum curæ tributa ſunt, quæ alioquin ſecularis fori ſunt, nempe, ut ſub oculis eorum libri reprobatæ lectionis concrementur, per *l. mathematicos. 10. C. de Epiſc. aud.* ut curam habeant, ne mercatores modum mercandi excedant, ſicq́ue pauperes opprimant, per *l. negociatores. 1. C. eod.* it. ne capti à Magiſtratu nimis duriter in carcere habeantur, *l. nemo. 3. l. judices. 9. & l. neminem. 22. C. eod.* aut Advocati & Magiſtratus non orthodoxi eligantur, *l. nemo. 15. & l. jubemus. 19. C. eod.* Porro ut protectionem ſuſcipiant reverſorum ab hoſtibus, *l. Chri-*

l. Chriſtianos. 11. C. eod. nec non eorum, qui ſunt in tutela vel cura, *l. de creationibus. 27. cum ſeq. eod.* deniq; ut aſyla Eccleſiarum tueantur, *l. præſenti. 6. C. de his, qui ad Eccl. conf.* lenocinia inhibeant, *l. lenones. 12. C. de Epiſc. aud.* aliaq; peragant, quorum in *cit. tit.* atq; à *Jacob. Gothofr. in Parat. C. Theod. tit. de Epiſc. & Cler.* fit mentio. Ex quibus aliisq; præcipue vero ex eo, quod inſimul miniſtrorum Eccleſiæ ordinationem *per Nov. 123. c. 18.* concreditam habeant, ſatis luculenter apparet, Epiſcopis quoq; varia, tum ad Ordinem, tum, ut vulgo loquimur, ad Legem jurisdictionis pertinentia de Jure quoq; Civili conceſſa eſſe. Sed quæcunq; tandem hæc ſint, omnia tamen ita 21 comparata videmus, *ut hodierni in ſpeciem regiminis monarchici transmutati juris Epiſcopalis* minimam particulam conſtituant. Quapropter nullum amplius ſupereſt dubium, quin de *jure Canonico* Jus Epiſcopale modernum declaratum, amplificatum atq; extenſum fuerit, quemadmodum videre licet ex variis *Decreti* atq; *Decretalium* textibus. Et hæc de *Cauſa efficiente remota.* *Proximam* quod concer- 22 nit, illa à *delatione muneris Epiſcopalis* dependet. Eſt autem hic modus deferendi inter ea, quæ ſpeciatim jure divino definita non ſunt, ſed ſub generalibus regulis veniunt, quibus omnia in Eccleſia ad ædificationem optimumque ordinem geri jubentur, unde fluit, quod lege divina poteſtas ſecularis neque ab hujus, neque etiam ab alterius officii Eccleſiaſtici, inſtitutione, collatione ſeu diſtributione excluſa ſit. Contrarium qui affirmant, pios Principes innumeros veteris ſeculi impietatis reos arguunt, quod non minimæ temeritatis eſt, cum cauſæ ſubinde juſtæ adeſſe poſſint, cur ſumma Poteſtas ſibi hanc delationem vindicet. Nam ſæpe errores in Eccleſia contra DEI verbum aliter evelli 23 nequeunt, ſæpe ſchiſmata præcavendi non alia eſt ratio, dum Cleri ſuffragia factionibus, atque populares electiones ſeditionibus perturbantur, cujus rei plurima extant exempla. Accedit, quod ea interdum ſint tempora, ut ne regnum quidem pacatum eſſe poſſit, niſi curet rex, ut fideles, pacificos, mites & à ſtudio rerum novarum alienos habeat paſtores. Exempla hujus rei ſub ſtatu Legis Naturalis, Legis Moſaicæ, atq; Romanorum Imperatorum regimine quæ obtigerunt, complura adducit *Grot. de Imp. ſumm. Pot. circ. ſacr. c. 10. n. 16. & mult. ſeq.* Nobis impræſentiarum ſufficiant *conſtitutiones Juſtiniani* de ordinatione Epiſcoporum & Clericorum, quas

nunc

24 nunc quoque in uſum revocare è re eſſet Eccleſiæ. Sub primordiis quidem Chriſtianæ Religionis electiones à Clero pariter & populo peractæ ſunt, qui modus usque adeo Eccleſiæ placuit, ut divinæ & Apoſtolicæ traditioni eum adſcribat ſanctiſsimus martyr *Cyprianus Epiſt. 68.* vid. *Dn. Schilter. lib. 1. Inſtit. jur. Canon. tit. 7. §. 7.* Hancque conſuetudinem in toto orbe Chriſtiano (ſi paucas quasdam Eccleſias, ubi paulo aliter obtinuiſſe videtur, excipiamus) receptam fuiſſe, teſtis eſt *Dn. Conring. de Conſtit. de Epiſc. Germ. §. 12.* inſuperque ex antiquorum Patrum monumentis, Conciliorum decretis, Pontificum epiſtolis, ex variis demum rebus in Eccleſia geſtis deducit *Marc. Ant. de Dom. de Republ. Eccleſ. lib. 3. c. 3.* Poſtmodum vicinorum Epiſcoporum conſenſum ad Epiſcoporum ordinationem acceſſiſſe, eamque à Synodo comprovincialium Epiſcoporum peractam fuiſſe, ex multis locis operum Cypriani manifeſtum eſſe dicit idem *Conring. d. tract. §. 16.* atque comprobat
25 *Grot. cit. c. 10. n. 11.* Cum vero, propter ingraveſcentem autoritatem Epiſcoporum apud populum, ipſius quoque Reipubl. intereſſe crederetur, ſi publicæ tranquillitatis cauſa beneficium tantæ dignitatis Principi potiſſimum accepto ferrent; hinc à ſeculo fere quarto paſſim per orbem Chriſtianum invaluiſſe videmus, ut, qui Reipubl. ſumma cum autoritate præerant, non paterentur temere quemquam ad Epiſcopalem dignitatem promoveri, niſi accedente ipſorum conſenſu. *Monzamban. de ſtat. Imper. c. 3. §. 6. atq; Schweder. de jur. publ. part. ſpec. ſect. 1. c. 5. th. 10.* nec immeritò. Demonſtrat ſiquidem *Grot. d. l. n. 11. & ſeqq.* nec ex ſacris literis probari poſſe, nec etiam à veteri Eccleſia unquam creditum fuiſſe, electionem Epiſcoporum immutabiliter ad populum pertinere. Exemplum Romanorum Imperatorum ſecuti ſunt Reges Germanicarum Gentium. Ex quo enim Chriſtianam fidem amplexi ſunt, vel pro ſuo arbitrio Epiſcopos Eccleſiis dare, vel à Clero & populo, antiquo ritu electos, confirmare ſoliti fuerunt, id quod ex *Gregorio Turonenſi* aliisque deducit *Lehmann. in Chron. Spirenſ.*
26 *lib. 2. c. 41.* Hinc & ipſorum Pontificum Romanorum electio ante tempora Gregorii non potuit perfici, niſi conſentiente & probante Imperatore, quod etſi factum nolint Curiæ Romanæ Sectatores, veriſſimum tamen eſſe, ipſa propria Pontificum docet confeſsio, quam etiamnum legere licet *in c. Hadrianus. 22. & can. in Synodo. 23. diſt.*

Digitized by Google

diſt. 63. ut taceamus, tot paſſim occurrentia exempla, quæ non
patiuntur rem in aprico exiſtentem obſcurari. vid. *M. Anton. de
Domin. de Republ. Eccleſ. lib. 6. c. 7. Ferdin. Vaſqv. p. 1. Controv. lib. 1.
cap. 22. n. 7. & ſeqq. atque poſt Goldaſt. Onuphr. Panvin. aliosque Dn.
Ziegler. de jur. Majeſt. lib. 1. cap. 18. n. 3.* Quantum vero ex rebus 27
geſtis colligitur, ad eum fere modum *Caroli. M.* ejusque *Succeſſo-
rum* ætate conſtitutionem Epiſcoporum communiter & ordinariè
peractam eſſe invenimus. Defuncto Epiſcopo, clero vel populo
urbis, in qua ſedes Epiſcopalis conſtituta fuit, vel ſi metropolis
eſſet, Clero populo & provinciæ Epiſcopalis libera quidem per-
mittebatur electio aut nominatio; nominatus tamen à Metro-
politano non ante conſecrari poterat, quam Regis vel Imperato-
ris accesſiſſet conſenſus, quo impetrato, ubi inveſtitus erat Epi-
ſcopus electus & juramentum præſtiterat, quod æque neceſſari-
um fuit, nihil quicquam amplius, quam conſecratio à Metropo-
litano vel Epiſcopis vicinis facienda, deſiderabatur. Quinimo in- 28
terdum longius Reges proceſſiſſe, atque nec Cleri nec plebis ſuf-
fragio requiſito, Epiſcopos conſtituiſſe, teſtis eſt hiſtoria iſtorum
temporum, utut nonniſi extra ordinem hoc factum fuerit, ex quo
ulterius evenit, quod interdum Epiſcopi, dum adhuc viverent,
Imperatoris conſenſum imploraverint de certo quopiam ſucceſſo-
re conſtituendo, quæ omnia, excluſo Pontifice Romano, peracta
ſunt, prout ex *Albert. Stadenſ. Epiſt. Hincmar. Concil. Valentin.
Onuphr. Panvin. Albert. Crunz. Goldaſt.* aliisq; ſolide deducit *Dn. Con-
ring. cit. tract. §. 36. & mult. ſeqq.* quem ſequitur *Monzamb. dict. loc.*
Poſtquam vero Jura ſacrorum ad Sedem Romanam tranſire, at- 29
que Canonicorum ſive Capitularium Eccleſiæ Cathedralis collegia
electiones Epiſcoporum, haud dubiè connivente Pontifice, (cu-
jus intererat, à paucioribus ſibiq; obſtrictis eandem fieri. *Mon-
zamb. d. l.*) ſibi, excluſo reliquo Clero & populo vindicare cœpe-
runt, aliam plane faciem delatio muneris Epiſcopalis induere cœ-
pit, uti ex hodiernis Epiſcopatum & Jura Epiſcopalia acquiren-
di modis, de quibus *in cap. ſubſequenti* fuſius dicturi ſumus, ple-
nius conſtabit. Atque reſpectu horum poſteriorum temporum
negari nequit, quod in Catholicorum Eccleſiis tota delatio mu-
neris Epiſcopalis atque noſtri Juris à nutu Pontificis Romani de-
pendeat, ut vel ipſa quotidiana praxis ſufficienter innuit. In *Ec-* 30

Digitized by Google

cleſiis Auguſtanæ Confeſſionis hæc Cauſa *efficiens proxima* iterum vel eorundem *Epiſcopos* vel etiam *Principes* atque *Dominos Territorii* reſpicit. Quoad *priores* certum eſt, quod eandem quoque delatio Epiſcopalis dignitatis juxta *Inſtr. Pac. art. 5. §. 6.* conſtituat. Quoad *poſteriores* vero nullus equidem diffitebitur, *jus Epiſcopale* à *Superioritate* dependere, poſtquam cum cura Sacrorum ad Status Imperii Auguſtanæ Confeſſionis poſtliminio quaſi rediit. Axioma namque hoc eſt JCtorum Germaniæ commune, quo tanquam Juris Publici principio hodie utuntur. Vid. *Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 424. & ſeq. Paurmeiſter. de juriſd. lib. 2. c. 8. n. 105.* præcipue *Cothmann. Reſponſ. Acad. 1. n. 64. & ſeq. Carpz. de Leg. Reg. German. c. 3. ſect. 9. n. 2.* nec non *dec. 119. n. 13. & ſeq.* atque *Nicol. Myler. ab* Ehren-
31 bach/ *de Princ. & Stat. Princ. & Stat. Imper. p. 2. c. 86. n. 1. & 2.* Unde porro ex Juriſdictione Eccleſiaſtica apud Proteſtantes ſuſpenſa eorundem JCti *de jure Epiſcopali* Statibus privativè competente argumentum deducunt. Verum magis per communem opinionem, quam per legis autoritatem, ut accuratè demonſtrat *JCtorum Proteſtantium decus David. Mev. p. 2. dec. 305. n. 11.* cum Pax Religioſa non tam tribuat juriſdictionem Eccleſiaſticam, quam ſuſpendat. Largimur equidem, quod hæc ſuſpenſio per neceſſariam conſequentiam Statibus Evangelicis exercitium illorum jurium, quæ in rebus Eccleſiaſticis ante uſurpationem Sedis Apoſtolicæ Superioribus competierunt, reſtituat, ut adeo propter Superioritatem territorialem contra Pontificem atque Epiſcopos Romano-Catholicos quoad *jus Epiſcopale* fundatam intentionem habeant, partim quia Pacificationes Religioſæ, inter Status Imperii initæ, illorum potiſſimum atque Principum faciunt mentionem, partim etiam, quia generalem totius provinciæ omniumque ejus partium inſpectionem, adminiſtrationem & juriſdictionem habent. *Matth. Steph. de juriſd. lib. 3. p. 1. c. 14. n. 121.* Hæc omnia tamen privativam translationem quoad alios Inferiores *Auguſt. Confeſſ.* non evin-
32 cunt. Quare in terris Proteſtantium ad hanc *cauſam efficientem* referri quoque debet *Poſſeſſio vel quaſi Juris Epiſcopalis tempore Pacis Religioſæ atq; Pacificationis Oſnabrugenſis*, juxta *Receſſ. Imper. de anno 1555.* §. Dieweil aber. *19. atq; Inſtrum. Pac. art. 5. § 12. v. hoc tamen &c.* ob quam etiam mediatis Imperii atq; Civitatum municipalium Magiſtratibus competere poteſt, ut vel ipſi agnoverunt *Ingolſtadienſes*,

reli-

religioni Romano-Catholicæ alias addicti, dum inter *German. Conſil.* durante ſuſpenſione Jurisdictionis Epiſcopalis, exercitium ejus nec non diſpoſitionem de rebus Eccleſiaſticis atque piis locis ad quoscunque etiam non Principes, ſi ſaltem in poſſeſſione exiſtant, pertinere fatentur, qua de re itidem ſubjecto & modis acquirendi plenius conſtabit. Vid. interim *Matth. cit. loc. Cothmann. vol. 4. reſponſ. 33. add. Mev. dict. deciſ.*

CAPUT IV.

Subjectum Juris Epiſcopalis conſiderat.

Summaria.

1. Subjectum conſtituit Epiſcopus.
2. Hac occaſione conſiderantur perſonæ ad Hierarchiam pertinentes.
3. Clerici qui in ſpecie vocentur.
4. Vocatio eorum duplex.
5. Dividuntur in Religioſos ſive Regulares ac Clericos in ſpecie, alias ſeculares dictos, quibus à nonnullis adduntur quaſi Religioſi.
6. & 7. Oeconomi, Parabolani, Copiatæ, Præfecti Xenodochiorum aliique Eccleſiis & piis locis quidem inſerviunt.
8. Propterea tamen quaſi Religioſi nominari nequeunt.
9. Licet nonnulli ex his Clericis proximiores ſint.
10. & 11. de Militibus Sacris diſquiritur: An vere, an quaſi Religioſi ſint?
12. Inter illos eminent Equites S. Johannis & Teutonici.
13. De Equitibus S. Johannis, eorumque ſtatu, præcipuè in Germania.
14. De Equitibus Teutonicis.
15. Præeſt Magiſter Equitibus, qui vel ſimpliciter tales ſunt, vel Commendatores.
16. Unde dicantur Commendæ.
17. Commendatores iterum ſubdividuntur.
18. Et ſunt vel immediati vel mediati Imperii.
19. Religioſi ſunt Monachi, alias Conventuales ac Regulares dicti.

Digitized by Google

20. Regulæ Monachorum ſunt quatuor, quibus pecularia ſtatuta nonnullorum accedunt.
21. Latius eſt Regularium, quam Religioſorum nomen.
22. Dividuntur Monachi in profeſſos & novitios.
23. Monachis & Monialibus præſunt Abbates & Abbatiſſæ, qui ſubjiciuntur Epiſcopis, niſi ſint exemti.
24. & 25. Sicut Præpoſiti & Priores, ita & Abbates in multiplici ſunt differentia, quæ recenſetur.
26. Monachi progreſſu temporis in varias ſectas, præcipuè in Monachos & Canonicos diſtingui cœperunt.
27. Unde dicantur Canonici.
28. & 29. Origo Canonicorum recenſetur.
30. Tres ex *Dunt.* adducuntur cauſæ, ob quas Collegia Canonicorum inſtituta.
31. Poſtmodum nata eſt diſtinctio inter Canonicos regulares, ubi quid ſint.
32. Et ſeculares, qui habent jus Canoniæ, atque hodie miniſteria Eccleſiaſtica per Vicarios exercent.
33. Quod ipſis conſuetudines & ſtatuta Eccleſiarum permittunt.
34. Inter Canonicos alii dicuntur Aſſiſſi, alii Honarii, ſive Canonici in herbis.
35. *Et ſeqq.* alii porro dicuntur Archipresbyteri, alii Priores ſive Præpoſiti, alii Decani, alii Primicerii & Cantores, alii Sacriſtæ & Cuſtodes, alii Scholaſtici ſive Cancellarii, quibus adjiciuntur Apocriſiarii ac Cellarii.
41. Canonici conjunctim conſtituunt Capitulum, quod eſt vel Cathedralis vel Collegiatæ Eccleſiæ.
42. Ad inſtar Canonicorum ſecularium dantur etiam Canoniſſæ ſeculares.
43. Clerici ſeculares ſunt vel in minoribus, vel in majoribus Ordinibus.
44. Recenſentur, qui ſint in Ordinibus minoribus.
45. His nonnulli adjiciunt Pſalmiſtas & homines primæ tonſuræ.
46. Ordines majores quid ſint, quive in iis reperiantur.
47. & 48. Diaconorum officium & diviſio.
49. Quondam etiam habebantur Diaconiſſæ.
50. Presbyteri qui ſint, ubi inſimul de Capellanis.
51. Diviſio Presbyterorum duplex proponitur.
52. Epiſcopi ſunt in ſupremo Ordine,

dine, ubi an differant ab ordine Presbyterii.
53. Epiſcoporum alii ſunt titulares,
54. Alii veri, qui habent Chor-Epiſcopos,
55. It. Vicarios, quorum alii ſunt nati, alii dati, qui iterum variè ſubdividuntur,
56. Nec non Coadjutores, quorum alii ſunt temporales, alii perpetui.
57. Coadjutoria cum ſucceſſionis ſpe eſt irregularis.
58. Epiſcopi porro in ſimplices, Metropolitanos, Archiepiſcopos, & Patriarchas dividuntur.
59. Differentia inter hos recenſetur.
60. Examinatur quoad Epiſcopos nec non Metropolitanos & Archiepiſcopos, qui de Jur. Canon. nonniſi certa ratione differunt.
61. Quinam dicantur Suffraganei.
62. Archi-Epiſcopi ſunt iterum vel abſolutè tales, vel Primates.
63. Patriarchæ quid ſint.
64. Dividuntur in Minores, qui propriè dicuntur Primates,
65. Et Majores, qui à Primatibus differunt.
66. Horum quatuor poſt Sedem Romanam recenſentur.
67. Supremus ex hypotheſi Canonum eſt Pontifex, habens ſuos Cardinales.
68. & 69. Atque Legatos, qui triplices ſunt.
70. Officia Clericorum hodie ſecundum conſuetudines Eccleſiarum, præcipuè in Ordinibus minoribus variant.
71. Clericorum præcipui ſunt Prælati, vel latè vel propriè ſic dicti.
72. Variè dividuntur Prælati.
73. Etiam in negotiis Imperialibus dupliciter accipiuntur.
74. In Proteſtantium Eccleſiis Status Monachalis, modo vota ſint libera, non reprobatur, dantur etiam Abbatiſſæ, quæ recenſentur.
75. Neque etiam improbantur Canonicorum Collegia.
76. Nec etiam Epiſcopi aut Prælati.
77. Cæteroquin Miniſtri Eccleſiaſtici, liturgiam exercentes, ſunt vel ſecundarii vel primarii.
78. Inter quos poſteriores nulla niſi graduum intercedit differentia.
79. Penes Pontificios competit Jus Epiſcopale (1) Pontifici.
80. (2) Cardinalibus in Eccleſiis eorum titulis ſubjectis.

81. (3) Legatis Sedis Apoſtolicæ cum declaratione propoſita.
82. (4) Patriarchis, ſed Græci Chriſtianorum poteſtati ſunt ſubtracti.
83. Etiam Latinis atque minoribus.
84. (5) Archi-Epiſcopis ſive Metropolitanis.
85. (6) Epiſcopis, qui certo reſpectu in ſuis diœceſibus æquiparantur Pontifici.
86. (7) Quandoque etiam Epiſcopis titularibus.
87. (8) Capitulo ſede vacante.
88. (9) Abbatibus nonnullis ſecularibus & regularibus exemtis.
89. (10) Prælatis exemtis.
90. & 91. (11) Abbatiſſis & Prioriſſis exemtis.
92. & 93. (12) Quæritur an Magiſtri Equitum Sacrorum habeant Jus Epiſcopale?
94. (13) Conceditur quoque Coadjutoribus.
95. Nati Vicarii regulariter nonniſi particulam habere videntur.
96. Denique adjicitur, quomodo datis competat.
97. Poteſt ergo ab Inferioribus quoque Epiſcopo acquiri.
98. In Eccleſiis Proteſtantium competit (1) Epiſcopis (2) Prælatis ac Abbatiſſis Imperii, nec non (3) ſede vacante Capitulis.
99. (4) Tamen aliis Clericis denegatur, etiam Superintendentibus.
100. Superintendentes habent ſaltem particulam Juris Epiſcopalis.
101. (5) Vigore Majeſtatis atque Superioritatis territorialis datur Regibus aliisq; A. C. Proceribus, nec non Statibus Imperii omnibus.
102. Etiam (6) Nobilibus Imperii Immediatis.
103. Hinc Proceres A. C. duplicem repræſentant perſonam.
104. Nonnulla quoque hujus juris poſſunt competere (7) Mediatis, etiam Civitatibus.
105. Comprobatur per exempla.
106. Unde cognoſcendum, quos actus Mediati acquiſiverint.

1 CAuſam *Efficientem* nunc excipit *Subjectum* Juris Epiſcopalis, quod in genere non quivis Clericus, ſed Epiſcopus ſolum conſtituit, vel ipſa hujus juris denominatione ac deſcrip-
2 tione *in. c. 2.* propoſita affatim monſtrante. Quia vero nomine

mine Epiſcopi in hac ipſa materia alii quoq; majoris dignitatis Cle-
rici denotantur; Ideo ut de Subjecto noſtri Juris eo melius con-
ſtet, prius, quibus perſonis *Hierarchia* ex diſpoſitione Juris Cano-
nici conſtet, neceſſario conſiderandum duximus, ſubjecta poſt-
modum peculiari enumeratione eorum, qui hoc jure gaudent. 3
Et quidem licet omnes Chriſtiani, qui ad occupandum κλῆρον τῶν
ἁγίων ac bona ſpiritualia per Chriſtum lecti ſunt, *Coloſſ. 1. v. 12.* Cle-
rici nominari queant, ſpeciatim tamen illi, qui ad functiones Eccle-
ſiaſticas obeundas conſtituuntur, Clericorum nomine veniunt,
quod quaſi in ſortem Domini electi ſint, *can. Cleros. 1. diſt. 21.* alias-
que Miniſtri Eccleſiaſtici vocantur, Germanicè Geiſtliche/ non quod
cæteri ſint carnales, ſed itidem κατ᾽ ἐξοχὴν, & quia aliis quoad vitæ
ſanctimoniam exemplo eſſe debent. *Gebhard. alias Weſener dictus de* 4
Poteſt. Eccleſ. §. 10. n. 69. Habent autem vocationem vel *extraordina-
riam* à Deo, quales in V. & N. T. ſub tempore primitivæ Eccleſiæ fu-
erunt Prophetæ, Evangeliſtæ, ac Apoſtoli, vel *ordinariam*, dum 5
ab Eccleſia ad ſacra miniſteria peragenda conſtituuntur. Atque hi
iterum dividuntur in *Regulares* ſive Religioſos, ac *Clericos* in ſpecie
ſic dictos, qui ad differentiam priorum quoq; *Clericorum Secularium*
nomine deſignantur. *Vid. Auguſt. Barboſ. Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 41. n. 1.
Venat. in Analyſ. Jur. Pont. tit. de Reg. & tranſ. ad relig. atq;* Engel. *in
præfat. ad lib. 1. Coll. Jur. Can.* Addunt nonnulli tertium genus *qua-
ſi Religioſorum* & *quaſi Clericorum*, ad quod non ſolum ſacrorum
locorum Adminiſtratores, ſed & Milites ſacros eorumque Magi- 6
ſtros referunt. *Vid. Gebhard. cit. tract. §. 18. n. 252. & ſeq.* Ve-
rum quod *Adminiſtratores venerabilium locorum* concernit, lubentes
equidem fatemur, procurationem rerum Eccleſiaſticarum & ſa-
crarum plures requirere perſonas, qui Eccleſiis inſerviant, qua-
les olim fuerunt & adhuc ſunt (1) Oeconomi, quos Apocriſiari-
os & Reſponſales nominat *Imper. in N. 123. c. 25.* aliasq; diſpenſato-
res pauperum & Defenſores Eccleſiæ, nec non Vice-Domini &
Majores domus à Gregorio Papa *c. 2. diſt. 89.* vocantur, utut poſt
Specul. alii Oeconomum dicant curare res Canonicorum, Vice-Do-
minum vero res Epiſcopi. *Dn. Schilter. Inſt. Jur. Can. lib. 1. tit. 10. §.
7.* Germanicè Kirchen-Vorſteher/ Kirchen-Väter/ it. Altariſten
vel Altar-Leute/ propterea, quod præter Eleemoſynas, quas ut
plurimum viritim in Eccleſia, mit dem Kling-Beutel/ colligere

ſolent,

ſolent; inter S. communionem Communicantibus linteola inſer-
7 viant. *Dn. a* Seckendorff im T. F. Staat/ *p. 2. c. 13. §. 6.* (2) Para-
bolani, qui Medicæ artis peritia inſtructi ad ægrotantium pau-
perum curam in noſocomiis erant deputati, de quibus poſt *l. 18.*
C. de Epiſc. & Cler. atque l. 42. & ſeq. C. Theod. eod. vid. latius Ja-
cob. Gothofr. ad d. l. 42. C. Theod. (3) Copiatæ, quos infauſtis de-
functorum obſequiis occupatos eſſe vocant Impp. Arcad. & Ho-
nor. *in l. 12. C. Theod. de veter.* ſive qui pium defunctorum & ſepul-
turæ officium gerunt. vid. *l. 1. in fin. C. Theod. de luſtml. collat.* ibi-
que *in not. Jac. Gothofr. circ. fin. verſ. tertio igitur &c. atq; l. 15. C.*
Theod. de Epiſc. & Cler. quibus hodie aſſimilari poſſunt Sodalitates
ac fraternitates inſtitutæ ad ſepeliendos mortuos; de quibus *Perez.*
ad C. de Decan. n. ult. (4) Orphanotrophiorum ac Brephotrophio-
rum, nec non Xenodochiorum ac Prochotrophiorum Præfecti,
der Wäyſen und Findel-Häuſer: it. Hoſpital-Vorſteher/ Mendican-
tium Præpoſiti, Bettel-Voigte/ Veſpillones aliique plures. At
8 enim licet hi aliive Eccleſiis atque piis locis inſerviant, ac functio-
nes quasdam circa res Eccleſiaſticas obeant, inter Clericos tamen
propterea neutiquam referri, aut quaſi Religioſi vocari poſſunt,
ut pluribus demonſtrant *Duar. de ſacr. Eccleſ. Miniſt. lib. 1. c. 19.* at-
que *Jac. Gothofr. ad d. l. 1. C. Theod. de luſtral. collat.* Nec obeſt,
quod Oſtiarii & Acoluthi, quorum munus tamen non magis ſpi-
rituale, quam priorum eſſe videtur, inter Clericos referantur,
quia hi in Clerum recipiuntur, ut aliquando ſpiritualia tractent,
ac interim ſub onere claudendi templum vel alterius curæ adſa-
cras functiones ſe præparent, quod de prioribus, qui ſpirituali
adminiſtratione plane conſecrati non ſunt, utut Eccleſiæ inſervi-
9 ant, dici nequit. *Duar. d. l.* Neutiquam tamen diffitemur, non-
nullos ex his propter pium opus, quod tractant, Clericis proxi-
miores eſſe, teſte *Iac. Gothofr. ad d. l. 1. C. Theod. de luſtrat. collat.*
Quam ob cauſam Canonum præcepta dubio procul ſuadent, ut,
exceptis ſordidis ac ſervilibus operis, miniſteria hæc Eccleſiaſtica
10 Clericis committantur, *vid. c. indicatum 5. diſt. 89. c. in nona. 22. &*
ſeq. c. 16. q. 7. Duaren. cit. loc. Quod autem *Milites* attinet *ſacros*,
eos mediæ veluti naturæ eſſe, adeoq; de ſacris & civilibus partici-
pare, ſive partim eccleſiaſticam, partim ſecularem perſonam ſuſti-
nere, teſtes ſunt *Gylman. Symphorem. tom. 1. part. 1. tit. 3. in vot. ad*
ſupplic.

Digitized by Google

ſupplic. 9. n. 6. 8. & 9. Reinking. de R. S. & Eccl. lib. 3. claſſ. 2. c. 3. n. 39. atq; Dn. Becmann. in Notit. Dign. differt. 16. §. 1. quorum ſententiæ ſuffragatur, quod vel major JCtorum pars milites ſacros non niſi quoad effectus pro religioſis habeat, fatente *Gonzal. Tellez. ad cap. 18. ✕. de ſimon. n. 8.* Concedunt hoc equidem de illis Ordinibus militaribus, qui caſtitatem non abſolutam ſed conjugalem profitentur, cum allegatis *Barboſ. Iur. Eccleſ. lib. 3. c. 7. n. 27. & ſeq. atque Layman. lib. 4. Theol. Mor. tract. 5. c. 1. n. 5.* Sed de Equitibus S. Johannis ac Ordinis Teutonici aliisque ſimilibus, qui tria ſubſtantialia vota edunt, negant, eosque non quaſi, ſed verè religioſos eſſe dicunt *Azpilcuet. Navarr. tit. de regular. conſil. 12. Laymann. d. l.* quos laudat & ſequitur *Engel. lib. 1. Coll. jur. Canon. tit. 21. § 8.* quibuscum ſentit *Cacheran. Dec. Pedem. 27. n. 17. & ſeq.* Verum po- 11
ſterius de Ordine Equitum S. Johannis & Teutonici alii graviſſimi Autores pernegant, quos hanc in rem adducit *Henr. Wagnereck. ad c. 7. ✕. de converſ. conjug. not. 2.* Licet enim ſub nomine religionis à Pontificibus confirmati ſint, atque profiteantur regulam certam, quia tamen longius receſſerunt à primo vivendi inſtituto & mediis ad votorum obſervantiam neceſſariis, etiam Pontificibus non improbantibus, Interpretes ejusmodi Ordines à proprietate ſtatus religioſi excluſerunt, verba ſunt *Henr. Wagnereck. cit. not. 2. in fin.* ex quibus tandem concludendum, quod licet non verè & propriè, ſecundum quid tamen & largè religioſi, tutius tamen perſonæ Eccleſiaſticæ vocari poſſint. *Reinking. cit. c. 3. n. 41.* tum propter ſegregationem à laicis factam, tum propter habitum diſtinctum. *Barboſ. d. c. 7. n. 28.* Inter alios autem Militum ſacrorum Or- 12
dines, quorum numerum & originem recenſent *Azor. Inſtit. Moral. p. 1. lib. 13. c. 5. q. 3. & c. 6. q. 2. & ſeq. Limn. lib. 6. jur. Publ. c. 2. n. 53. & ſeq.* in Germania noſtra eminent, atque caſtitatem, non conjugalem tantum, ut Milites S. Jacobi, S. Stephani aliique, de quibus *Azor. d. cap. 5. q. 3. atq; Barboſ. d. c. 7. n. 27.* ſed ſimplicem promittunt Milites S. Johannis atque Teutonici, ambo ſub regula Auguſtini viventes. *Strauch. Inſtit. jur. Publ. lib. 1. tit. 24. § 5. & 6.* Sunt autem Milites S. Iohannis, aliàs Hoſpitalarii S. Io- 13
hannis Hieroſolymitani dicti, qui poſt amiſſam Hieroſolymam ſedem ſuam conſtituerunt in inſula Rhodo, à qua Equites Rhodienſes vocati ſunt, ea verò à Turcis occupata in inſulam Melitam,

K ſive

24 nunc quoque in uſum revocare è re eſſet Eccleſiæ. Sub primordiis quidem Chriſtianæ Religionis electiones à Clero pariter & populo peractæ ſunt, qui modus usque adeo Eccleſiæ placuit, ut divinæ & Apoſtolicæ traditioni eum adſcribat ſanctiſſimus martyr *Cyprianus Epiſt. 68.* vid. *Dn. Schilter. lib. 1. Inſtit. jur. Canon. tit. 7. §. 7.* Hancque conſuetudinem in toto orbe Chriſtiano (ſi paucas quasdam Eccleſias, ubi paulo aliter obtinuiſſe videtur, excipiamus) receptam fuiſſe, teſtis eſt *Dn. Conring. de Conſtit. de Epiſc. Germ. §. 12.* inſuperque ex antiquorum Patrum monumentis, Conciliorum decretis, Pontificum epiſtolis, ex variis demum rebus in Eccleſia geſtis deducit *Marc. Ant. de Dom. de Republ. Eccleſ. lib. 3. c. 3.* Poſtmodum vicinorum Epiſcoporum conſenſum ad Epiſcoporum ordinationem acceſſiſſe, eamque à Synodo comprovincialium Epiſcoporum peractam fuiſſe, ex multis locis operum Cypriani manifeſtum eſſe dicit idem *Conring. d. tract. §. 16.* atque comprobat
25 *Grot. cit. c. 10. n. 11.* Cum vero, propter ingraveſcentem autoritatem Epiſcoporum apud populum, ipſius quoque Reipubl. intereſſe crederetur, ſi publicæ tranquillitatis cauſa beneficium tantæ dignitatis Principi potiſſimum accepto ferrent, hinc à ſeculo fere quarto paſſim per orbem Chriſtianum invaluiſſe videmus, ut, qui Reipubl. ſumma cum autoritate præerant, non paterentur temere quemquam ad Epiſcopalem dignitatem promoveri, niſi accedente ipſorum conſenſu. *Monzamban. de ſtat. Imper. c. 3. §. 6.* atq; *Schweder. de jur. publ. part. ſpec. ſect. 1. c. 5. th. 10.* nec immeritò. Demonſtrat ſiquidem *Grot. d. l. n. 11. & ſeqq.* nec ex ſacris literis probari poſſe, nec etiam à veteri Eccleſia unquam creditum fuiſſe, electionem Epiſcoporum immutabiliter ad populum pertinere. Exemplum Romanorum Imperatorum ſecuti ſunt Reges Germanicarum Gentium. Ex quo enim Chriſtianam fidem amplexi ſunt, vel pro ſuo arbitrio Epiſcopos Eccleſiis dare, vel à Clero & populo, antiquo ritu electos, confirmare ſoliti fuerunt, id quod ex *Gregorio Turonenſi* aliisque deducit *Lehmann. in Chron. Spirenſ.*
26 *lib. 2. c. 41.* Hinc & ipſorum Pontificum Romanorum electio ante tempora Gregorii non potuit perfici, niſi conſentiente & probante Imperatore, quod etſi factum nolint Curiæ Romanæ Sectatores, veriſſimum tamen eſſe, ipſa propria Pontificum docet confeſſio, quam etiamnum legere licet *in c. Hadrianus. 22. & can. in Synodo. 23. diſt.*

Digitized by Google

diſt. 63. ut taceamus, tot paſſim occurrentia exempla, quæ non
patiuntur rem in aprico exiſtentem obſcurari. vid. *M. Anton. de*
Domin. de Republ. Eccleſ. lib. 6. c. 7. Ferdin. Vaſqv. p. 1. Controv. lib. 1.
cap. 22. n. 7. & ſeqq. atque poſt Goldaſt. Onuphr. Panvin. aliosque Dn.
Ziegler. de jur. Majeſt. lib. 1. cap. 18. n. 3. Quantum vero ex rebus 27
geſtis colligitur, ad eum fere modum *Caroli. M.* ejusque *Succeſſo-*
rum ætate conſtitutionem Epiſcoporum communiter & ordinariè
peractam eſſe invenimus. Defuncto Epiſcopo, clero vel populo
urbis, in qua ſedes Epiſcopalis conſtituta fuit, vel ſi metropolis
eſſet, Clero populo & provinciæ Epiſcopalis libera quidem per-
mittebatur electio aut nominatio; nominatus tamen à Metro-
politano non ante conſecrari poterat, quam Regis vel Imperato-
ris acceſſiſſet conſenſus, quo impetrato, ubi inveſtitus erat Epi-
ſcopus electus & juramentum præſtiterat, quod æque neceſſari-
um fuit, nihil quicquam amplius, quam conſecratio à Metropo-
litano vel Epiſcopis viciuis facienda, deſiderabatur. Quinimo in- 28
terdum longius Reges proceſſiſſe, atque nec Cleri nec plebis ſuf-
fragio requiſito, Epiſcopos conſtituiſſe, teſtis eſt hiſtoria iſtorum
temporum, utut nonniſi extra ordinem hoc factum fuerit, ex quo
ulterius evenit, quod interdum Epiſcopi, dum adhuc viverent,
Imperatoris conſenſum imploraverint de certo quopiam ſucceſſo-
re conſtituendo, quæ omnia, excluſo Pontifice Romano, peracta
ſunt, prout ex *Albert. Stadenſ. Epiſt. Hincmar. Concil. Valentin.*
Onuphr. Panvin. Albert. Cranz. Goldaſt. aliisq; ſolide deducit *Dn. Con-*
ring. cit. tract. §. 36. & mult. ſeqq. quem ſequitur *Monzamb. dict. loc.*
Poſtquam vero Jura ſacrorum ad Sedem Romanam tranſire, at- 29
que Canonicorum ſive Capitularium Eccleſiæ Cathedralis collegia
electiones Epiſcoporum, haud dubiè connivente Pontifice, (cu-
jus intererat, à paucioribus ſibiq; obſtrictis eandem fieri. *Mon-*
zamb. d. l.) ſibi, excluſo reliquo Clero & populo vindicare cœpe-
runt, aliam plane faciem delatio muneris Epiſcopalis induere cœ-
pit, uti ex hodiernis Epiſcopatum & Jura Epiſcopalia acquiren-
di modis, de quibus *in cap. ſubſequenti* fuſius dicturi ſumus, ple-
nius conſtabit. Atque reſpectu horum poſteriorum temporum
negari nequit, quod in Catholicorum Eccleſiis tota delatio mu-
neris Epiſcopalis atque noſtri Juris à nutu Pontificis Romani de-
pendeat, ut vel ipſa quotidiana praxis ſufficienter innuit. In *Ec-* 30

Digitized by Google

cleſiis Auguſtanæ Confeſſionis hæc Cauſa *efficiens proxima* iterum vel eorundem *Epiſcopos* vel etiam *Principes* atque *Dominos Territorii* reſpicit. Quoad *priores* certum eſt, quod eandem quoque delatio Epiſcopalis dignitatis juxta *Inſtr. Pac. art. 5. §. 6.* conſtituat. Quoad *poſteriores* vero nullus equidem diffitebitur, *jus Epiſcopale* à *Superioritate* dependere, poſtquam cum cura Sacrorum ad Status Imperii Auguſtanæ Confeſſionis poſtliminio quaſi rediit. Axioma namque hoc eſt JCtorum Germaniæ commune, quo tanquam Juris Publici principio hodie utuntur. Vid. *Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 424. & ſeq. Paurmeiſter. de juriſd. lib. 2. c. 8. n. 105.* præcipue *Cothmann. Reſponſ. Acad. 1. n. 64. & ſeq. Carpz. de Leg. Reg. German. c. 3. ſect. 9. n. 2. nec non dec. 119. n. 13. & ſeq.* atque *Nicol. Myler. ab* Ehrenbach/
31 *de Princ. & Stat. Princ. & Stat. Imper. p. 2. c. 86. n. 1. & 2.* Unde porro ex Jurisdictione Eccleſiaſtica apud Proteſtantes ſuſpenſa eorundem JCti *de jure Epiſcopali* Statibus privativè competente argumentum deducunt. Verum magis per communem opinionem, quam per legis autoritatem, ut accuratè demonſtrat *JCtorum Proteſtantium decus David. Mev. p. 2. dec. 305. n. 11.* cum Pax Religioſa non tam tribuat jurisdictionem Eccleſiaſticam, quam ſuſpendat. Largimur equidem, quod hæc ſuſpenſio per neceſſariam conſequentiam Statibus Evangelicis exercitium illorum jurium, quæ in rebus Eccleſiaſticis ante uſurpationem Sedis Apoſtolicæ Superioribus competierunt, reſtituat, ut adeo propter Superioritatem territorialem contra Pontificem atque Epiſcopos Romano-Catholicos quoad *jus Epiſcopale* fundatam intentionem habeant, partim quia Pacificationes Religioſæ, inter Status Imperii initæ, illorum potiſſimum atque Principum faciunt mentionem, partim etiam, quia generalem totius provinciæ omniumque ejus partium inſpectionem, adminiſtrationem & jurisdictionem habent. *Matth. Steph. de juriſd. lib. 3. p. 1. c. 14. n. 121.* Hæc omnia tamen privativam translationem quoad alios Inferiores *Auguſt. Confeſſ.* non evin-
32 cunt. Quare in terris Proteſtantium ad hanc *cauſam efficientem* referri quoque debet *Poſſeſſio vel quaſi Juris Epiſcopalis tempore Pacis Religioſæ atq; Pacificationis Oſnabrugenſis*, juxta *Receſſ. Imper. de anno 1555.* §. Dieweil aber. *19. atq; Inſtrum. Pac. art. 5. § 12. v. hoc tamen &c.* ob quam etiam mediatis Imperii atq; Civitatum municipalium Magiſtratibus competere poteſt, ut vel ipſi agnoverunt *Ingolſtadienſes*, reli-

religioni Romano-Catholicæ alias addicti, dum inter *German. Conſil.* durante ſuſpenſione Jurisdictionis Epiſcopalis, exercitium ejus nec non diſpoſitionem de rebus Eccleſiaſticis atque piis locis ad quoscunque etiam non Principes, ſi ſaltem in poſſeſſione exiſtant, pertinere fatentur, qua de re itidem ſubjecto & modis acquirendi plenius conſtabit. Vid. interim *Matth. cit. loc. Cothmann. vol. 4. reſponſ. 33. add. Mev. dict. deciſ.*

CAPUT IV.

Subjectum Juris Epiſcopalis conſiderat.

Summaria.

1. Subjectum conſtituit Epiſcopus.
2. Hac occaſione conſiderantur perſonæ ad Hierarchiam pertinentes.
3. Clerici qui in ſpecie vocentur.
4. Vocatio eorum duplex.
5. Dividuntur in Religioſos ſive Regulares ac Clericos in ſpecie, alias ſeculares dictos, quibus à nonnullis adduntur quaſi Religioſi.
6. & 7. Oeconomi, Parabolani, Copiatæ, Præfecti Xenodochiorum aliique Eccleſiis & piis locis quidem inſerviunt.
8. Propterea tamen quaſi Religioſi nominari nequeunt.
9. Licet nonnulli ex his Clericis proximiores ſint.
10. & 11. de Militibus Sacris diſquiritur: An vere, an quaſi Religioſi ſint?
12. Inter illos eminent Equites S. Johannis & Teutonici.
13. De Equitibus S. Johannis, eorumque ſtatu, præcipuè in Germania.
14. De Equitibus Teutonicis.
15. Præeſt Magiſter Equitibus, qui vel ſimpliciter tales ſunt, vel Commendatores.
16. Unde dicantur Commendæ.
17. Commendatores iterum ſubdividuntur.
18. Et ſunt vel immediati vel mediati Imperii.
19. Religioſi ſunt Monachi, alias Conventuales ac Regulares dicti.

20. Regulæ Monachorum ſunt quatuor, quibus pecularia ſtatuta nonnullorum accedunt.

21. Latius eſt Regularium, quam Religioſorum nomen.

22. Dividuntur Monachi in profeſſos & novitios.

23. Monachis & Monialibus præſunt Abbates & Abbatiſſæ, qui ſubjiciuntur Epiſcopis, niſi ſint exemti.

24. & 25. Sicut Præpoſiti & Priores, ita & Abbates in multiplici ſunt differentia, quæ recenſetur.

26. Monachi progreſſu temporis in varias ſectas, præcipuè in Monachos & Canonicos diſtingui cœperunt.

27. Unde dicantur Canonici.

28. & 29. Origo Canonicorum recenſetur.

30. Tres ex *Dunt.* adducuntur cauſæ, ob quas Collegia Canonicorum inſtituta.

31. Poſtmodum nata eſt diſtinctio inter Canonicos regulares, ubi quid ſint.

32. Et ſeculares, qui habent jus Canoniæ, atque hodie miniſteria Eccleſiaſtica per Vicarios exercent.

33. Quod ipſis conſuetudines & ſtatuta Eccleſiarum permittunt.

34. Inter Canonicos alii dicuntur Aſſiſſii, alii Honarii, ſive Canonici in herbis.

35. *Et ſeqq.* alii porro dicuntur Archipresbyteri, alii Priores ſive Præpoſiti, alii Decani, alii Primicerii & Cantores, alii Sacriſtæ & Cuſtodes, alii Scholaſtici ſive Cancellarii, quibus adjiciuntur Apocriſiarii ac Cellarii.

41. Canonici conjunctim conſtituunt Capitulum, quod eſt vel Cathedralis vel Collegiatæ Eccleſiæ.

42. Ad inſtar Canonicorum ſecularium dantur etiam Canoniſſæ ſeculares.

43. Clerici ſeculares ſunt vel in minoribus, vel in majoribus Ordinibus.

44. Recenſentur, qui ſint in Ordinibus minoribus.

45. His nonnulli adjiciunt Pſalmiſtas & homines primæ tonſuræ.

46. Ordines majores quid ſint, quive in iis reperiantur.

47. & 48. Diaconorum officium & diviſio.

49. Quondam etiam habebantur Diaconiſſæ.

50. Presbyteri qui ſint, ubi inſimul de Capellanis.

51. Diviſio Presbyterorum duplex proponitur.

52. Epiſcopi ſunt in ſupremo Ordine,

dine, ubi an differant ab ordine Presbyterii.

53. Epiſcoporum alii ſunt titulares,

54. Alii veri, qui habent Chor-Epiſcopos,

55. It. Vicarios, quorum alii ſunt nati, alii dati, qui iterum variè ſubdividuntur,

56. Nec non Coadjutores, quorum alii ſunt temporales, alii perpetui.

57. Coadjutoria cum ſucceſsionis ſpe eſt irregularis.

58. Epiſcopi porro in ſimplices, Metropolitanos, Archiepiſcopos, & Patriarchas dividuntur.

59. Differentia inter hos recenſetur.

60. Examinatur quoad Epiſcopos nec non Metropolitanos & Archiepiſcopos, qui de Jur. Canon. nonniſi certa ratione differunt.

61. Quinam dicantur Suffraganei.

62. Archi-Epiſcopi ſunt iterum vel abſolutè tales, vel Primates.

63. Patriarchæ quid ſint.

64. Dividuntur in Minores, qui propriè dicuntur Primates,

65. Et Majores, qui à Primatibus differunt.

66. Horum quatuor poſt Sedem Romanam recenſentur.

67. Supremus ex hypotheſi Canonum eſt Pontifex, habens ſuos Cardinales.

68. & 69. Atque Legatos, qui triplices ſunt.

70. Officia Clericorum hodie ſecundum conſuetudines Eccleſiarum, præcipuè in Ordinibus minoribus variant.

71. Clericorum præcipui ſunt Prælati, vel latè vel propriè ſic dicti.

72. Variè dividuntur Prælati.

73. Etiam in negotiis Imperialibus dupliciter accipiuntur.

74. In Proteſtantium Eccleſiis Status Monachalis, modo vota ſint libera, non reprobatur, dantur etiam Abbatiſſæ, quæ recenſentur.

75. Neque etiam improbantur Canonicorum Collegia.

76. Nec etiam Epiſcopi aut Prælati.

77. Cæteroquin Miniſtri Eccleſiaſtici, liturgiam exercentes, ſunt vel ſecundarii vel primarii.

78. Inter quos poſteriores nulla niſi graduum intercedit differentia.

79. Penes Pontificios competit Jus Epiſcopale (1) Pontifici.

80. (2) Cardinalibus in Eccleſiis eorum titulis ſubjectis.

81. (3) Legatis Sedis Apoſtolicæ cum declaratione propoſita.
82. (4) Patriarchis, ſed Græci Chriſtianorum poteſtati ſunt ſubtracti.
83. Etiam Latinis atque minoribus.
84. (5) Archi-Epiſcopis ſive Metropolitanis.
85. (6) Epiſcopis, qui certo reſpectu in ſuis diœceſibus æquiparantur Pontifici.
86. (7) Quandoque etiam Epiſcopis titularibus.
87. (8) Capitulo ſede vacante.
88. (9) Abbatibus nonnullis ſecularibus & regularibus exemtis.
89. (10) Prælatis exemtis.
90. & 91. (11) Abbatiſſis & Prioriſſis exemtis.
92. & 93. (12) Quæritur an Magiſtri Equitum Sacrorum habeant Jus Epiſcopale?
94. (13) Conceditur quoque Coadjutoribus.
95. Nati Vicarii regulariter nonniſi particulam habere videntur.
96. Denique adjicitur, quomodo datis competat.
97. Poteſt ergo ab Inferioribus quoque Epiſcopo acquiri.
98. In Eccleſiis Proteſtantium competit (1) Epiſcopis (2) Prælatis ac Abbatiſſis Impe- Imperii, nec non (3) ſede vacante Capitulis.
99. (4) Tamen aliis Clericis denegatur, etiam Superintendentibus.
100. Superintendentes habent ſaltem particulam Juris Epiſcopalis.
101. (5) Vigore Majeſtatis atque Superioritatis territorialis datur Regibus aliisq; A. C. Proceribus, nec non Statibus Imperii omnibus.
102. Etiam (6) Nobilibus Imperii Immediatis.
103. Hinc Proceres A. C. duplicem repræſentant perſonam.
104. Nonnulla quoque hujus juris poſſunt competere (7) Mediatis, etiam Civitatibus.
105. Comprobatur per exempla.
106. Unde cognoſcendum, quos actus Mediati acquiſiverint.

1 CAuſam *Efficientem* nunc excipit *Subjectum* Juris Epiſcopalis, quod in genere non quivis Clericus, ſed Epiſcopus ſolum conſtituit, vel ipſa hujus juris denominatione ac deſcrip-
2 tione *in c. 2.* propoſita affatim monſtrante. Quia vero nomine

Digitized by Google

mine Epiſcopi in hac ipſa materia alii quoq; majoris dignitatis Clerici denotantur; Ideo ut de Subjecto noſtri Juris eo melius conſtet, prius, quibus perſonis *Hierarchia* ex diſpoſitione Juris Canonici conſtet, neceſſario conſiderandum duximus, ſubjecta poſtmodum peculiari enumeratione eorum, qui hoc jure gaudent. 3
Et quidem licet omnes Chriſtiani, qui ad occupandum κλῆρον τῶν ἁγίων ac bona ſpiritualia per Chriſtum lecti ſunt, *Coloſſ. 1. v. 12.* Clerici nominari queant, ſpeciatim tamen illi, qui ad functiones Eccleſiaſticas obeundas conſtituuntur, Clericorum nomine veniunt, quod quaſi in ſortem Domini electi ſint, *can. Cleros. 1. diſt. 21.* aliasque Miniſtri Eccleſiaſtici vocantur, Germanicè Geiſtliche/ non quod cæteri ſint carnales, ſed itidem κατ᾽ ἐξοχὴν, & quia aliis quoad vitæ ſanctimoniam exemplo eſſe debent. *Gebbard. alias Weſener dictus de* 4
Poteſt. Eccleſ. §. 10. n. 69. Habent autem vocationem vel *extraordinariam* à Deo, quales in V. & N. T. ſub tempore primitivæ Eccleſiæ fuerunt Prophetæ, Evangeliſtæ, ac Apoſtoli, vel *ordinariam,* dum 5
ab Eccleſia ad ſacra miniſteria peragenda conſtituuntur. Atque hi iterum dividuntur in *Regulares* ſive Religioſos, ac *Clericos* in ſpecie ſic dictos, qui ad differentiam priorum quoq; *Clericorum Secularium* nomine deſignantur. *Vid. Auguſt. Barboſ. Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 41. n. 1. Venat. in Analyſ. Jur. Pont. tit. de Reg. & tranſ. ad relig. atq; Engel. in præfat. ad lib. 1. Coll. Jur. Can.* Addunt nonnulli tertium genus *quaſi Religioſorum* & *quaſi Clericorum*, ad quod non ſolum ſacrorum locorum Adminiſtratores, ſed & Milites ſacros eorumque Magi- 6
ſtros referunt. *Vid. Gebbard. cit. tract. §. 18. n. 252. & ſeq.* Verum quod *Adminiſtratores venerabilium locorum* concernit, lubentes equidem fatemur, procurationem rerum Eccleſiaſticarum & ſacrarum plures requirere perſonas, qui Eccleſiis inſerviant, quales olim fuerunt & adhuc ſunt (1) Oeconomi, quos Apocriſiarios & Reſponſales nominat *Imper. in N. 123. c. 25.* aliasq; diſpenſatores pauperum & Defenſores Eccleſiæ, nec non Vice-Domini & Majores domus à Gregorio Papa *c. 2. diſt. 89.* vocantur, utut poſt *Specul.* alii Oeconomum dicant curare res Canonicorum, Vice-Dominum vero res Epiſcopi. *Dn. Schilter. Inſt. Jur. Can. lib. 1. tit. 10. §. 7.* Germanicè Kirchen-Vorſteher / Kirchen-Väter / it. Altariſten vel Altar-Leute / propterea, quod præter Eleemoſynas, quas ut plurimum viritim in Eccleſia, mit dem Kling-Beutel / colligere ſolent,

ſupplic. 9. n. 6. 8. & 9. Reinking. de R. S. & Eccl. lib. 3. claſſ. 2. c. 3. n. 39. atq; Dn. Becmann. in Notit. Dign. diſſert. 16. §. 1. quorum ſententiæ ſuffragatur, quod vel major JCtorum pars milites ſacros non niſi quoad effectus pro religioſis habeat, fatente *Gonzal. Tellez. ad cap. 18. X. de ſimon. n. 8.* Concedunt hoc equidem de illis Ordinibus militaribus, qui caſtitatem non abſolutam ſed conjugalem profitentur, cum allegatis *Barboſ. Iur. Eccleſ. lib. 3. c. 7. n. 27. & ſeq. atque Layman. lib. 4. Theol. Mor. tract. 5. c. 1. n. 5.* Sed de Equitibus S. Johannis ac Ordinis Teutonici aliisque ſimilibus, qui tria ſubſtantialia vota edunt, negant, eosque non quaſi, ſed verè religioſos eſſe dicunt *Azpilcuet. Navarr. tit. de regular. conſil. 12. Laymann. d. l.* quos laudat & ſequitur *Engel. lib. 1. Coll. jur. Canon. tit. 21. § 8.* quibuscum ſentit *Cacheran. Dec. Pedem. 27. n. 17. & ſeq.* Verum poſterius de Ordine Equitum S. Johannis & Teutonici alii graviſſimi Autores pernegant, quos hanc in rem adducit *Henr. Wagnereck. ad c. 7. X. de converſ. conjug. not. 2.* Licet enim ſub nomine religionis à Pontificibus confirmati ſint, atque profiteantur regulam certam, quia tamen longius receſſerunt à primò vivendi inſtituto & mediis ad votorum obſervantiam neceſſariis, etiam Pontificibus non improbantibus, Interpretes ejusmodi Ordines à proprietate ſtatus religioſi excluſerunt, verba ſunt *Henr. Wagnereck. cit. not. 2. in fin.* ex quibus tandem concludendum, quod licet non verè & propriè, ſecundum quid tamen & largè religioſi, tutius tamen perſonæ Eccleſiaſticæ vocari poſſint. *Reinking. cit. c. 3. n. 41.* tum propter ſegregationem à laicis factam, tum propter habitum diſtinctum. *Barboſ. d. c. 7. n. 28.* Inter alios autem Militum ſacrorum Ordines, quorum numerum & originem recenſent *Azor. Inſtit. Moral. p. 1. lib. 13. c. 5. q. 3. & c. 6. q. 2. & ſeq. Limn. lib. 6. jur. Publ. c. 2. n. 53. & ſeq.* in Germania noſtra eminent, atque caſtitatem, non conjugalem tantum, ut Milites S. Jacobi, S. Stephani aliique, de quibus *Azor. d. cap. 5. q. 3. atq; Barboſ. d. c. 7. n. 27.* ſed ſimplicem promittunt Milites S. Johannis atque Teutonici, ambo ſub regula Auguſtini viventes. *Strauch. Inſtit. jur. Publ. lib. 1. tit. 24. § 5. & 6.* Sunt autem Milites S. Iohannis, aliàs Hoſpitalarii S. Iohannis Hieroſolymitani dicti, qui poſt amiſſam Hieroſolymam ſedem ſuam conſtituerunt in inſula Rhodo, à qua Equites Rhodienſes vocati ſunt, ea verò à Turcis occupata in inſulam Melitam,

Margin numbers: 11 (beside "buscum ſentit … Verum po-"), 12 (beside "ctum. Barboſ. … Inter alios autem Militum ſacrorum Or-"), 13 (beside "§ 5. & 6. Sunt autem Milites S. Iohannis").

 ſive

tamen proteſtatur Epiſcopus Bambergenſis, de quibus omnibus
videri poſſunt *Joh. Caſp. Venator.* in Hiſtoriſchen Bericht von den Ma-
rianiſchen Teutſchen Ritter-Orden/ *atq; cum alleg. Strauch. cit. lib. 1.*
Inſtit. jur. Publ. tit. 24. §. 6. Conring. cit. loc. Hermes de jur. Publ. c. 25.
§. 23. *Gaſtel. de Stat. Publ. Eur. c. 14. n. 1. 2. & ſeq. Sprenger. Inſtit.*
jur. Publ. lib. 3. c. 10. Schweder. d. c. 7. n. 8. & part. ſpec. ſect. 2. c. 6. n. 9.
in fin. Ordinis Magiſtri omne Imperium non ſolum in domos ſibi 15
ſubjectas, niſi domini territorii ſibi quædam reſervaverint, ſed
etiam in milites ſacros exercent, quorum alii iterum vel ſimplici-
ter *Equites* dicuntur, addito ſaltem Ordinis cognomine, utpura
Malteſii, Teutonici, &c. *Gebbard. cit. tract.* §. 18. *n.* 253. alii autem
Commendatores ſive Commendatarii, quibus domus, hoſpitia, præ-
dia vel alia bona ſacrorum horum Ordinum, quæ inde Com-
mendæ dicuntur, commendantur, ut certos reditus annuos
in Ordinis præſcriptum uſum impendant, reliquum verò ad
commodam ſuſtentationem retineant, *Azor. p. 2. lib. 3. c. 26. q.*
8. *& 9.* Vocantur alias hæ Commendæ Præceptoriæ, earum-
que adminiſtratores Præceptores, teſte *Azor. cit. loc. atque Bar-*
boſ. jur. Eccleſ. lib. 3. c. 7. ubi de hiſce Præceptoriis atque Com-
mendis Ordinum militarium prolixius diſſerit. Derivantur 16
autem Commendæ non tam à commeatu, ut equidem nonnulli
volunt, quàm potius à verbo commendare, ſive ad adminiſtratio-
nem committere. *Gylm. Symphor. tom. 1. p. 1. tit. 3. in vot. ad ſuppl. 9.*
n. 1. & ſeq. quod fratres horum ordinum adhuc in Palæſtina contra
Saracenos pugnantes fratribus ſuis emeritis bonorum in Ger-
mania aliisque locis ſitorum adminiſtrationem commendaverint.
Vid. Beſold. in Theſaur. Pract. verb. Commenthur/ *atq; Gaſtel. de Stat.*
Publ. Eur. cap. 30. n. 7. In ſpecie autem Commendatores Ordinis 17
Teutonici, præter alias ſubordinationes ac gradus, quos recenſet
Speidel. in Spec. verb. Commenda &c. ſunt *Commendatores Domus* Haus-
Commenthur/ qui curant jurisdictionalia, & decidunt cauſas mi-
nores, *Commendatores ſimplices*, quibus certorum bonorum admi-
niſtratio commiſſa eſt, & quandoque in ampliori Commenda ad-
junctum habent, tanquam ſubordinatum, Commendatorem do-
mus, vel Curatorem rei domeſticæ, quem vulgo nominamus den
Trappierer/ *Speidel. cit. loc.* nec non *Commendatores Provinciales*,

Digitized by Google

Land-Commenthur/ qui curant omnes Commendas ejus Provinciæ, ſive Ballivïæ, cui præſunt, quarum præter bona Cameræ hujus
18 Ordinis in Germania octo recenſentur *à Sprenger. cit. cap. 10.* Et hi rurſus vel immediati Imperii ſunt, utputa Commendatores Balliviæ Confluentiæ necnon Alſatiæ & Burgundiæ. *Limn. lib. 1. Jur. Publ. c. 7. n. 49. Schvved. d. part. ſpec. ſect. 2. c. 6. n. 10.* vel mediati, qui quidem quoad Ordinis regulas Magiſtro parent, ſed in reliquis Principibus, in quorum ditionibus domicilia & poſſeſſiones habent, certis conditionibus ſubſunt, & in Comitiis Provincialibus comparent, quales ſunt Commendatores in Auſtria, Bavaria, Saxonia, Thuringia, Haſſia, teſte *Reinking. de R. S. & Eccleſ. lib. 3. cl. 2. c. 3. n. ult. atq; Limn. l. 6. jur. Publ. c. 2. n. 57. & ſeqq.* Hæc de illis, quos vul-
19 go pro *quaſi Religioſis* habent. *Verè Religioſi* ſunt Monachi & Moniales, ita dicti à ſingulari religione, quam profitentur, quamq; novo & peculiari ſenſu deſcribunt Moraliſtæ atq; Interpretes Pontificii, prout videre licet ex *Laymann. cit. tract. 5. c. 1. n. 1.* de qua tamen quid ſentiant Theologi Evangelicæ religionis ex *Meiſner. Philoſ. ſobr. p. 2. ſect. 1. c. 1. q. 10.* liquet. Vocantur alias Conventuales, quod religionis cauſa in unum conveniant & congregentur, *Gebbard. d. tract. §. Conventuales. 24. n. 317.* item Regulares, à regu-
21 la, cui ſe adſtringunt. Nam pleriq; fere ordines Monachorum quatuor regulas principaliores obſervant, quarum prima *eſt Baſilii*, qui in Græcia non tantum religioſos viros in monaſteria coegit, ſed etiam, teſte *Nazianz.* certam regulam eiſdem præſcripſit, cum antea absque regulis traditis majorum & ſeniorum atque ſuperiorum viva voce & juſſu ducerentur, altera *Auguſtini*, in Africa conſcripta, quam Canonici regulares, Dominicani aliique plures Ordines ſequuntur, uti videre eſt apud *Azpilcuet. Navarr. tom. 2. de regul. n. 18.* Tertia *Benedicti*, quam Benedictini aliique Ordines receperunt, quarta denique *Franciſci*, ſub qua militant Fratres Minores. Excipiuntur tamen nonnulli, qui in Pluribus præfatis quatuor regulis ſe quidem conformant, proprias tamen conſtitutiones ac peculiaria ſtatuta pro regulis habent, quos Ordines recenſet, adeoque quinam religioſi ſub regulis principalioribus vivant, qui vero pecularia ſtatuta pro regulis habeant, in univerſum
23 prolixius enarrat *Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 41. per tot.* Monet tamen *Engel. lib. 1. Coll. jur. Can. tit. 21. in pr.* vocabulum regularium

latius

latius patere, quam religioſorum, cum prius omnes comprehen-
dat, qui ſub aliqua regula etiam laxiori vivunt, poſterius vero
de illis prædicetur, qui votis religionis adſtringuntur. *Confer.
Lancelot. Inſt. jur. Canon. lib. 1. tit. 30.* §. 17. *nec non Ziegler. ad eund.
tit. §. 1. ibid. alleg. Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c.* 41. *n.* 16. Omnes au- 22
tem, quamcunque tandem profiteantur regulam, dividuntur in
Profeſſos, qui vel expreſſe vel tacite ſe certæ regulæ monachali ad-
ſtrinxerunt, & *Novitios*, qui adhuc intra annum probationis con-
ſtituti in monaſteriis vivunt, & ante profeſſionem pro religioſis
cum effectu non habentur, juxta *c. religioſo.* 21. *de ſentent. excom.
in 6.* licet privilegiis fori aliisque gaudeant. *Wagnereck. ad. cap. 7.
X. de immunit. Eccleſ. not. 2.* Conventibus denique tum Monacho- 23
rum tum Monialium, quæ & *aſceteria* vocantur ab ἀσκητήρια, h.
e. domicilio, in quo pietatis exercendæ gratia virgines conveni-
unt, præſunt Archimandritæ & Cœnobiarchæ, quos communiter
Abbates & *Abbatiſſas* dicimus, quorum nomina multiplicatis Mo-
nachorum Ordinibus etiam multiplicata ſunt. Hinc apud Domi-
nicanos vocantur Priores, apud Franciſcanos Gvardiani. *Ziegler.
ad Lancel. lib. 2. Inſtit. jur. Can. tit.* 19. *§. 3.* atque ad hos Præpoſi-
tos Monachorum & Monialium inſpectio & correctio pertinet,
per c. ult. X. de ſtat. Monach. & *tradita Gonzal. Tellez. ad c.* 12. *X.
de major. & obed.* Ipſi vero Epiſcopo diœceſeos, in qua monaſte-
rium ſitum eſt, ſubjecti ſunt, *per d. cap. ult. X. de ſtat. Monach. c.
cum venerabilis. 7. X. de relig. dom. Gonzal. Tellez. ad. c. 8. X. eod. n.
5. atq. ad c. 19. X. de off. jud. ordin. n. 9. Matth. Stephan. de juris-
dict. lib. 3. p. 1. c. 14. n. 98. & ſeq.* niſi Abbates ſint exemti, qui re-
gunt monaſteria in ſpiritualibus immediate Pontifici ſubjecta, *jux-
ta d. c. grave.* 19. *X. de off. jud. ordin. ibid. Gonzal. Tellez. n.* 10. Hinc
Abbatum inſignis prodiit differentia, quod alii ſint à jurisdictio-
ne Epiſcoporum exemti, alii non, quæ tamen aliis adhuc adju-
vatur diviſionibus. Sicut enim Præpoſiti atque Priores, in qui- 24
bus verbis, propter multiplicem eamque à civili dignitate ad ec-
cleſiaſticam translatam ſignificationem, uſus vel maxime atten-
dendus eſt, per tradita *Wagnereck. ad c. 9. X. de V. S. & Gonz. Tel-
lez. ad. c. 1. de ætat. & qualit. n. 3.* alii ſunt Regulares, alii Secu-
lares, alii Collegiati & Cathedrales, qui in illis Eccleſiis proxi-
mum poſt Epiſcopum obtinent locum, alii Conventuales, qui

Digitized by Google

Cœnobio, in quo non eſt Abbas, præſunt, alii deniq; Clauſtrales, qui Abbatem tanquam ſuperiorem agnoſcunt, eoq; nonniſi abſente directionem habent, de quibus omnibus videri poſſunt *Barboſ. de Canon. c. 11. n. 1. & ſeqq. Wagnereck. cit. loc. atque Ziegler. d. tit. 19. §. 3.*

25 Ita quoque Abbates alii ſunt ſeculares, alii regulares, *ut ex c. ex transmiſſ. ejusque Gloſſ.* X. *de renunc.* docet *Barboſ. lib.* 1. *Jur. Ecclеſ. c. 17. n. 17.* Seculares, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent cum titulo Abbatiæ, *c. cum de beneficio. 5. ubi Gloſſ. de prabend. in 6.* & quandoque juriſdictionem epiſcopalem exercent, quandoque non, quandoq; vero in Cathedralibus Eccleſiis inter cœteras dignitates prærogativam obtinent, licet nulli Canonicorum Collegio præſint, de quibus vid. *Duar. lib. 1. de ſacr. Eccleſ. Miniſt. c. 22. in fin. Gonzal. Tell. ad c. 13.* X. *de Elect. n. 12. Barboſ. cit. c. 17. n. 19. & 20.* ubi inſimul declarat, qui nam dicantur Abbates Commendatarii. Regulares iterum ſunt vel vere tales, vel titulares. Priores dicuntur, qui ſub ſe regulares ſubditos habent, qorum regimini & gubernationi præfecti ſunt, *c. cum ad 6. verſ. Abbas vero.* X. *de ſtat. Monach.* & horum alii iterum ſunt vel in majori digniate, qui territorium habent, in quo juriſdictionem eccleſiaſticam exercent & ſecularem, alii generales, quibus alii adhuc ſunt ſubjecti Abbates, alii denique locales ſive conventuales. *Barboſ. cit. loc. num. 23.* Titulares vocantur, qui ſub ſe Regulares nullos habent, vel quia fortaſſis locum reliquerunt, vel quia monaſterium eſt alio translatum, vel ſeculari Clerico commendatum, de quibus omnibus *vid. Tuſcb. Pract. Concil. lit. A. concl. 3. n. 18. & ſeq. Barboſ. cit. cap. 17. n. 22. & ſeq.*

26 Etſi vero ab initio non niſi unum Monachorum fuerit genus, congruentem nomini ſuo vitam, id eſt, ſolitariam agens, quod, licet ſtatis horis in unum locum convenerit, domunculas ſparſim per montes & ſaltus extructas inhabitavit, unde quoque nomine inſignitum eſt Eremitarum & Anachoretarum, teſte *Franciſc. Duar. lib. 1. de ſacr. Ecleſ. miniſt. c. 21.* Progreſſu tamen temporis, poſtquam conducibilibus atque decentius viſum fuit, Monachos in communibus vivere ædibus & locis, quæ à communione vitæ Cœnobia dicta ſunt, in *Synoditas* ſeu Cœnobitas, quibus unum dormitorium & refectorium fuit, atq; *Eremitas*, qui ſeorſim agunt & antris ſylveſtribus ob majorem religionis curam mancipati ſunt.

vid.

vid. l. addictos. 6. C. de Epiſc. audient. Nov. 5. c. 3. Gonzal. Tell. ad c. 2. ✠ *. de ſtat. Monach. n. 1.* tandemq; in plures & infinitas fermè ſectas; quarum occaſione regularum diverſarum mentionem ex *Barboſa* fecimus, diſtingui cœperunt, ob rationes, quas hanc in rem adducit *Engel. Coll. Jur. Canon. lib. 1. tit. 21. n. 3.* præcipue diſtinctio inter *Monachos* ſimpliciter ita dictos atque *Canonicos* invaluit, *vid. c. 1. cum ſeq. cap. 19. q. 3.* quorum hi poſteriores regulæ dicuntur inſervire laxiori *in cap. quod Dei 5.* ✠ *. de ſtat Monach.* Dicuntur 27
autem Canonici non tam à canone ſive ſpenſione, quæ inter ipſos diſtribuitur, uti quidem nonnulli volunt, quorum derivationi non repugnat *Duaren. cit. lib. 1. c. 18.* quam potius à Canone ſive regula, quam tanquam communem vitæ normam atque inſtitutum obſervare tenentur. Unde quoque canonicè vivere dicuntur à *Gregorio in cap. quoniam. 14. cap. 12. q. 1.* vid. *Barboſ. in tract. de Canon. & dignit. c. 1. in pr. Duar. d. l.* Primis quidem 28
Eccleſiæ ſeculis omnes fere Clericos Canonicos atque Regulares fuiſſe, ex *Concil. Turon.* atque *Mogunt.* deducere conatur *Gonzal. ad cap. 5. de ſtat. Monach. n. 1.* cum Eccleſiarum miniſtri antiquitus certis ſe votis adſtrinxerint, fere non aliter ac Monachi, *Duaren. cit. cap. 18.* poſtmodum tamen non paucos Epiſcoporum, qui ante Epiſcopatum monaſticam vitam profitebantur, Epiſcopos factos eandem profeſſionem continuaſſe, inſtitutis congregationibus & collegiis, teſtis eſt *Gretſer.* apud *Beſold. in Theſ. Pract. verb.* Thum-Herrn / *atque Barboſ. cit. tract. c. 1 in pr.* quæ ratio eſſe videtur, quod & in ipſa Epiſcoporum hiſtoria aliquoties templum, quod nunc primarium appellamus, cum adjunctis domiciliis dictum fuerit Monaſterium, ex quo Germanicum nomen Münſter prodiit, quo multis in locis Eccleſiæ Cathedrales adhuc hodie inſigniuntur. Sane ex inſtituto *Auguſtini,* qui 29
monaſteria intra Eccleſiam conſtituit, Canonicorum origo juxta omnium fere ſententiam fluere videtur, ut ex verbis *Poſſid. in vita Auguſtin.* confirmant *Ziegler. ad Lancel. lib. 1. tit. 26. § 2.* atque *Azor. Inſt. Moral. p. 1. lib. 12. c. 22. q. 2.* ad hujus namque imitationem alii Epiſcopi Clericos ſelegerunt, ut quaſi monaſticam vitam ducentes Eccleſiæ adeſſent, precibusque publicis inſervirent, communi verò refectorio, dormitorio & bonis ad ſuſtentationem uterentur, ex quibus ſingulis alimenta erogarentur, quæ poſtmodum præ-

bendæ

Digitized by Google

bendæ dictæ ſunt, *vid. c. quia. 8. c. 12. q. 1.* atque poſt allegatos *Barboſ. c. l.* Unde ſic increbuit genus Monachorum Epiſcopalibus ſedibus adjacentium, quod ab obſervato ſingulari vivendi Canone Canonicorum aut regularium nomine deſignari conſuevit. *Ziegler. cit. tit. 26. §. & ex Canonia* atque *Lehmann. lib. 2. Chron. Spir. c. 33.* præprimis poſtquam ſub temporibus ſtirpis Carolinæ nulla fere Epiſcopalis Cathedra conſtituta fuit, niſi adjunctis Canonicorum Collegiis, quæ vivendi quidem inſtituto nihil fere à monaſteriis differebant, *vid. c. neceſſaria. 3. cauſ. 12. q. 1. Lebm. in Chron. Spir. cit. c. 33.* propterea tamen conſtituta ſunt, ut eſſent Conſiſtoria Eccleſiaſtica, nec non miniſterii Eccleſiaſtici atque
30 pietatis ſeminaria. *Conf. Mager. de Advoc. arm. c. 11. n. 31.* Hinc Jenenſes apud *Dunt. de Caſ. Conſc. c. 18. ſect. 4. q. 3.* notanter dicunt: Chriſtliche Käyſer und Potentaten/ Carolus M. die Ottones, Ludovici, Henrici, haben aus Chriſtlichem Eifer die Collegia der Canonicorum in Teutſchland/ da der Chriſtliche Glaube angenommen/ und das Heydenthum ausgeſtöbert worden/ vornemlich um dreyer Urſachen willen geſtifftet/ (1) daß ſie ſeyn ſolten Conſiſtoria Eccleſiaſtica, darinnen gottſelige gelehrte Männer ſaſſen/ welche dem Biſchoff des Orts mit Raht und That könten beyſpringen/ die Chriſtliche Religion fortpflantzen/ und die Kirchen-Diſciplin erhalten. Und weil die Sachſen und benachbarte Völcker/ die da allererſt zum Chriſtenthum bekehret/ wiederum zur heydniſchen Abgötterey ſich wandten/ haben die löblichen Käyſer den Kirchen-Rath geordnet/ und damit ſie mit mehrern Nachdruck ihr Amt verrichten könten/ etlichen Collegiis Canonicorum weltliche Jurisdiction und Botmäßigkeit eingeraumet/ wie ex literis fundationum abzunehmen. (2.) Daß ſie ſeyn ſolten miniſterii Eccleſiaſtici ſeminaria, daraus man zum Predig-Amt tüchtige Perſonen nehmen könnte/ weil dazumal in Teutſchland noch keine Academien/ und in andern Königreichen wenige. Darum ſind viel der Meynung/ daß Canonici den Namen haben à ſcriptura Canonica, welche ſie zu gewiſſen Stunden haben pflegen zu profitiren/ wie heutiges Tages in Academiis geſchicht/ daher auch die Namen Lectoris Scholaſtici, in den Stifften übrig. (3.) Daß ſie ſolten ſeyn pietatis Gymnaſia, weil dieſelbe/ die den Biſchoff mit Rath und That beyſpringen/ oder künfftig im Predig-Amt ſolten gebraucht werden/ ſich müſten eines heiligen Lebens befleißigen/ als haben ſie gewiſſe Canones und Reguln

in

Digitized by Google

in den Collegiis vorgeſchrieben / nach welchen ſie in Lehren und Lernen / in Leſen und Singen / in Leben und Wandel ſich reguliren und halten ſollen; (darum viel meinen / daß ſie Canonici heiſſen) haben hiezu gewiſſe Lecturen gehabt / die Pſalmen Davids und andere Lob-Geſänge zu gewiſſen Stunden geſungen / daher nomen Cantoris & horarum Canonicarum. Damit ſie nun in allen dieſen Wercken des Studirens in der Schrifft / und Ubung des Gottesdienſt unverhindert ſeyn möchten / haben ſie ihre ſtattliche jährliche Intraden gehabt / welche mit der Zeit durch Teſtamenten der Sterbenden / durch Schenckung der Lebendigen / und der Canonicorum fleißige Haushaltung / trefflich geſtiegen und vermehret. *Conf. Dedekenn. Conſil. Theol. vol. 1. de Miniſt. Eccleſ. memb. 4. ſect. 2. n. 14.* Poſtquam vero ſequioribus temporibus do- 31 cendi iſta provincia non Canonicis amplius ipſis ſed extraneis, mercede conſtituta, impoſita fuit, ut patet ex *tot. tit.* ✕ *de Magiſtr.* atque Canonici diſciplinæ & regulæ, cui hactenus paruerunt, pertæſi ad liberiorem vitam & diſciplinam, perinde ut Epiſcopi ad juriſdictionem ſecularem, adſpirare, ſicque diſſolutius vivere atque non amplius regularium ſed Canonicorum potius ſecularium nomine appellari cœperunt. *Ziegl. cit. loc.* prodiit novus Canonicorum regularium ſcil. Ordo, *Burgold. in Not. Imp. p. 2. diſc. 9. membr. 5. Duar. lib. 1. de Sacr. Eccleſ. Min. c. 18. atq; Azor. cit. c. 22. q. 2.* ut adeò hodienum ſuperſint Canonici duplicis differentiæ, *Regularium* ſcil. & *Secularium*: *Regulares* dicuntur qui regulam præſcriptam ſervantes monaſticam adhuc vitam in clauſtris ducunt, atque ob id, quod duplici obligatione vitæ Canonicali adſtricti ſint, vivendi ſcil. ex communi Eccleſiæ patrimonio & habendi ſeparata bona, non abs re vocantur regulares. *Barboſ. d. c. 1. n. 6.* atque *Gonzal. Tellez. ad c. 10.* ✕ *de prabend. & dignit. n. 1.* ubi hanc denominationem ab impugnationibus defendit. Eorum iterum duas claſſes conſtituit *Barboſ. d. c. 1. n. 25.* *unam* ſub clauſtro & obedientia ad inſtar religioſorum viventium, abſque ullo adminiſtrandi jure, quos ordine recenſet *d. l. n. 25. & mult. ſeq. alteram* illorum, qui in Eccleſia Cathedrali regulari ſeu alia non Cathedrali Canonici regulares ſunt, obtinentes ſuas portiones canonicatuum, & jus adminiſtrandi ea, quæ victui deſtinata ſunt. *Barboſ. cit. cap. n. 9.* Seculares vero ſunt, qui votis Monaſticis ſoluti li- 32 bere, nec ullo religioſorum inſtituto adſtricti vivunt *Azor. p. 1.*

Inſtit. Moral. lib. 12. c. 22. q. 2. ſed extra regulæ præſcriptum Jus habent canoniæ vel præbendæ in Cathedrali vel Collegiata Eccleſia, *c. dilectus. 19.* ✠. *de præb.* Conf. *Ziegler. cit. tit. 26.* §. 2. Atque hi, qui etiam bona à communi Eccleſiæ patrimonio ſeparata poſſidere queunt, quod regularibus interdictum eſt *Martin. Azpilcuet. Navarr. Comment. 1. de regular. n. 4.* ſimpliciter Canonicorum nomine denotantur, *Duaren. d. loc.* hodieque dum miniſteria eccleſiaſtica, presbyterialia, diaconalia, ſubdiaconalia, per vicarios aut diaconos ſuos exercent, ſola ſeſſione & capitulo in choro cum perceptione præbendarum ſunt contenti. *Marc. Anton. de Domin. lib. 2. de Republ. Eccleſ. c. 9.* atque cum *Caſſandr. in Conſult. de Canon. Dedekenn. vol. 1. Conſil. Theol. in append. ad loc. de Miniſter. ſect. 2. n. 3.* hinc proprius Canonici character ex ſententia Canoniſtarum in his duobus conſiſtit, ut habeat ſtallum in choro & vocem in capitulo. *Dn. Ziegler.*
33 *de Diacon. c. 4. n. ult.* Gravis quidem tam inter antiquos, quam neotericos eſt controverſia: an ſatisfaciant Canonici ſuo officio, ſi tantum horis conſuetis divinis officiis interſint, & per Capellanos ſeu alios Clericos officia ſua peragant? Negativam ſane ſvadent autoritates Conciliorum, nec non inſtitutiones atq; fundationes Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum; Contrarium tamen ſtatuta & conſvetudines multarum Eccleſiarum receperunt, ſecundum quæ ſufficit, ut Canonici tantum choro interſint, atq; procurent, ut Capellani aut Cantores canant, pſallant & reliqua exequantur munera. Vid. cum *alleg. Gonz. Tell. ad c. 7.* ✠. *de Cler. non re-*
34 *ſid. n. 5.* ubi hanc quæſtionem prolixius evolvit. Horum Canonicorum quidam ab Eccleſiis abeſſe poſſunt, quidam non, qui propterea, quod perpetuo reſidere cogantur, *Aſſiſii* dicuntur in *c. cum ad hoc 16.* ✠. *de Cler. non reſid.* it. *Manſionarii*, quos tamen Canonicis inferiores eſſe, ab iisque regulariter in ſtallo & choro nec non voce in capitulo differre, cenſet *Gonzal. ad d. c. 16. n. 1.* Præterea ſunt quidam, qui non habent beneficium, officium tamen in templis exhibent, atque propterea *Honorarii* appellantur, vel quoad effectum *Canonici in herbis. Dd. in c. dilectus* ✠. *de præbend. Joach. Stephan. lib. 1.*
35 *Inſt. c. 8. n. 32.* Cæterum vel à dignitate vel ab officio, quod in divinis miniſteriis obeunt, varias ſortiuntur denominationes. Quidam enim dicuntur *Archidiaconi*, qui ſunt perpetui Epiſcopi vicarii, nati ſcil. ut ex ſubſequentibus patebit. Alii *Priores*, quamvis enim

enim Priores ſint in multiplici differentia, teſte *Barboſ. de Canon. c. 11. n. 1. & ſeq.* in Collegiatis tamen Eccleſiis dicuntur illi, qui toti præſunt Canonicorum collegio, ut colligitur ex inſcriptione *c. ult.* ✠. *de major. & obed.* aliàsque appellantur *Præpoſiti*, per quos itidem hic intelliguntur illi, qui in multis Germaniæ aliorumque locorum Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis præcipuam gerunt dignitatem cum animarum cura, jurisdictione & jure convocandi collegium, ſicque in Archidiaconorum vices illis in locis ſurrogati eſſe creduntur. *Petr. Greg. Tholoſan. Syntagm. lib. 15. c. 18. n. ult. Azor. p. 2. Inſt. Moral. lib. 3. c. 18. q. 1. Barboſ. d. tract. c. 9. n. 19. ibiq; plures allegati.* Hos excipiunt *Decani* Eccleſiæ Cathedralis, per quos Ar- 36
chipresbyteri civitatenſes deſignantur, teſte *Wagnerek. ad c. 3.* ✠. *de Off. Archipresbyt.* qui, licet jure communi ſubſint Archidiacono, in multis tamen locis vices Archidiaconi, qui primus eſt in Cathedralibus, gerunt, atque jurisdictionem in Capitulum ſive Canonicos Eccleſiæ habent, *Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 16. n. 3.* quam conſuetudinem etiam in variis Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis obtinere dicit *Wagnereck. d. l.* ut Decanus non ſolum habeat jurisdictionem in Canonicos, ſed etiam in omnes Eccleſiæ clericos. Rectè proinde tradit *Duar. de Sacr. Eccleſ. Miniſt. lib. 1. c. 18.* Præfectos Collegii Canonicorum quandoque vocari Præpoſitos, quandoque Decanos, ſecundum cujusque loci conſvetudinem. Hos 37
poſtmodum ſubſequuntur (1) *Primicerii & Cantores*, qui Diaconis aliisque Cantoribus in Eccleſiis ad cantum in choro deſtinatis inſtruendis ac docendis præficiuntur. *Vallenſ. ad tit.* ✠. *de Offic. Primic. n. 2.* idem namque ſunt, teſte *Hoſt. in Summ. de Primic. atq; Barboſ. de Canon. c. 9. n. 12.* Dicuntur autem Primicerii, (vel à primatu, vel etiam à cera ſeu ceratis tabulis, in quibus primi ſcribebantur, teſte *Barboſ. cit. tr. c. 9. n. 4. & 5. atq; Strauch. Amæn. jur. Can. Eccl. 8. c. 7.* ita nominati) in genere omnes, qui ſunt primi in officio & anteſignani in qualibet arte. *Alciat. ad rubr. C. de primic. Azor. p. 2. Inſt. Mor. lib. 3. c. 16. q. 1.* in ſpecie vero hi, qui ſunt primi ratione cantus ac cæteros docent, quid ſit canendum in choro. *c. perlectis, 1. diſt. 25. Azor. cit. c. 16. q. 1. & 2.* (2) *Sacriſtæ*, quibus ſacrorum vaſorum ac theſauri Eccleſiaſtici cura incumbit, unde etiã Theſaurarii vocantur, *d. c. 1. diſt. 25. Vallenſ. ad tit.* ✠. *de Off. Sacriſt.* (3) *Cuſtodes*, qui ſunt quaſi

 mini-

Digitized by Google

miniſtri Sacriſtæ, juxt. *Gloſſ. & Panormit. ad rubr. tit.* ✠. *de Off. Cuſt. Petr. Gregor. Tholoſ. Syntagm. lib. 15. c. 39. n. 7.* atq; ſigna dant ad horas canonicas recitandas, nec non utenſilia Eccleſiæ cuſtodiunt. *Azor. d. c. 16. q. 7. Engel. Colleg. Jur. Canon. lib. 1. tit. 36. & ſeq.* In Germaniæ tamen Eccleſiis omnem theſauri Eccleſiaſtici, ornamentorum atque utenſilium curam ad Cuſtodis officium pertinere, eumque propterea Theſaurarium quoque vocari; teſtis *Wagnereck. ad c. ult.* ✠. *de Off. Cuſt.* ita tamen, ut attendantur Ec-
38 cleſiarum conſvetudines. Eorundem officia latius explicat *Barboſ. de Canon. & dignit. c. 5. & ſeq.* ubi in ſimul demonſtrat, quod Theſaurarii aliive quondam nullam dignitatem aut beneficium, ſed tantum officium eccleſiaſticum habuerint, conſvetudine tamen ac omnium fere Eccleſiarum Cathedralium ſtatutis hactenus
39 inter dignitates relati ſint. Quandoque etiam (4) *Scholaſticus* conſtitui conſvevit, qui in *c. 1.* ✠ *de Magiſtr.* appellatur *Magiſter.* Fuerunt enim Eccleſiis antiquitus, ut ex antea dictis apparet, Canonicorum collegia inſtar ſcholarum adjuncta, ut juventus erudiretur in pietate, bonis literis & moribus. *Add. Duaren. lib. 1. c. 15.* Huic ergo rei Scholaſticæ præfectus fuit Scholaſticus, qui non modo literas ſacras, ſed etiam liberales diſciplinas & grammaticam doceret. *Barboſ. d. tract. c. 10. & Duar. c. l.* Quamvis autem recentioribus decretalibus ſtatutum reperiatur, ut non ſolum in Cathedralibus ſed etiam in aliis Eccleſiis magiſtri ac doctores artium liberalium juventutis erudiendæ gratia ab Epiſcopo & Collegio conſtituantur, juxta *cit. c. quoniam 1. & c. quia 4.* ✠ *de Magiſtr.* nihilominus tamen hæc antiqua Scholaſtici ratio conſvetudine ita continuata eſt, ut hodienum Scholaſticum ſive Scholarchum, uti eum nominat *Barboſ. atq; Duar.* ab Epiſcopo conſtitui videamus, qui magiſtros ſeligat atq; ſcholarum curam gerat. quod officium ex particularibus Eccleſiarum ſtatutis eſt de principalioribus dignitatibus Cathedralium Eccleſiarum *Barboſ. d. c. 10. n. 1.* & adhuc in multis Eccleſiis viget, teſte *Gonzal. Tellez. ad c. fin. ut lit. pend. n. 2.* atque *Engel. in Coll. jur. Canon. d. lib. 1. tit. 38. in fin.* in illis vero Eccleſiis, ubi Academiæ extant & florent ſtudia generalia, ſublato Scholaſtici nomine, appellatur hic Magiſter ut plurimum *Cancellarius*, ut in Eccleſia Tholoſana, Pariſienſi, Salmanticenſi. *Gonz. Tell. d. l. Add. c. un.* ✠ *ut Eccleſ. benef. ſin. dimin. atq; Joach. Steph. Inſtit. jur. Canon. lib. 1. c. 8. n. 26.*

His

Digitized by Google

His alii adhuc addunt (5) *Apocryſiarios* ſeu Reſponſores, qui in judiciis pro Epiſcopo vel Eccleſia reſpondent, juxta *N. 6. & 79.* nihilque aliud ſunt, quam ſyndici vel actores Eccleſiarum. *Stephan. d. c. 8. n. 29.* à quibus tamen differunt Apocryſiarii, à Patriarchis ad aulam Conſtantinopolitanam miſſi, ut eſſent Eccleſiarum perpetui procuratores, de quibus *Dn. Ziegl. de Diac. c. 13. n. 91.* Denique etiam in Eccleſiis nonnullis Germaniæ invenitur (6) *Cellarius*, qui vi nominis præeſt reditibus vini, illudq; aliis diſtribuit. *Wagnereck. ad cap. un. ✠. de Off. Primic.* Omnes autem hi 41
Canonici, qui præpoſitum ſequuntur, ſive Decani, Cantores, Cuſtodes, Scholaſtici, Cellarii, ſive quicunque alii fuerint, in his enim conſvetudo cujusque Eccleſiæ attendi debet, *Wagnereck. d. l. in fin.* conſtituunt Collegium ſive corpus cum ipſo Epiſcopo, quod olim dicebatur Conſilium Epiſcopi, *c. antep. c. 12. q. 2.* hodie autem vocatur *Capitulum* à capite, Epiſcopo ſcil. ſub quo regi vel congregari debet ad præbenda conſilia. *c. cum Clerici. 19. ✠. de V. S. Barboſ. cit. tract. c. 1. n. 48.* Eſt vero hoc Capitulum vel Eccleſiæ Cathedralis à cathedra vel ſede Epiſcopali ita dictæ, vel etiam Collegiatæ ſive incathedratæ, h. e. Cathedrali incorporatæ, in qua ſolum collegium Canonicorum ſive Capitulum ſine reſidentia Epiſcopi eſt, de quibus iterum videatur *Gebhard. §. 23. n. 312. & ſeq. atq; Barboſ. d. tract. c. 18. per tot.* in quo late præcedentiam, quæ in Eccleſia, choro & proceſſionibus inter Canonicos Eccleſiarum Cathedralium atque Collegiatarum intercedit, evolvit. Denique ad inſtar horum Canonicorum dantur etiam *Canoniſſa* atque Canonicæ ſeculares. vid. *Clement. 2. de ſtat. Monach.* 42
Hinc in Germania præcipue & Belgio inveniuntur Eccleſiæ Collegiatæ fœminarum nobilium, quæ hoc nomine inſigniuntur, utputa Ratisbonæ in den Ober-und Nieder-Münſter / Lindavii, &c. Hæ communiter quidem vivunt inſtar regularium Canonicorum, & divinum officium recitando aut in choro pſallendo peragunt, nulla tamen vota emittunt, nec ſervant clauſuram, ſed poſſunt ad lubitum contrahere matrimonium. Earum vivendi rationem licet Eccleſia Catholica non approbarit inſtar alicujus ſtatus religioſi, ut *ex d. clem.* apparet, hactenus tamen non improbavit, ſed toleravit. Plura vid. apud *Azor. p. 1. lib. 13. c. 9. q. 5. Petr. Greg. Tholoſ. lib. 15. c. 17. n. 9. Barboſ. d. tract. c. 3. n. ult. atq; Wagnereck.*

 ad

43 *ad cit. clem. 2. circ. fin.* *Seculares* tandem *Clerici*, ut ad ultimum diviſionis progrediamur membrum, ſunt vel in ſacerdotio & ſacris, vel etiam extra ſacerdotium & ſacra conſtituti, ſive, quod eodem recedit, vel in *minoribus* & non ſacris *Ordinibus*, vel in *majoribus* & ſacris. *Vallenſ. ad tit.* ✠ *. de temp. Ordin. §. 2. n. 2. Engel. lib. 1. Coll. Jur. Can. tit. 1. §. 1. num. 3. atque Laymann. lib. 5. Theol. Mor. tract. 9. c. 3. n. 2.* Quamvis enim ab initio Eccleſiæ tres ſolum fuerint Ordines Clericorum, Epiſcoporum ſcil. Presbyterorum & Diaconorum, ſucceſſu tamen temporis quilibet horum in diverſos gradus fuit ſubdiviſus, & alii quoque minores ſc. Ordines adjecti ſunt, qui referuntur in *c. 1. diſt. 21. & c. 1. diſt. 25. Schilt. Inſt. Jur. Can. lib. 1. tit. 7. §. 4.* Vocantur autem minores Ordines non ſacri, vel quod non ita proxime ad Evchariſtiæ accedant miniſterium, vel quod votum caſtitatis annexum non habeant, ut cum illis matrimonium conſiſtere poſſit, ſecundum *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de re-*
44 *form. c. 17.* Atq; in his Ordinibus de Jure Canonico conſtituti reperiuntur (1) *Oſtiarii*, quibus claves templi ſunt commiſſæ, ut Eccleſias cuſtodiant, atque dignos admittant, indignos excludant, *c. cleros. 1. diſt. 21.* atque *Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 38. n. 26. & ſeq.* (2) *Lectores*, ad quorum officium ſpectat, lectione ſacra fidelium animos ad pietatem excitare. *d. c. 1. diſt. 21. & c. 1. diſt. 25. Barboſ. cit. c. 38. n. 23. & ſeq.* (3) *Exorciſtæ*, quorum eſt, ſuper energumenos, ſive obſeſſos, atq; catechumenos, qui à catechetis in elementis doctrinæ Chriſtianæ ante baptiſmum inſtituuntur, quod in adultis omnino neceſſarium eſt, *Stephan. lib. 2. Inſt. J. C. c. 1. n. 31. & ſeq.* invocare atq; baptizandos exorciſmo purgare, *cit. c. 1. diſt. 25. Alciat. lib. 8. Parerg. c. 13. Petr. Greg. Tholoſ. Synt. p. 2. lib. 16. c. 5. n. 1.* (4) *Acoluthi*, quibus incumbit lumina vinum & aquam ad ſacrificium afferre, unde quoque alias ceroferarii, quod quaſi ceram ferant, nominantur. *vid. can. 1. diſt. 21. & c. 1. diſt. 25.*
45 *Barboſ. d. c. 38. n. 1. & ſeq. Engel. cit. lib. 1. tit. 21. n. 6.* (5) In *cit. c. 1. diſt. 21.* adjiciuntur Pſalmiſtæ ſive *Cantores*, quorum iterum alii fuerunt Præcentores, alii Succentores ſive Concentores. Verum horum non tam ordinem, quam potius officium eccleſiaſticum eſſe, quod non per conſecrationem, ſed per meram deputationem ſive conceſſionem facultatis, quæ iterum auferri poteſt, defertur, teſtis eſt *Laymann. cit. c. 3. n. 1.* Denique (6) Canoniſtæ minoribus Ordinibus accen-

accenſent primam tonſuram, *arg. c. cum contingat.* 11. ✕. *de ætat. & qualit. præfic.* Sed cum prima tonſura non conferat per ſe ſpeciale miniſterium, ſed ſit initium potius atq; habilitatio ad ordines, per quam adoptatur perſona in Clerum ſine ullius functionis aut miniſterii poteſtate, minus proprie quoq; Ordinem vocari aſſerit *Laymann. cit. c. 3. n. 3.* cui ſuffragatur *Engel. d. l.* *Ordines majores* ſive ſacri ſunt, quibus votum continentiæ ex inſtitutione eccleſiaſtica annexum eſt, per quod ordinati ita Deo & Eccleſiæ conſecrantur, ut matrimonium & ſtatum laicalem in perpetuum evitare teneantur. *Laym. cit. loc. n. 2.* cujus rei ratio vel inde dependet, quod verſentur proxime circa materiam conſecratam ſive res ſacras *Vallenſ. ad tit.* ✕. *de tempor. ordin. §. 2. n. 2.* Atq; hujus Ordinis eſſe dicuntur (1) *Subdiaconi* (2) *Diaconi* (3) *Presbyteri &* (4) *Epiſcopi*. 46

Diaconi ab incunabilis Eccleſiæ ad hoc potiſſimum inſtituti ſunt, ut inſerviant adminiſtrationi oblationum & cæterarum rerum Eccleſiaſticarum, unde munus eorum in eo eo conſiſtit, ut Epiſcopis aut Presbyteris ſacra celebrandibus miniſteria præſtent. *c. 23. diſt.* 93. non vero Sacramenta adminiſtrent, niſi in caſu neceſſitatis. *c.* 19. *de Conſecrat. diſt. 4.* Plura ad ipſorum officium pertinentia proponit *Barboſ. d. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 34. per tot.* 47

Dividuntur (1) in *Subdiaconos*, qui ſeculo tertio ac deinceps ordini Diaconorum addi cœperunt. *c. 1. diſt. 21. in fin.* autore, ut ajunt, Fabiano, Papa. *Ziegler. de Diacon. c.* 18. *atq; Schilter. Inſt. jur. Can. lib. 1. tit. 9.* adhoc, ut in quibusdam illos ſublevarent. *c. perlectis 1. diſt. 25.* vocanturq; alias Hypodiaconi atq; Levithæ. *c. 1. diſt. 21. Ioach. Steph. lib. 1. Inſt. jur. Can. c. 47.* atque *Barboſ. cit. cap. 37.* ubi plura de eorundem officio. (2) *Diaconos* ipſos, de quibus jam dictum. vid. plura ap. *Ziegler. cit. tract.* & (3) *Archidiaconos*, ſive Protodiaconos, quorum nomen, originem & progreſſum cum allegatis latius evolvit *Gonzal. Tellez. ad cap. 1.* ✕. *de Off. Archidiac.* Ab initio quidem ipſis nonniſi inſpectio in reliquos diaconos delata eſt, ut in officio ſuo ſedulo obeundo continerentur. *Concil. Agath. cap. 23. cap. Epiſcoporum. 5. diſt. 74.* poſtmodum tamen ipſorum poteſtas adeo crevit, ut etiam vicarii Epiſcopi facti fuerint. *cap. 1.* ✕. *de Off. Archidiac. Ziegler. de Diacon. cap. 17. Engel. Coll. Jur. Can. lib. 1. tit. 34. n. 1.* quæ ratio, quod Archidiaconi, licet Archipresbyteris quoad Ordinem ſint inferiores, ipſis tamen propter adminiſtrationem 48

præ-

Digitized by Google

49 præferantur. *Ziegler. ad Lancel. lib. 1. tit. 13. in pr. atq; Engel. cit. loc.* Ad inſtar quoque diaconorum in primitiva Eccleſia viduæ quædam ætatis jam profectioris in Eccleſia qualecunque miniſterium ſuſtinentes dictæ ſunt *Diaconiſſæ*, quarum officium, quod non fuit uniusmodi, recenſet *Dn. Ziegler. de Diac. & diacon. c. 19. n. 7. & ſeq.* Cum tamen mulieres iſtæ propter inſignem honorem, in quo habebantur, & multiplex munus conceſſum inſoleſcerent, atque indies majora affectarent, tandem in Conciliis earundem conſortium & odo prorſus aboleri cœpit. *vid. can. 11. Concil. Laodic.* quem refert *Grat. in c. ult. diſt. 32. Barboſ. cit. tract. c. 36. n. 10. Ziegler. d.*
50 *c. 19. n. 35.* *Presbyteri* dicuntur non propter ſenectutem, ſed propter honorem & dignitatem, qua pollent, *c. 1. diſt. 21.* horum officium eſt paſcere Eccleſiam concreditam *Act. 20. v. 28.* h. e. incumbere prædicationi verbi & adminiſtrationi Sacramentorum, *c. quamvis. 4. in fin. diſt. 68. c. 1. diſt. 25.* nec non totius liturgiæ omniumque actuum Eccleſiaſticorum curam gerere, niſi quos ſolis Epiſcopis Eccleſia reſervavit, quales recenſet *Grat. ex Iſidor. cit. c. 1. diſt. 25. v. ad Epiſc.* In monaſteriorum Eccleſiis ob hanc liturgiam quondam conſtituti ſunt Capellani, ex futili ratione, quod populus per monachum non regatur *in cap. X. de Capell. Monachi* quam recte improbat *Ziegler. ad Lanc. lib. 2. tit. 22. in verb. Plebs regi &c.* atque praxis etiam Catholicæ Eccleſiæ rejicit, quæ regularibus curam animarum tum in monaſteriis tum etiam alibi committit. *Add. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regul.* Unde vero deducatur vocabulum Capellæ ac Capellani, demonſtrat *Ziegler. cit. loc.*
51 Dividuntur *Presbyteri* vel ſecundum locorum differentias in *Civitatenſes*, ſive urbanos, & *Diœceſanos*, ſive ruſticanos atque rurales. *c. ſtatuimus. 32. cauſ. 12. q. 2.* vel etiam ſecundum gradus in *Presbyteros* ſimplices, & *Archipresbyteros*, qui iterum ſunt vel *Vrbani*, in civitate quadam de Epiſcopali inſpectione participantes, *c. 1. diſt. 21. c. 1. & pen. X. de Off. Archipresb.* vel *Rurales* ac foranei, qui in parœcia ruſticana in reliquos presbyteros paganos ſive minores titulos, per quos Eccleſiæ, quæ presbyteris ſuis nomen dant, intelliguntur, *c. Epiſcopi. 3. diſt. 80. Beſold. in Theſ. Pract. voc.* Kirchſpiel/ inſpectionem habent, *c. fin. X. de Off. Archipresbyt.* atque propterea etiam vocantur *Plebani*, quod ſub ſe plebem ſeu multas Capellas habeant. *Stephan. Inſt. jur. Can. lib. 1. cap. 8. n. 38. & ſeq.*

nec

nec non Decani, *c. adhac. 7. ✠ de Off. Archidiac.* non quod neceſſario decem præeſſe debeant, ſed quia facta translatione à perfectione denarii numeri Decanus ſolet appellari quivis, qui alicujus ordinis primus eſt. *Petr. Greg. Tholoſ. lib. 15. Syntagm. Jur. Univ. c. 11. n. 13. Barboſ. de Canon. c. 6. n. 8. atq; Wagnereck ad c. 3. ✠ de Off. Archipresbyt.* Illorum tamen jurisdictio dependet ab Epiſcopo ejusq; Vicario generali, ad quem graviora referre debent. *Barboſ. cit. c. 6. n. 27. & ſeq. atq; Wagnereck. ad c. 4. ✠ de Off. Archipresbyt.* *Epiſcopi* tandem ſupremum ordinem inter Clericos 52
obtinent. Utut enim multi Epiſcopatum ſeparatum ordinem à Presbyteratu conſtituere negent, cum ordo Epiſcopalis eſſentialiter includat ordinem Presbyterii, *Vid. Durand. aliiq; Dd. allegati à Laymann. d. c. 3. n. ult.* Alii tamen contrarium ſentiunt, eo quod Epiſcopi habeant ſpeciales functiones, quæ Presbyteris non competunt. *Vid. Canoniſtæ ad c. cum contingit 11. ✠. de ætat. & qual. ordin. atq; Azpilcuet. Navarr. in Manual. c. 22. n. 18. §. quare probabilis.* Unde diſſenſum hunc *Laymann. d. c. 3. n. ult.* adhibita diſtinctione inter Epiſcopatum completè, & incompletè quoad particulares quasdam functiones ſumtum ita conciliat, ut priori modo includat quoque ordinem Pretbyterii, eumque augeat perficiat atque conſummet; poſteriori vero, quoad particulares ſcil. ordinandi & conſecrandi functiones, nec non quoad Hierarchiam, diverſum conſtituat ordinem, juxta quem Epiſcopi majores & ſuperiores Presbyteris exiſtant. Hanc controverſiam tamen ad effectum juris parum conferre, teſtis eſt *Engel. dict. tit. 1. n. 4.* Sunt vero 53
Epiſcopi alii ſolum *titulares*, alii autem *veri*. *Titulares* illi appellantur, qui ab Eccleſiis certis, ad quas à Pontifice Romano conſtituti ſunt, quidem appellantur, eas tamen accedere prohibentur, quod vel ab infidelibus, vel ab aliis occupatæ detineantur. *Vid. clement. in pleriſq; 5. de Elect.* ubi commemerantur incommoda, quæ ex iſtorum proviſionibus proveniunt. Quamvis autem hi Epiſcopi nonnullis ſine cauſa in Eccleſia eſſe dicantur, atque propterea titulis minus honorificis afficiantur, cum aliquando dicantur portatiles ſeu commodatitii, ambulatorii, portativi & mobiles, ut referunt *Petr. Greg. Tholoſ. lib. 15. Syntagm. Jur. Civ. c. 12. n. 44.* atq; *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 6. n. 15.* Dignitatem tamen Epiſcopalem accipiunt, atque hoc reſpectu pro Epiſcopis

M haben-

habentur & honorantur, licet poteſtate & titulo vero careant, eo ipſo, quod ſedes Epiſcopalis atq; fructus beneficii ab aliis occupati ſint. *Dn. Becman. in Not. Dign. ill. diſſert. 15. c. 2. n. 6.* Origo ipſorum refertur, ad *Concilium Antioch. c. 18. in c. ſi quis. 5. diſt. 92. atq; Concil. Conſtant. in Trull. c. 37. vid. Marc. Anton. de Dom. lib. 2.*
54 *c. 7. n. 26.* *Veri*, quia omnia ad officium epiſcopale ſpectantia in propria perſona peragere nequeunt, per Canones iterum ſuos habent coadjutores, qui olim erant *Chor-Epiſcopi*, hodie vero *Vicarii*, & nonnunquam *Coadjutores* in ſpecie ſic dicti. *Chor-Epiſcopi* olim erant quaſi ſuffraganei, inſimulq; Epiſcoporum vicarii, qui extra Eccleſiam Cathedralem vicariam operam & inſpectionem in minores Eccleſias parœciales Epiſcopo præſtabant, ita dicti, quod quaſi ἐν τῇ χώρᾳ in finitimis ſc. pagis ac ruri inſpectionem Paſtorum rureſtrium commiſſam haberent. *Barboſ. l. 1. Jur. Eccleſ. cap. 16. n. 2.* Hos Damaſum Epiſcopum Romanum in ſuo diſtrictu reprobaſſe, teſtis eſt ejusdem *epiſt. 4. vid. c. 5. diſt. 68.* hinc & ipſis ſucceſſiſſe ajunt Decanum ruralem; attamen epiſtolam iſtam ſuppoſitiam eſſe, ex *Blondell.* deducit *Ziegler. ad Lancel. lib. 1. Inſtit. Jur. Can. tit. 17. §. 1. in fin.* licet non neget, temperatam ſæpius fuiſſe & coercitam nimiam Chor-Epiſcoporum poteſtatem. *Add. Marc. Anton. de Dom. de Republ. Eccleſ. lib. 2. c. 9. n. 17. & 18.* Qua prohibitione non obſtante Germaniam eorundem uſum retinuiſſe, tradit *Sichmann. de jur. Epiſc. c. 1. n. 73.* Hinc Archi-Epiſcopatu Colonienſi & Trevirenſi Chor-Epiſcopos adhuc hodie inveniri, teſtis eſt *Gebhard. cit. tract. §. 14. n. 138.* Conj. *Becmann. in Notit. dignit. diſſert. 15. c.*
55 *2. n. ult. atq; Barboſ. cit. c. 16. per tot.* *Vicarii*, qui in Canonibus quoq; *Miſſi Dominici* ac *Miſſi* ſimpliciter dicuntur *in c. 5. c. 35. q. 6. atq; c. ſi quis. 2. X. de regul.* Vid. *Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 15. n. 3. Strauch. Amœnit. jur. Can. ſemeſtr. pr. eclog. 8. c. 19. atq; Wagnereck. ad d. c. not. 4.* (quamvis per Miſſum Dominicum *in d. c. 2. Gonz. Tellez.* legatum potius Principis intelligat) iterum ſunt in multiplici differentia, quidam enim ſunt *nati*, quibus ipſo jure & cum officio Vicariatus quaſi agnaſcitur, quales ſunt Archidiaconi & Archipresbyteri, *Barboſ. de Off. & Poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 54. n. 16.* quidam *dati* & ab Epiſcopo ordinati, quorum iterum nonnulli ſunt *perpetui* Parochialium Eccleſiarum vicarii, alii *temporales*, alii *Vicarii Pontificii*, qui & Viſitatores nominantur, alii denique qui ad

ad omnia, quæ ſunt jurisdictionis, conſtituuntur, atque etiam *Officiales* vocantur. Inter Vicarium enim & Officialem nullam niſi nominis verſari differentiam, cum *Menoch. Conſil.* 51. *n.* 38. aliisq; allegatis tradunt *Barboſ. lib.* 1. *Jur. Eccleſ. c.* 15. *n.* 12. atq; *Gonzal. Tellez. ad c.* 2. ✠. *de Vicar. n.* 4. quamvis hodie alium à Vicario eſſe dicat Officialem *Anton. Dadin. Alteſerr. lib.* 2. *diſſ. jur. Can. c.* 1. Atq; hi poſteriores *Vicarii* itidem alii ſunt *generales*, quos Canones fere κατ' ἐξοχὴν vocant Officiales. *Wagnereck. ad clem.* 2. *de reſcript. Engel. lib.* 1. *tit.* 33. *n.* 2. alii *foranei Generales* appellantur illi, qui generale mandatum habent ad totam Epiſcopi jurisdictionem, ſpecialibus quibusdam exceptis, in ejusdem tribunali exercendam. *Foranei* autem, quos Epiſcopi, amplam diœceſin habentes, in certa ejusdem parte ad jurisdictionem foris, id eſt, extra ſedem Epiſcopalem exercendam conſtituunt. *Barboſ. d. alleg.* 54. *n.* 18. & *ſeq. atq;* Engel. *Coll.* Jur. *Canon. lib.* 1. *tit.* 33. ubi officia & differentiam horum Vicariorum declarat. *Coadjutores* deniq; eos nominare 56
ſolemus, quibus Epiſcopis propter ſenium aliamq; juſtam cauſam in adminiſtratione adjunguntur. *c. un de Cler. agrot. in* 6. *Lancel. lib.* 1. *Inſt.* Jur. *Can. tit.* 16. *ibiq;* Ziegler. *Marc.* Anton. *de Dom. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 61. Cauſas illas recenſet *Barboſ. lib.* 1. *Jur. Eccleſ. c.* 15. *n.* 51. *atq; Alteſerr. diſſert.* Jur. *Can. lib.* 1. *c.* 3. Neq; ſolum Epiſcopis, ſed Metropolitanis & Archi-Epiſcopis Coadjutores dantur, juxta *d. c. un. de Cler. agrot. in* 6. *ibiq; Wagnereck.* Suntq; tum *temporales* & revocabiles, tum *perpetui* & irrevocabiles, quando ſc. morbus & impedimentum exercendi officium eſt perpetuum, tunc enim conſtituuntur Coadjutores ad vitam coadjuti, quod fieri poteſt vel ſine, vel etiam cum futura ſucceſſione. *Alteſerr. d. lib.* 1. *cap.* 6. Quarum 57
poſterior Coadjutoria irregularis quidem & à jure Canonico aliena eſt, introducta ſolum in gratiam & favorem Principum & Magnatum, quorum filii in adoleſcentia dantur Coadjutores Epiſcopis, non aliam ob cauſam, quam ut ipſis aliquando ſuccedant; excuſari tamen ſolet partim ſpe auxilii & commodi, quod Eccleſia à talibus Coadjutoribus perceptura creditur; partim etjam propter *c. petiiſti.* 17. *c.* 7. *q.* 1. *Wagnereck. d. l. not.* 3. modo Coadjutor eligatur conſenſu Superioris ab iis, qui jus eligendi habent. *Ziegl. tit. tit.* 16. quæ ratio quod Coadjutor perpetuus cum futura ſucceſſione ſecundum tradita Dd. non conſtituatur, niſi à Sede Romana.

Digitized by Google

Azpilc. Navarr. de Cler. agrot. conſil. 1. Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 15. n. 51. Id. de Off. & Pot. Epiſc. p. 3. alleg. 118. n. 1. & ſeq. Add. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. c. 7. atq; Wagnereck. d. l. not. 4.
58 Inter ipſos porro Epiſcopos, quorum differentia à Presbyteris, qualem hodie Canoniſtæ conſtituunt, nec ex ſpeciali Chriſti inſtitutione, nec aliunde ex jure divino profecta eſt, ſed uſu tantum & jure humano invaluit. *Ziegler. ad Lancel. lib. 1. tit. 21. §. 3.* nulla quondam extitit differentia; poſtquam vero diverſa in religione exorta ſunt ſtudia, ad ſectarios & hæreticos coercendos, ne ex una diœceſi in aliam confugiendi, in eaque errores ſuos diſſeminandi haberent facultatem, etiam inter Epiſcopos ex inſtituto humano, ad normam fere regiminis ſecularis, gradus certi, ſicq; præter *Epiſcopos* ſimplices ſive diœceſanos, *Metropolitani*, *Archi-Epiſcopi* atq; *Patriarcha* conſtituti ſunt, velut tam ex hiſtoriarum monumentis, quam ex canonibus copioſe demonſtrat *Joach. Steph. de jurisdict. lib. 4. c. 5. Conf. c. 1. v. ordo Epiſcoporum. diſt. 21. Laurent. Obm de jur. Epiſc. th. 13. Gebhard. §. 14. n. 119. & ſeq. Duar. de Sacr. Eccleſ. miniſter. lib. 1. c. 9. atq; Marc. Anton. de Dom. lib. 3. c. 2. per tot.* Eccleſia namq; ferme ad modum imperii gubernata fuit, teſtantibus *Dn. Becm. Not. Dign. diſſert. 14. c. 2. n. 2. atq; Dn. Schilter. Inſt. jur. Can. lib. 1. tit. 3.* §. 10.
59 Inter hunc autem quadripartitum Epiſcopalem ordinem, non niſi ratione graduum & jurisdictionis differentem, communiter ſequens intervenire cenſetur diſcrimen, quod *Epiſcopi uni* præſint *Civitati*, atq; ejusdem diœceſi, *Metropolitani uni Provinciæ*, quæ ſub ſe multas complectitur diœceſes atq; Epiſcopos, *Archi-Epiſcopi pluribus* plerumq; *Provinciis* earumq; Metropolitanis, *Patriarchæ* denique qui primum poſt Pontificem obtinent locum, *integræ Nationi*, ejusq; Epiſcopis & Archi-Epiſcopis. *Vid. M. Anton. Cucch. Inſt. lib. 1. tit. 3. verſ. & hi Lancel. lib. 1. Inſtit.* Jur. *Can. tit. 5. §. 1. ibiq; Ziegler. aliive. Caniſ. in Summ. jur. Canon. lib. 1. tit. 5. §. 3. Gebhard. d. §. 14. n. 121. & ſeq. præcipuè n. 134. Matth. Steph. de* Jurisdict. *lib. 3. p. 1. c. 7. & 8. Laurent. Obm. cit. th. 13.*
60 Verum ſicut in Germania aliisque regionibus integris fere provinciis aut earundem majoribus partibus præſunt, ac diſciplinæ Eccleſiaſticæ curam gerunt Epiſcopi. *Matth. Stephan. d. c. 8. n. 6. Gebhard. cit. §. 13. n. 134.* Ita porro inter Metropolitanos & Archi-Epiſcopos frequentior opinio nullam admittit differentiam, de qua poſt *Bart. Panormit. Gomez. aliosque*

eosque vid. Petr. Greg. Tholoſ. lib. 15. Synt. c. 11. n. 2. Azor. p. 2. Inſt. Moral. l. 3. c. 33. q. 4. atq; Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 7. n. 4. Quamvis enim Imper. Juſtinianus Metropolitanum ab Archi-Epiſcopo provinciæ, tanquam minorem à majori diſtinguat *in l. 46. §. 6. C. de Epiſc. & Cler. atq; Nov. 137. c. 5.* cui ſuffragari videtur *Iſidorus in d. c. Cleros. 1. diſt. 21.* ut adeo realem inter eos multi admittant differentiam, quos ſequitur *Matth. Stephan. cit. cap. 7. n. 5. & ſeq.* Quia tamen interpretes hic non tam Juris Civilis, quam Canonici ſeqvuntur diſpoſitionem, atque *d. c. 1. ex c. referente. 7. X. de prabend.* declarant, Archi-Epiſcopos quoque atque Metropolitanos pro iisdem habent, præcipue cum Archi-Epiſcopi ſæpius quoque Metropolitanorum functiones obeant, atq; Archi-Epiſcopi vocentur, quod quaſi ſint Principes Epiſcoporum; Metropolitani vero à menſura ſive multitudine civitatum, ſive diœceſium epiſcopalium ſuæ provinciæ. Vid. *Engel. lib. 1. Coll. jur. Can. tit. 28. n. 25. Barboſ. de Off. & Poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 6. n. 12. Andler. in jurisprud. lib. 1. tit. 5. p. 1. n. 29. Mareſ. ad Cucch. cit. tit. 3. v. & bi. Becmann. in Not. Dignit. diſſert. 15. c. 1. §. 3. atq; Laymann. lib. 1. Theol. Moral. tract. 4. c. 7. n. 7.* qui Metropolitanos, poſtquam à Sede Apoſtolica pallium impetrarunt, Archi-Epiſcopos vocari dicit; Sed tamen fieri poſſe, ut Archi-Epiſcopus quis ſit, non vero Metropolitanus, teſtantur *Barboſ. jur. Eccleſ. d. c. 7. n. 7. atq; Engel. cit. tit. 28. n. 25.* quando ſcil. nullum ſub ſe Epiſcopum ſuffraganeum habet, ſicque Archi-Epiſcopus potius titularis, quam verus eſt. Vocantur autem hic *Suffraganei* Epiſcopi Archi-Epiſcoporum jurisdictioni ſubjecti. *c. paſtoralis. 11. X. de Off. jud. ord. ibiq; Wagnereck. atque Barboſ. cit. c. 7. n. 14.* alias Suffraganeorum nomine veniunt, etiam Epiſcopi titulares, *teſte Wagnereck. ad c. 2. X. de Cler. peregr. not. 3.* nec non Coadjutores, qui in Epiſcopali ordine conſtituti ad pontificalia exercenda aſſumuntur, quos alio nomine Mediatores vocant. *Barboſ. cit. lib. 1. c. 15. n. 7. atq; Wagnereck. ad c. 37. X. de prabend.* atq; ad hos poſteriores ſuffraganeos pertinent illa collectanea, quæ *Barboſ. Apoſtol. dec. c. 286.* propoſuit. Officium *Archi-Epiſcoporum* prolixius evolvunt *Barboſ. d. tract. cap. 7. per tot. atq; Engel. lib. 1. Coll. jur. Can. tit. 28. n. 26.* ſuntq; vel *ſimpliciter tales*, vel etiam *Primates*, quæ denominatio nonniſi potentioribus quibusdam Archi-Epiſcopis, qui majores Metropoles regunt atq;

61 and 62 (margin):

inter Archi-Epiſcopos primum locum obtinent, tribuitur; in noſtra vero Germania, Archi-Epiſcopatu Magdeburgenſi ad ſtatum ſecularem reducto, fere ad Epiſcopum Salisburgenſem com-
63 migravit. *Engel. d. l. n. 23. atq; Becman. cit. diſſ. & c. §. 6.* Quod denique *Patriarchas* concernit, per illos hic non intelligimus primos patrum, quos Ebræi primores familiarum appellârunt, quorſum pertinent text. *Act. 7. verſ. 8. & Ebr. 7. verſ. 4. Becmann. Notit. dign. diſſert. 14. c. 2. §. 1.* nec alios Judæorum Patriarchas, quos etiam poſt urbem everſam habuerunt, de quibus poſt alleg. videri poſſunt *Iacob. Gothofred. in l. 1. & 2. C. Theod. de Jud. atque Gonz. Tell. ad c. 23. X. de privil. n. 7.* ſed Primates Epiſcoporum, quorum nomen, cum Patriarchas hæretici conſtituerint, ſerius inter Eccleſiaſticas dignitates receptum eſſe, ex *Hieron.* aliisq; Scriptoribus deducit *David. Blondell. in Pſeudo Iſidor.* propterea laudatus à *Dn. Ziegler. ad Lancel. lib. 1. tit. 5. 1. verb. ſive pri-*
64 *mates in fin.* Sunt autem ex mente Canoniſtarum hodie *Patriarchæ* alii *minores*, alii verò propriè tales ſive *majores*. *Minores* dicuntur, qui inter Latinos vel Romani Pontificis indulgentia vel inveterata conſuetudine patriarchale nomen ſibi vindicant, quales ſunt Patriarcha Venetus, Æthiopiæ, Indiarum, aliique de quibus *Gloſſ. ad verb. Archi-Epiſcopis. in d. c. Cleros, 1. diſt. 21. Specul. tit. de diſpenſ. §. ſunt quoq; n. 2. Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 6. n. 40. & ſeq. Duar. lib. 1. de Sacr. Eccleſ. miniſt. c. 9. atq; Engel. cit. tit. 28. n. 22.* atque hi Patriarchæ nonniſi impropriè Patriarchæ; Primates verò propriè appellantur, *Barboſ. de appell. verb. jur. appell. 189. ſub fin.* ad eosque referuntur Primates Germaniæ. *Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 6. n. 49. Gebhard. §. 14. n. 123.* Et hoc reſpectu verum eſt, quod Patriarhis à nonnullis accenſeantur Primates *Duar. d. c. 9.* & quod inter Patriarchas & Primates non realis, ſed vocalis tantummodo admittatur differentia à *Specul. tit. de diſpenſ. §. ſunt quoq; Lancel. lib. 1. Inſt. jur. Can. tit. 5. §. 1. Chaſſan. in Catal. glor. mund. p. 4. conſ. 9. in*
65 *pr.* aliisque quos laudat *Gaſtel. de Stat. publ. Eur. c. 11. n. 4.* Quia tamen ſtrictè loquendo non omnes Primates ſunt Patriarchæ, nec idem habent officium eandemque autoritatem, ideo hæc æquiparatio non niſi quoad Eccleſias *Occidentales* procedit; in *Oriente* verò magna intercedit differentia, & Patriarchæ non niſi *majores* dicuntur, qui ſub ſe etiam Archi-Epiſcopos habent, cæterosque

Præ-

Prælatos omnes non ſolum dignitate, verum etiam poteſtate & jurisdictione antecellunt, ut demonſtrat *Gonzal. Tellez. ad d. cap. 23. ✠. de privil. num. ult. circ. fin.* Conf. *Barboſ. d. cap. 6. n. 22.* Atque de his majoribus atque principalibus Patriarchis intelligenda ſunt illa, quæ in jure de Patriarchis leguntur, atque à *Barboſ. d. c. 6. n. 25. & ſeqq.* proponuntur. Referuntur autem poſt *Romanam Sedem*, quæ nunquam hoc titulo uſa eſt, ſed majus quid ſemper ſpiravit, atque ſuprematum Eccleſiæ affectavit, *c. quamvis 3. diſt. 21.* quatuor *in c. antiqua. 23. ✠ de privil. Conſtantinopolitanus* ſcil. *Alexandrinus, Antiochenus*, atque *Hieroſolymitanus*, quorum tres poſteriores quidem priores ſunt, Conſtantinopolitanus tamen propter prærogativam ſedis imperatoriæ præfertur. *Engel. cit. tit. 28. n. 22.* Sed cum quatuor iſti Græci Patriarchatus non amplius in poteſtate Chriſtianorum ſint, ideo ſupervacanea videtur ipſorum uberior conſideratio. Quæ vero jurisdictio minoribus atque latinis competat Patriarchis, ex ſpecialibus eorundem privilegiis & conſuetudine ſingulorum locorum petendum eſſe, tradit *Engel. cit. loc. num. 24. ſub fin.* Omnium tandem ſupremus Epiſcopus, qui tanquam ſummum Eccleſiæ univerſæ caput in omnes Eccleſiarum Prælatos ac Principes jurisdictionem ſuam exercet, ex mente Canoniſtarum eſt *Pontifex*, de cujus electione, inauguratione, cultu, reſervatis & ſimilibus legi poſſunt *Sprenger. lib. 2. Inſt. jur. publ. c. 36. per tot. Becman. Not. Dign. differt. 13. c. 2. Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 2. ibique alleg. infiniti alii.* Habet verò Pontifex ſuos *Cardinales* & *Legatos*. Priorum incrementa cum accreſcente Sede Pontificia paria fuerunt. Cum enim acquiſitis Principatibus temporalibus Pontifices ope conſiliariorum ſæpius, quam ante, egerent, adhibiti eam in rem ſunt Cardinales, omiſſis paulatim Conciliis Epiſcopalibus, quibus anteà cura rerum Eccleſiaſticarum commiſſa fuerat: ſicque ipſis Epiſcopis & Archi-Epiſcopis præferri, imò Regibus adæquari cœperunt, cum antehac Cardinalatus non niſi gradus ad Epiſcopatum eſſet. Plura huc facientia videantur apud *Ziegler. ad Lancel. lib. 1. tit. 27. §. 24. atq; Dn. Becmann. Not. Dign. differt. 14. c. 1.* Dividuntur in *Cardinales Epiſcopos, Presbyteros* & *Diaconos*, quorum quodlibet corpus ſuum habet Decanum, conjunctim vero ſacrum Collegium efficit. Conſtituuntur à Pontifice vel proprio motu, vel ad nominationem

66

67

68

Regum,

Regum, ſecundum formam deſcriptam *à Sprenger. d. lib. 2. c. 35.*
Functiones eorundem recenſet *Dn. Becman. cit. diſſert.* 14. *c.* 1. §. 6.
68 *Legati Romanæ Sedis* dicuntur, quibus à Pontifice vel civitates &
provinciæ gubernandæ, vel etiam negotia cum regibus aliisque
tractanda committuntur. Vid. *Ziegler. ad Lancel. lib. 1. tit. 27.* §. 9.
Barboſ. cit. lib. 1. Jur. *Eccleſ. c. 5. n. 1.* Suntque in triplici differentia,
alii *Legati à latere*, alii *miſſi*, quos *Nuncios Apoſtolicos* nominamus,
alii *nati*, *Legati à latere* ſunt, qui ex collegio Cardinalium ſicque
quaſi à latere Pontificis mittuntur vel ad provinciam guberNandam, vel etiam ad negocia cum regibus, principibus ac rebuspubl.
tractanda. *Legati Miſſi*, ſive *Nuncii Apoſtolici* dicuntur antiſtites
non Cardinales, miſſi à Pontifice tanquam legati, & hi iterum ſunt
vel *Nuncii Apoſtolici ſimpliciter* tales, vel *miſſi cum poteſtate Legati à
latere*, inter quos tamen & inter Legatos de latere intercedit illa
differentia, quæ inter Epiſcopum ejusque Vicarium, qui licet generali mandato ſit conſtitutus, non tamen illa, quæ majoris præjudicii ſunt, peragere poteſt. *Vid. Engel. lib. 1. Coll. Jur. Can. tit. 29. n. 7.*
69 *Legati* denique *nati* nominantur, qui ratione Eccleſiarum, quibus præſunt, legati Apoſtolici munus & officium habent, atque
propterea natorum ſortiuntur nomen, quia ſtatim, ut Eccleſiis
præficiuntur præſules, id muneris & officii nanciſcuntur, qualis
nunc eſt in Germania Archi-Epiſcopus Salisburgenſis, utut hoc
titulo etiam Archi-Epiſcopi Magdeburgenſes uſi fuerint; ut ex
Concluſionibus Receſſuum Imperii de anno 1532. 1541. & 1542. liquet, reliquos recenſet *Barboſ. cit. c. 5. n. 20.* Conf. *Gonz. Tell. ad c. 1. X. de*
70 *Off. Leg. ibid. plures allegati.* Atque hæ fere ſunt perſonæ, quæ Hierarchiam Catholicæ Eccleſiæ conſtituunt, earumque officia, quæ
tamen præcipuè quoad Canonicos & Ordines minores hodie multo contractiora habentur, atque ſecundum conſuetudines Eccleſiarum variant. Hinc in officiis Cuſtodis, Sacriſtæ aliorumque
non magnam vim de jure ſtatutis adſcribendam, ſed potius omnia
ad conſuetudinem Eccleſiarum referenda eſſe dicit *Vallenſ. ad tit.*
71 *X. de Off. Cuſtod.* Hoc tamen non negligendum, quod Clericorum
præcipui generali nomine *Prælatorum* denotentur. Vocantur autem *Prælati*, ut latiſſimam *à Pauermeiſt. de Jurisd. lib. 2. c. 10. n. 4. ex
Felin. Dec. Innoc. aliisque Canoniſtis* propoſitam ſignificationem prætereamus, latè & minus propriè illi, qui in Eccleſia ſine juriſdi-
ctione

Digitized by Google

ctione prærogativam & honorificum gradum habent, ut ſunt Plebani, Decani, Archipresbyteri & ſimiles, *juxta c. 1. de ætat. & qualit. præfic.* nec non Clerici curam animarum habentes, ſive rectores Eccleſiarum, *juxta c. tua nos. 4. ✠. de Cler. ægrot. Azor. Inſt. Mor. p. 2. lib. 3. c. 25. Barboſ. de appell. verb. jur. appell. 215. n. 6. atque Ziegler. ad Lancel. lib. 1. tit. 28. §. 1. verb. ut Prælati.* proprie vero illi ſolum, qui ordinariam in Eccleſia jurisdictionem habent, ſive Epiſcopi fuerint, ſive Abbates, aut alii inferiores. *c. romana. 3. §. ab Archidiaconis. de appell. in 6.* Vid. præter *Azor. Barboſ. atq; Ziegl. Wagnereck. ad c. 44. ✠. de elect. Reinking. de R. S. & Eccleſ. lib. 3. claſſ. 2. c. 3. n. 29. & ſeq.* Hinc, cum Prælatorum nomine in hac poſteriori ſignificatione veniant Commendatarii Equitum Sacrorum, 72
Præpoſiti, Abbates, Epiſcopi omnium ordinum aliive, varie dividuntur in regulares ſcil. & ſeculares, minores & majores, mediatos deniq; & immediatos, ſive exemtos, qui nulli Epiſcopo ſubſunt, de quibus diviſionibus paſſim videri poſſunt Canoniſtæ, interque eos *Wagnereck. ad Decretal. Pontif.* In negotiis Imperiali- 73
bus itidem diverſimodè hoc verbum acceptum eſſe videmus. Olim namq; ut conſtat ex Matricula Wormatienſi, Proceres Eccleſiaſtici omnes Epiſcopis dignitate inferiores, directo Imperio parentes, eo nomine appellati ſunt, ſive Principum titulo decorati, hoc eſt, Abbates & Prælati Principes ſint, ſive non, ſive viritim in Comitiis ſententiam dicant, ſive non. Hodie vero Prælatorum Imperii anguſtiori appellatione proprie & regulariter ii tantum comprehenduntur, qui jus ſuffragii ſinguli in ſolidum ac par Principibus non habent, ſed in duo directoria, Svevicum ſcil. & Rhenanum, dividuntur, duoq; tantum vota curiata in Comitiis ferunt, de quibus videri poſſunt *Pauermeiſt. de Jurisd. tit. c. 10. n. 6. & ſeq. Burgold. in Not. Imp. p. 1. diſc. 21. memb. 1. n. 2. Schweder. de Jur. Publ. part. ſpec. ſect. 2. c. 6. n. 10. Hermes de jur. Publ. c. 27. n. 1. & 2.*

In *Proteſtantium Eccleſiis* ex hac profuſa Pontificiorum Hierar- 74
chia, quæ tanquam Politia canonica ad monarchiam Sedis Romanæ excogitata eſt, *Status Monachalis* in totum non reprobatur; licet enim Monachos amplius non habeant, teſte *Dn. Ziegl. ad Lancel. lib. 1. tit. 19. §. 8.* attamen vitam monaſticam, modo certæ concurrant conditiones & vota ſine libera, admittunt. Confer. *Auguſt. Confeſſ. de Vot. Monach.* Quare tempore reformationis, Mo-

nialium vita in meliorem ſtatum reducta, reſidua manſerunt Mo-
nialium in diverſis locis contubernia ſeu monaſteria, in quibus vir-
gines Nobilium aliorumque præſertim pauperiorum, ſub cura
atque inſpectione piæ matronæ, quam Dominam ſeu *Abbatiſſam*
nominant, aluntur, atque in pietate educantur, ita tamen, ut
votum perpetuæ continentiæ atque cœlibatus ceſſet, per quod la-
qveus conſcientiis injicitur, unde exeundi & nubendi facultatem
habent, quod & in primitiva Eccleſia uſitatum fuit. Vid. pluri-
bus *Balduin. de Caſ. Conſc. lib. 4. c. 4. caſ. 8. per tot.* Notiſſima ho-
rum Cœnobiorum, quæ paſſim adhuc habentur, ſunt exempla,
perinde ut Abbatiſſarum etiam illuſtrium atque votum curiatum
in Comitiis habentium, utpote eſt Abbatiſſa Quedlinburgenſis,
quæ regulariter eſt Principiſſa, aut Comitiſſa Hervordenſis atque
Gerningerodenſis, quæ tantum per Legatos in Comitiis compa-
rent, vid. *Sprenger. lib. 3. Inſt. Jur. Publ. c. 27.* atque *Gaſtel. de Stat.
Publ. Eur. c. 28. n. 4.* ubi inſimul, qui eorundem nomine hacte-
nus in Comitiis interfuerint, recenſet. Et ſane è re Eccleſiarum
Proteſtantium eſſet, ſi plura eaq; tum maſculorum tum fœmina-
rum in territoriis Evangelicis ſub tali conditione conſervata aut
75 exſtructa extarent Cœnobia. *Canonicorum* quoque admittuntur
Collegia, in quibus Capitulares licite & bona conſcientia præ-
bendis frui poſſunt, ſi legitimè ad hanc functionem vocati ſint,
atque ſalutem Eccleſiæ proximique ædificationem conſilio, preci-
bus aliisque pietatis officiis promovere ſtudeant, prout pia funda-
torum intentio deſiderat. *Vid. Carpz. lib. 2. defin. Eccleſ. 312. n. 2. Bur-
gold. in Not. Imper. p. 2. diſc. 11. memb. 5.* Nec improbabiles rationes
pro conſervandis Collegiis Canonicorum adducuntur, quas pro-
poſitas legimus apud *Dedekenn. vol. 1. Conſ. Theol. p. 3. in append. ad
76 loc. de miniſt. ſect. 2. n. 3.* Denique etiam nec *Epiſcopos* tum *electos*,
tum *poſtulatos*, quorum nonnulli inter Auguſtanæ Confeſſioni ad-
dictos hactenus claruerunt & adhuc vigent, nec etiam Prælatos
eorumque dignitatem rejiciunt Eccleſiæ Auguſtanæ Confeſſionis,
quæ ratio eſt, quod & in quam plurimis Proteſtantium Provinciis
Landſaſſii atque Status provinciales in *Prælatos, Nobiles latè ſic di-
ctos & Civitates* dividantur, atque nomine Prælatorum non ſolum
Collegia pia atque Eccleſiaſtica, ſed etiam alii Clerici majoris digni-
tatis, qui poteſtate quadam ſeculari gaudent, intelligantur. Quia
vero

Digitized by Google

vero Primatum Pontificis ob prægnantes cauſas reprobant, atque 77
reliquorum Clericorum ſubordinationem pro mero inſtituto humano habent: ideo cœteroquin neceſſariis ſolum ad poteſtatem Clavium & liturgiam peragendam utuntur perſonis atque Miniſtris Eccleſiaſticis, quorum alii ſunt *primarii*, alii verò *ſecundarii*, quos omnes Clericorum nomine venire, teſtis eſt *Carpz. lib. 1. def. Eccleſ. 75. per tot. Poſteriores ſunt*, qui actibus miniſterialibus Eccleſiæ inſerviunt, ut *Cantores, Organici, Cuſtodes ſive Æditui & ſimiles*, qui illa fere peragunt, quæ in Hierarchia Canonica ſunt Clericorum minorum Ordinum. Ad priores vero referuntur *Diaconi*, quos nonnulli etiam Capellanos vocant, cujus tituli abrogationem tamen multis ex cauſis ſvadet *Selneccer. allegatus à Dunt. de Caſ. Conſ. loc. de Miniſt. Eccleſ. ſect. 4. q. 6. Archidiaconi, Presbyteri*, qui nonnunquam etiam *Paſtores Primarii* vocantur, Ober-Pfarrer/ deniqne *Superintendentes*, qui & *Inſpectores, Præpoſiti* atque *Decani*, quandoque etiam, ut in Dania & Svecia, *Epiſcopi* appellantur, ultra quæ vix alia perſonarum Eccleſiaſticarum in Eccleſiis Evangelicis nota vel uſu
recepta ſunt nomina; teſte *Carpz. lib. 1. def. Eccl. 75. per tot.* Inter 78
hos poſteriores omnes nulla, niſi graduum, intercedit differentia, teſte *Hulſem. Calov. atq; Gerhard.* quos hanc in rem laudat *Dn. Stryck. ad Brunnem. Jus Eccleſ. lib. 1. c. 6. memb. 11. §. 1.* Hinc *Ziegler. ad Lancel. lib. 1. tit. 21. §. fin.* bene diſtinguit inter eſſentialia miniſterii Eccleſiaſtici & accidentalia, ut quoad priora Epiſcopi & Superintendentes noſtri nihil habeant præcipui, ſed tantummodo quoad poſteriora, quatenus inſpectionem cœterorum Clericorum & particulam quandam juris Epiſcopalis ſibi commiſ-
ſam habent. Nunc ex hac Clericorum ſubordinatione facile 79
patebit, quibus tum penes *Pontificios*, tum etiam penes *Proteſtantes* Jus Epiſcopale competere poſſit aut debeat. Et quidem penes Pontificios Epiſcoporum nomine hoc loco quam maximè venire, atque præcipuum ſubjectum Juris Epiſcopalis (1) *Pontificem*, utpote Oecumenicum Epiſcopum, conſtituere, citra omne dubium eſt, ſiquidem, tanquam caput, omnes dignitates & Ordines Hierarchiæ Eccleſiaſticæ præcedit. Ordininarius ordinariorum eſt, ut cum quolibet ordinario aut Prælato inferiori concurrentem juriſdictionem habeat, *c. cunctis. 17. & c. per principalem, ult. cauſ. 9. q. 3.* eidemque omnes

N 2 Epi-

Digitized by Google

Epiſcopi ſubjecti ſunt, ut cauſam immediatam Juris Epiſcopalis conſtituat, de quibus omnibus, ut & in univerſum de Pontificis poteſtate & autoritate videri poſſunt *Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 2. n. 69. & ſeq.* nec non *de Off. & pot. Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 1. n. 26. Engel. lib. 1. Coll.*
80 *jur. Can. tit. 28. §. 1. n. 3.* (2) *Cardinales*, quamvis non ſint Epiſcopi, nihilominus tamen Patriarchis, Archi-Epiſcopis & Epiſcopis propter officium dignitatis præferuntur, atque in Eccleſiis, quarum ſunt titulares, aliisque eorum titulis ſubjectis habent jurisdictionem Epiſcopalem, *c. bis qui. 11. X. de major. & obed. Engel. cit. tit. 28. n. 19.* ſicut & ipſorum legationes à latere conſiſtunt in gubernatione provinciarum cum exercitio ſpiritualis & ſecularis poteſtatis. Neque hoc ſolum in Cardinalibus Epiſcopis, ſed in omnibus omnino, ſive ſint Cardinales Presbyteri, ſive Diaconi, procedit. *Laym. Theol. Mor. lib. 1. tract. 4. c. 7. n. 24.* præprimis, quia ſpeciales functiones Epiſcopatuum & Archi-Epiſcopatuum, nec non Canonicatus magno numero tenent. *Dn. Becm. in Not. Dign. differt. 14.*
81 *c. 1. §. 6.* (3) Subjectum juris Epiſcopalis, perinde ut Cardinales, conſtituunt alii *Legati Sedis Apoſtolicæ.* Hi ſiquidem in provincia, ad quam deſtinati ſunt, pro ordinariis judicibus habentur, quibus etiam delegandi poteſtas competit, quinimò aliquando majorem in provincia, quam ipſe Epiſcopus aut Archi-Epiſcopus, habent poteſtatem, ita tamen, ut cauſæ Epiſcoporum graviores, & quæ depoſitionem merentur, Pontifici maneant reſervatæ, *Gloſſ. in c. ſi quis. 2. diſt. 94.* nec Legati extra caſum appellationis aut per biennium à die motæ litis protractæ deciſionis cauſas ſubditorum ſuſcipiant ac de iis cognoſcant. *Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 20. de reform. Laym. cit. tract. 4. c. 7. n. 21.* qua de poteſtate tamen ex literis Apoſtolicis ante omnia dijudicandum. Legato quidem de latere in ſua provincia illa competunt, quæ Epiſcopis in ſua diœceſi. *Sanchez. de Matrim. lib. 8. diſp. 9. n. 25. atq; poſt Cucch. Gonzal. aliosque Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 5. n. 24.* Unde quoque præſente eo Epiſcopus non poteſt uti veſtibus, ſc. Mozzeta, jurisdictionem ordinariam ſignificantibus, teſte *Barboſ. cit. loc. n. 21. atque Gratian. diſcept. for. deciſ. 29. in pr.* Extra provinciam tamen quæ legatis concedantur, ex literis Apoſtolicis, ſine quibus legationem ſubire nequeunt, dependent, per ea, quæ hanc in rem proponit *Barboſ.*
82 *d. c. 5. n. 24.* Nec (4) à ſubjecto Juris Epiſcopalis excludi poſſunt

Patri-

Patriarchæ. Habent enim jurisdictionem ordinariam ſuper omnes Epiſcopos & Metropolitanos provinciarum & regionum eorundem jurisdictioni ſubjectarum, vigore cujus omnes Metropolitanorum atque Suffraganeorum Eccleſias ac diœceſes viſitant, ipſorum negligentiam ſupplent, & appellationes in provinciis ſibi ſubjectis, etiam omiſſo medio, recipiunt, ſalvis ſaltem appellationibus ad Sedem Apoſtolicam interpoſitis, de quibus aliisque *vid. c. antiqua. 23. X. de privil. Barboſ. Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 6. n. 36. & ſeq. ibiq; allegati plures. Sigism. Scacc. de appellat. q. 7. n. 104. atq; Socin. reg. 39. fall. ult.* quæ omnia tamen propter Græcos Patriarchatus Chriſtianorum poteſtati ſubtractos hodie parvam videntur habere utilitatem. Quam verò *Patriarchæ Latini* ſive *minores*, aut *Primates*, habeant poteſtatem, ex ſpecialibus ipſorum privilegiis & conſuetudine locorum dijudicandum eſſe dicit *Engel. lib. 1. Coll. Jur. Can. tit. 28. n. 25.* Aſt quia in effectu Archi-Epiſcoporum atque Metropolitanorum officio funguntur, ad inſtar quoque eorum jure Epiſcopali vel in ſubjectorum Epiſcoporum diſtrictibus, tum quoad ipſos Coëpiſcopos, tum etiam quoad illorum ſubditos, vel etiam in propria Patriarchatus diœceſi gaudent, qua de re præcipuè videri poteſt *Gonzal. Tellez. ad c. 9. X. de Off. jud. ordin. Archi-Epiſcopos* vero ſive *Metropolitanos* (5) juris Epiſcopalis participes eſſe, eorundem poteſtas, quam primò circa ſuos ſubditos in propria diœceſi, deinde circa Epiſcopos ſibi ſubjectos, aliàs Suffraganeos dictos, tandemque circa Suffraganeorum ſubditos exercent, affatim probat. Quoad primum namque aliis Epiſcopis æquiparantur, omniaque jura habent, quæ cæteri Epiſcopi in ſuis diœceſibus exercent; quoad alterum ſunt ordinarii ſuperiores ſuorum Suffraganeorum, ſive Coëpiſcoporum provinciæ, ut iis præcipere, eosdemq; negligentes ad officium compellere, ut colligitur ex *c. ſolicitudinem. 54. X. de appell.* aliaque plura peragere poſſint, de quibus *vid. Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 7. n. 18. & ſeqq. Laymann. d. tract. 4. c. 7. n. 7.* Quod tertium denique illis caſibus, qui vel jure communi ipſis demandantur, vel per appellationem ad eos devolvuntur, atque prolixius recenſentur *à Barboſ. cit. loc. num. 52.* jura ſua Epiſcopalia in ſuffraganeorum ſubditos quidem exercere, extra eos verò nullam jurisdictionem ſibi vindicare poſſunt, ut probant *c. paſtoralis 11. X. de off. jud. ordin. ibiq; Barboſ. c. venerabili-*

(Margin numbers: 83 beside line "litatem. Quam verò…"; 84 beside line "puè videri poteſt…")

 rabili-

rabilibus. 7. de ſent. excom. in 6. atque Gonz. Tellez. ad c. 9. X. de
85 *off. jud. ordin. ibiq; plures laudati.* *Epiſcopos* ipſos quod porro (6)
concernit, nullum ſane moveri poteſt dubium, cum ab iisdem jus
hoc ſuam denominationem receperit, aliasque notisſimum ſit a-
xioma Juris Canonici, quod poteſt Papa in tota Eccleſia, id per-
miſſum eſt etiam Epiſcopo in ſua diœceſi, ſc. facta ſubordinati-
one & dependentia à ſummo Pontifice, exceptis itidem juribus
ſacrorum, nec non cauſis majoribus, quæ ſoli Papæ reſervantur,
ſalvis denique canonibus Eccleſiæ univerſalis, de quibus declara-
tionibus videri poteſt *Laymann. d. c. 7. n. 5. verſ. ex his omnibus.*
86 Aſt hæc non niſi de veris Epiſcopis intelligenda veniunt. Quod
enim (7) *Titulares* concernit, non immerito dubitatur, cum pro-
pria diœceſi deſtituantur, cujus ratione functiones Epiſcopales
exercere posſint. Quare ipſis jus Epiſcopale adſcribi nequit, niſi
ratione Epiſcopalis honoris, aut niſi à ſedibus ſuis expulſi ſubdi-
tos adhuc habeant, atq; diœceſin cum Clero & populo, quam ta-
men propter metum accedere nequeunt. *Barboſ. de Off. & poteſt.*
87 *Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 6. n. 18. & 19.* Quod de Epiſcopis eſt dictum,
etiam ſede vacante (8) ſtatuendum eſt de *Capitulis Eccleſiæ Cathe-
dralis*, quippe quæ unum corpus cum Epiſcopo conſtituunt, eo-
que mortuo in Epiſcopalem jurisdictionem ſuccedunt, per *c. his
quæ. 11. & c. cum olim. 14. X. de major. & obed.* Quamvis enim in
c. 1. & 2. X. ne ſed. vac. al. innov. habeatur, quod Capitulum ſede
vacante nihil innovare, nec ſtatum Eccleſiæ immutare, aut bene-
ficia conferre queat, hæc tamen procedunt ſaltem in iis, quæ Epi-
ſcopo, non tanquam Epiſcopo, ſed ex ſpeciali privilegio compe-
tunt, atque potius ſunt gratiæ, quam juſtitiæ, niſi collatio pari-
ter ad Epiſcopum & Capitulum pertineat, quo caſu etiam ſede
vacante Capitulum collationem habet. *c. un. ne ſed vac. in 6.* In
aliis vero, quæ Epiſcopo ordinario competunt, quæque conten-
tioſæ jurisdictionis ſunt, aut ex neceſſitate aut juſtitia expediun-
tur, Capitulum ſede vacante quoque procedere, atque jurisdi-
ctionem Epiſcopi exercere poteſt, *Vid. Engel. lib. 1. Coll. Jur. Can.
tit. 32. n. 8. & ſeq.* Cum Capitulum cathedralis Eccleſiæ ſede
vacante in univerſum jus Epiſcopale ſuccedat, ejusque actus o-
mnes, niſi expreſſe prohibeatur, peragere posſit. *Vid. Gloſſ. & Dd.
ad d. c. Mart. Azpilc. de temp. ordin. conſil. 44. n. 1. Azor. p. 2. Inſt.*

Mor.

Mor. lib. 3. c. 37. q. 6. Cardin. Tuſch. Practic. Concl. lit. C. concl. 56.
n. 2. Barboſ. lib. 1. Jur. Eccl. c. 32. n. 61. & ſeq. ubi hoc aſſertum per va-
rias extenſiones declarat, atque Laym. de Prælat. Eccleſ. elect. c. 5. q.
49. Jure quoq; Epiſcopali (9) *Abbates* nonnulli *Seculares*, vel et- 88
iam *Regulares*, ſed vel per privilegium vel etiam per præſcriptio-
nem *exemti*, fruuntur. Non exemti quidem propter regimen,
quod in ſuos monachos exercent, ad Epiſcopos ferme accedunt,
atque cæteris Clericis, etiam in dignitatibus conſtitutis, adeoque
ipſis quoque Cathedralium Eccleſiarum Canonicis, ſi ſingulariter
& non collegialiter ſive capitulariter conſiderentur, præferuntur,
Chaſſan. in Catal. Glor. Mund. p. 4. conſid. 32. Mart. Azpilcuet. Navarr.
de Major. & obed. conſil. 4. n. 2. quia tamen cum monachis ſuis etiam
jurisdictioni Epiſcopali, niſi exemtionem probaverint, ſubjecti
ſunt *c. 12. c. 16. q. 1. c. 10. & ſeq. c. 18. q. 2.* atque de nonnullis tan-
tum inſignibus atque officiis Epiſcopalibus participant. *Engel. lib. 1.*
Coll. jur. Can. tit. 24. n. 58. ideo ſecularium ſolum fecimus mentio-
nem, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent cum titulo Abbatiæ & in
Clericos & Laicos ſibi ſubjectos Epiſcopalem exercent jurisdictio-
nem, de quibus *Barboſ. d. lib. 1. c. 17. n. 18. & 19.* nec non regulari-
um, ſed exemtorum, qui majori dignitate & excellentia præ ali-
is inſigniti populum & territorium proprium habent, inquo Epi-
ſcopalem jurisdictionem exercent, ordinariorum loco habentur,
atque propter jus Epiſcopale Epiſcopis æquiparantur, de qui-
bus *vid. Barboſ. cit. c. 17. n. 22. Panormit. ad cap. 1. ✠. de reb. Ec-*
cleſ. alien. ibique Wagnereck. Quod de Abbatibus exemtis eſt di- 89
ctum, etiam (10) ad *Prælatos*, ſoli Pontifici ſubjectos, adeoq; et-
iam ad *Prælatos Imperii immediatos exemtos* extendendum eſt, quia
ad inſtar Epiſcoporum Prælati exemti in ſubditos ſuos habent ju-
risdictionem quaſi Epiſcopalem, unde & ſibi ſubjectarum rerum
Eccleſiaſticarum alienationi autoritatem præſtare poſſunt. Vid.
plura huc facientia apud *Gonzal. Tell. ad cap. ✠. de reb. Ec-*
cleſ. alien. n. 1. & Wagnereck. ad cap. 2. de off. Vic. in 6. not. 2.
Quæ tamen Epiſcopis committuntur tanquam Sedis Apoſtolicæ
delegatis, qualia multa præſertim præjudicialia *in Concil. Trident.*
enarrantur, ad tales Prælatos non extendentur, *c. ad abolendam.*
9. ✠. de hæret. ibid. Panormit. n. 3. 15. & 16. Merito autem exem-
torum mentionem fecimus. Poſſunt enim Epiſcopis in ſpiritua-
libus

libus ſubeſſe Prælati, & tamen in temporalibus, ut alii Principes Epiſcopi & Archiepiſcopi immediatos Imperii conſtituere, ut mo-
90 net *Hermes. Faſc. Jur. Publ. c. 27. n. 3.* Idem (11) dicendum *de Abbatiſſis*, *Prioriſſis aliisq;* Monialium atq; Canonicarum *Præfectis exemtis.* Quamvis enim nonnulli illarum poteſtatem pro oeconomica, ut matrum fam. ſolummodo habeant, nec ipſis ampliorem poteſtatem concedant, quos allegat *Barboſ. ad c. dilecta.* 12. X. *de major. & obed. 3.* attamen contra decretalem Epiſtolam *d. c. 12.* in qua Pontifex Honorius III. Abbati S. Michaelis (non *Abradenſis* dioeceſeos, uti ſe habet inſcriptio *Raymundi*, nec *Abricenſis*, uti ex *Renat. Chopin.* legendum eſſe putat *Gonz. Tell. ad d. c.* ſed *Halberſtadienſis*, quomodo legitur in 5. collectione, quæ in contextu pro *Abbatiſſa* de *Bubrigen* legit *de Quedliburg*, quæ & pro vera & genuina lectione habenda. Eſt namq; famoſiſſimum Virginum Ordinis D. Benedicti monaſterium dioeceſeos Halberſtadienſis, cujus Abbatiſſa adhuc hodie inter Status Imperii numeratur. Vid. *Dn. Strauch. Amœn. Jur. Can. Semeſtr. poſter. Eclog. 9. c. 14.*) mandat, ut Canonicas & Clericos, quos quasve Abbatiſſa Quedlinburgenſis propter culpas ab officio beneficioque ſuſpendit, ad obedientiam & reve-
91 rentiam Abbatiſſæ præſtandam compellat. Unde probant Dd. Abbatiſſam ratione publici muneris & officii, præcipue, ſi juxta nonnullos accedat Pontificis conſenſus, eſſe capaces Jurisdictionis ſpiritualis, etiam Epiſcopalis, ac proinde poſſe beneficia conferre, Clericos inſtituere & deſtituere, & vicarios ad exercendam jurisdictionem iſtam conſtituere. Vid. *Azor. p. 1. lib. 13. c. 10. q. 5. Covarr. in c. alma mater. p. 1. §. 11. n. 2. Mart. Azpilc. conſil. 1. de ſent. excomm. n. 1.* pluresq; alii, quos hanc in rem laudat & ſequitur *Barboſ. d. l.* Ne tamen obſtent illa, quæ fœminas alias à ſpiritualibus functionibus excludunt, diſtinguit *Barboſ. cit. loc.* inter illa, quæ ſunt Ordinis, & quæ ſunt Jurisdictionis, ut priorum quidem fœminæ ſint incapaces, hucque pertinent ea, quæ *Wagnereck. ad cit. c. 12.* proponit, non autem poſteriorum. Hinc non inconveniens eſt hodie Abbatiſſas ad Comitia Imperii vocari, atq; ad votum & ſeſſionem in Comitiis admitti, cum per conſiliarios ac mandatarios hæc
92 negocia peragant. Vid. *Gaſtel. de Stat. Publ. Eur. c. 28. n. 4.* De *Magiſtris Equitum Sacrorum* (12) dubitatur: An & ipſis Jus Epiſcopale adſcribi queat, ut & ad cenſum ſubjecti referri poſſint? *Negativam*

quoad

Digitized by Google

quoad *Ordinem Teutonicum* comprobare videntur *Acta ejusdem Ordinis atq; Reipubl. Noricæ, punctum Religionis concernentia, part. 1. fol.* 21. in verb. Dargegen der Teutſche Orden nirgends keine Jura Epiſcopalia hat / ſondern allenthalben andern Diœceſanis, unter denen des Ordens Güter gelegen / unterworffen iſt / wie denn auch denſelben keine cognitio in Ehe oder andern dergleichen geiſtlichen Sachen von den Diœceſanis eingeraumet wird; hat nun vielermeldter Teutſcher Orden keine Jura Epiſcopalia, ſo iſt er auch weder für ſich ſelbſt / noch ſeiner Angehörigen halber an einen Ort Diœceſanus, inmaſſen plusquam notorie kundbahr / daß der Orden mit allen ſeinen Leuten der geiſtlichen Jurisdiction halber denen Ertz- und Biſchöffen / unter denen des Ordens Häuſer und Güter gelegen unterworffen / ſo will auch ſchließlich folgen / daß demſelben keines Weges gebühre / an denen Orten / die der Augſpürgiſchen Confeſſion zugethan / und vermög des Religions-Friedens Jura Epiſcopalia hergebracht und exercirt haben / etwas neues und ſolche Sachen einzuführen / welche dem Diœceſano, oder dem / der Jura Epiſcopalia hat / allein zuſtändig. Accedit *c. 1. de V. S. in 6.* quod nec Equites Rhodienſes ab Epiſcopis exemtos eſſe dicit. Quia 93
tamen Ordines hi Juris Patronatus *in c. cum ſeculum. 13. X. de Jur. Patron.* Juris decimarum & oblationum, teſte *Wagnereck. ad c. 17. de decim. not. 3.* nec non Juris ſpiritualis capaces ſunt, *Speidel. in Spec. verb.* Commenthur ꝛc. nec etiam ipſis Jus Epiſcopale in locis exemtis denegari poterit, ad inſtar aliorum Prælatorum, modo exemtionem iſtam & acquiſitionem Juris Epiſcopalis legitime probaverint. Sicut & Magiſtri horum Ordinum in perſonas & Equites ſibi ſubjectos regimen ſuum exercent. Magiſter quoq; aliiq; Priores S. Johannis intra limites ſuarum adminiſtrationum & juriſdictionum pro veris ordinariis habentur, teſtantibus privilegiis Romæ *Anno* 1597. expreſſis. Atq; hi fere ſunt, quibus jus Epi- 94
ſcopale tanquam ordinariis principaliter competit, in ſubſidium autem & ex mandato ordinariorum datur quoq; (13.) *Coadjutoribus* Epiſcopatuum & *Vicariis*. Et quidem *Coadjutoribus* Epiſcopatuum propterea denegari nequit, cum locum & vices Epiſcoporum ſuſtineant, *Laurent. Obſerv. de Jur. Epiſc. §. 20.* ſint ſocii Epiſcoporum, & participes honoris Epiſcopalis; unde quoq; Coëpiſcopi vocantur, ut de Auguſtino, Valerii Coadjutore, conſtat *ex c. non autem 12. c. 7. q. 1.* atque de jure habent adminiſtrationem ſpiritua-

lium & temporalium unà cum Epiſcopo *c. ſcripſit. 1. c. quia frater. 18. d. c. 7. q. 1.* at non plenam & liberam, ut demonſtrat *Alteſerr. lib. 1. Diſſert. Jur. Can. c. 7.* Licet enim omnia illa peragere poſſint, quæ competunt illis, quibus Coadjutores dantur *Mart. Azpilcuet. de Cler. ægrot. conſ. 2. n. 1.* excipiuntur tamen jura in conſtitutione Coadjutoris principali reſervata. *Azpilc. d. loc. conſ. 3. n. 4. & 5.* Quam ergo Coadjutores in ſpecie acquirant autoritatem & poteſtatem, ex forma dationis & literis coadjutoriis colligendum eſt, quibus adminiſtratio, quam de jure habent, ut plurimum reſtringitur, ne regimini ſe omnino immiſceant. *Alteſerr.*
95 *d. l.* Quod vero *Vicarios* concernit, *nati* quidem, utputa Archidiaconi & Archipresbyteri in divinis officiis vices Epiſcopi, paritercꝫ in inſpectione diœceſeos curam gerunt, quia tamen in minoribus tantum cauſis poteſtatem cognoſcendi habent, ſolum particula quadam Juris Epiſcopalis frui videntur, niſi vel privilegio aut præſcriptione jus hoc ſibi acquiſiverint, *juxta cap. ult. X. de Off. Archidiac. Barboſ. de off. & pot. Epiſc. p. 3. alleg. 127. n. 1.* aut niſi cauſas majores ab Epiſcopis demandatas habeant. In quibusdam namque diœceſibus Archidiaconi etiam in cauſis matrimonialibus, criminalibus, beneficialibus, aliisque majoris momenti, quæ ipſis exteroquin per *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 20.* denegantur, ex ſpeciali commiſſione Epiſcoporum, quam conſuetudo confirmavit, in prima inſtantia, tanquam Vicarii dati, cognoſcere & judicare poſſunt. *Vid. Engel. lib. 1. Coll. Jur. Can. tit. 34.*
96 *Datis* autem *Vicariis* quondam utramque & ſpiritualem & temporalem & judicialem & extrajudicialem competiiſſe jurisdictionem, teſtis eſt *Alteſerr. lib. 2. Diſſert. Iur. Can. c. 1.* Poſtquam vero Vicarius ab Officiali ſeparari cœpit, ut Vicarius penes ſe haberet jurisdictionem ſpiritualem extrajudicialem non contentioſam, Officialis vero exerceret jurisdictionem contentioſam, quæ in jure judicioq; verſatur, *Alteſerr. d. l.* Vicarii amplius nonniſi certam Juris Epiſcopalis portionem commiſſam habere poſſunt, niſi ſint *Vicarii generales*, quibus plena jurisdictio Epiſcopalis per univerſam diœceſin in ſpiritualibus & temporalibus competit. *c. licet. 2. de off. Vicar. in 6.* Ut enim aliquis vere cenſeatur eſſe Vicarius Epiſcopi generalis, debet ipſi eſſe commiſſa generalis cauſarum Epiſcopalium cognitio, atque locorum totius diœceſeos cura. Pro

eo

eo quoq; militat præſumtio quoad omnes cauſas Epiſcopales, ut, quæ conceduntur Epiſcopo, etiam ipſi conceſſa intelligantur, niſi vel jure ſcripto vel recepta conſvetudine Eccleſiarum inter illas numerentur, quæ Epiſcopali dignitati, tanquam arduæ & magni præjudicii, reſervatæ ſunt. *Vid. Barboſ. lib. 1. Iur. Eccleſ. c. 15. n. 17. & ſeq. Alteſerr. d. c. 1. Wagnereck. ad d. c. 2. de off. Vic. n. 6. in verb. poteſtatem tamen inquirendi. not. 1. Laymann. d. tr. 4. c. 7. n. 18. Sanchez. de Matrim. lib. 3. diſp. 29. q. 2. n. 14. & ſeq. atq; Engel. lib. 1. Coll. jur. Can. tit. 33. n. 11.* Hæc de ſubjecto ex hypotheſi Canonum, 97
ex cujus declaratione vel hoc unicum noſſe conducit, quod præter Epiſcopum alii quoq; inferiores privilegio ac præſcriptione Eccleſiaſticam jurisdictionem cæteraq; jura Epiſcopalia ſibi acquirere poſſint, ut ex modis acquirendi jura Epiſcopalia *in c. cum contingat. 13. X. de for. comp. c. accedentibus. 15. X. de Exceſſ. privil. c. Abbates. 3. de privil. in 6. aliisq; txx. propoſitis*, de quibus *in diſp. ſubſeq.* acturi ſumus, apparebit. Vid. interim *Balb. de præſcript. 1. part. princ. 5. q. 11. n. 2. Covarruv. adc. alma mater. p. 1. §. 1. n. 3. Boër. deciſ. 133. n. 10. atq; Barboſ. d. l.* Quare in extenſione hujus juris ad alios ante omnia hoſce probe conſiderare debemus acquirendi modos. In Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis quin hoc noſtrum Jus 98
Epiſcopale (1) electis ac poſtulatis *Epiſcopis Auguſtanæ Confeſſionis* æque ac Catholicis competere debeat, nullum dubium eſt. Habentur namque in *Inſtrum. Pac. art. 5. §. 6.* pro veris Epiſcopis, & ſub qualitate Epiſcopali ad Comitia & ſuffragia Imperii in ſcamno intermedio admittuntur. *Vid. Aut.* der Grund-Feste *p. 2. cap. 5.* Idem dicendum (2) de immediatis Imperii *Prælatis*, nec non (3) *Abbatiſſis* juxta *Inſtrum. Pac. art. 5. §. 16.* atque (4) ſede vacante de *Capitulis* Auguſtanæ Confeſſionis, *arg. cit. §. 6. Inſtrum. Pac.* Quod vero cæteros *Clericos* (5) attinet, cum non niſi ad functiones Eccleſiaſticas & liturgiam peragendam conſtituantur, ipſis Jus Epiſcopale adſcribi nequit. Unde male id ſibi vin- 99
dicant *Superintendentes* ac Inſpectores quorundam locorum. Dicuntur quidem Epiſcopi, *Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 78. n. 4.* & alibi paſſim, ac pro Epiſcopis vel in eo habentur, quod inſpectione in Clericos & populum diœceſeos ſibi commiſſæ polleant, viſitationes Eccleſiaſticas inſtar Epiſcoporum inſtituant, atque Ordinis præcipuam partem, Clericorum ſcil. ordinationem, peragant. Vid.

Matth. Stephan. de juriſdict. lib. 3. p. 1. c. 16. n. 1. Carpz. lib. 1. def. Eccleſ.
19. n. 2. & ſeq. ut adeo nonnulla ex illis, quæ Ordinis atque Le-
gis Diœceſanæ ſunt, ipſis contra quotidianam praxin denegari ne-
queant. Sicut & quandoque juriſdictione de facto utuntur in
cauſis & negociis leviuſculis, vel inſcio Superioris judicio Eccleſia-
ſtico, vel paululum connivente, quo lites de rebus minimis, ſæ-
pius inter æditus ac cuſtodes ortæ, eò citius ſopiantur; hæc ta-
men aliave tanti momenti non ſunt, ut ipſis univerſum jus Epi-
ſcopale evincant, cum præter hos actus ipſorum officiis connexos
juriſdictionem Eccleſiaſticam nullibi conceſſam habeant, ſed nu-
dam tantummodo notionem & cognitionem de cauſis litigantium
non ad decidendum, ſed ad amicabilem compoſitionem & trans-
100 actionem. Ipſis ergo *particulam juris Epiſcopalis* officio eorundem
à Superioribus adjectam cum *Carpz. tit. lib. 3. def. Eccl. 4. n. 12. &*
def. 87. n. 9. atq; Dn. Schilt. lib. 1. Inſtit. J. C. tit. 7. §. 3. lubentes con-
cedimus, exercitium vero totius juris Epiſcopalis cum diſpoſi-
tione ſacrorum merito denegamus. Hoc enim poſt reformatio-
nem ad Proceres Auguſtanæ Confesſionis, ſuſpenſa per *Pac. Rel. &*
Pac. Oſnabr. juriſdictione Eccleſiaſtica, per neceſſariam conſequen-
101 tiam translatum eſt. Unde ſicut (6) vigore Majeſtatis extra Impe-
rium à *Regibus* aliiſq; *Proceribus Auguſt. Confeſſ.* qui ſuperiorem non
recognoſcunt, omni jure exercetur; ita quoque in Imperio noſtro
vigore Superioritatis territorialis omnibus ac ſingulis competit *Sta-*
tibus Imperii Evangelicis, ſicq; etiam Civitatibus Imperialibus. Prout
enim omnes ac ſingulæ ſub appellatione Statuum Imperii non tan-
tum in Pace Religionis ejusq; declaratione per *Inſtr. pac.* Cæſareo-
Svecicum facta, ſed & aliàs indubitatè continentur; ita & ex illa-
rum numero iſtæ, in quibus anno 1624. religio Aug. Conf. in uſu
fuit, tam ratione juris reformandi, quàm aliorum caſuum religio-
nem concernentium in territoriis ſuis idem cum reliquis Imperii
Statibus jus habent, per diſerta verba *Inſtr. Pac. art. 5. §. 11.* etiam-
ſi in illis mixtæ religionis exercitium receptum ſit. Nam & in
his Catholicis Epiſcopis contra Auguſt. Confeſſ. cives nullam com-
petere juriſdictionem, vel ipſa *Inſtrum. Pac.* verba in *d. art. 5. §.*
16. verſ. in quibus. affatim comprobant. Confer. *Burgold. p. 2. Not.*
102 *Imp. diſc. 17. n. ult.* Quod de Imperii Statibus eſt dictum, etiam
(7) ad *Nobilitatem Imperij immediatam* ſpectat, utpote & quæ ter-
rito-

ritoriali Superioritate, utut Statuum jure careat, non deſtituitur, prout in *differt. de Jur. Cond.* §. 23. & 24. prolixius demonſtravimus. Hinc cum ſuis ſubditis & bonis quoad religionem eodem jure utitur, quo Status Imperii, quippe & contra eandem jurisdictio Eccleſiaſtica æq; ac contra Status Imperii ſuſpenſa eſt, prout hæc omnia *ex Inſtrum. Pac. art. 5.* §. *8. & 16.* itidem ſat aperta ſunt. add. *Dn. Fritſch. de Jur. Viſitat. c. 3. n. 8. ibid. alleg.* Jam ergo à tempore transactionis Paſſavienſis Principes & Status Imperii Aug. Conf. nec non Nobiles immediati duplicem perſonam, ſecularem & Epiſcopi ſive Pontificis ſuſtinere cœperunt. *Kizel. de Matrim. c. 10. th. 8. lit. d.* ita tamen, ut jurisdictiones per promiſcuum uſum non confunderent, ſed diſtincte & quidem ita expedirent, ut altera alteram potius adjuvaret, quam turbaret, ut vel inferius ex modo exercendi Jus Epiſcopale apparebit. *Conf. Myler. ab* Ehrenbach/ *de Princ. & Stat. Imp. c. 86. n. 3. Feltm. de Jur. in re & ad rem. c. 5. n. 10. & 11.* Hocq; novum non eſſe, ex omni antiquitate probat *Hugo Grot. de Imper. ſumm. poteſt. circ. ſacr. c. 3. & 4. jam ſupr. cit.* 103

Ita tamen juris territorialis factum eſt hoc noſtrum jus Epiſcopale, ut (8) *Landſaſſiis* quoque tam ſecularibus quam eccleſiaſticis, adeoque *Civitatibus* etiam *mediatis* nonnulla, quæ jurisdictionis Eccleſiaſticæ ſunt, competere poſſint, ut in anteced. *cap. 3. ſub fin.* innuimus. Etſi enim, ſuſpenſa per Pacem Relig. jurisdictione Eccleſiaſtica, ejusdem exercitium ad Status Imperii ita translatum ſit, ut inter regalia & territorii jura referatur religionis cura. *Knichen. de ſublim. territ. jur. c. 3. n. 239. & ſeq.* ſicque in iis, quæ ad jus Epiſcopale pertinent, ex univerſali jurisdictione contra Landſaſſios atque Civitates mediatas præſumtionem & fundatam intentionem habeant Superiores. *Cothmann. vol. 4. reſp. 33. num. 2. & ſeq.* Attamen propterea non omnino & indiſtinctè juris Epiſcopalis incapaces cenſendi ſunt mediati, cum ſacra poteſtas, quæ jure territorii Statibus Evangelicis adſcribitur, competat cum exceptione tum alterius poſſeſſionis, *Cothm. d. reſp. 33. n. 38.* tum libertatis ſubditorum, vel ex jure communi, vel inveterata conſuetudine, vel ex privilegio, quæ Superioritatem territorialem limitant, ac ſubditis ſingulare jus tribuunt. *Mev. p. 2. dec. 305. n. 14.* Nec etiam ſuſpenſio jurisdictionis Eccleſiaſticæ eam in tantum Statibus Imperii appropriavit, ut mediati ejus- 104

dem plane incapaces ſint, ſed tantum effecit, ut Catholici eandem non amplius exercerent. *Mev. cit. loc. n. 11.* Hinc per experientiam & exempla plurima comprobatum eſt, multa juris
105 Epiſcopalis eſſe hodie mediatis etiam Civitatibus conceſſa. Exemplo ſunt Civitas Stralſundenſis in Pomerania, Stadenſis in Bremenſi & Luneburgenſis in Ducatu Luneburgico ſitæ, quæ quamvis ad unum omnes pareant Principibus, nihilominus tamen Eccleſiaſtica fruuntur jurisdictione. *Vid. Cothmann. d. reſp. 33. n. 21. & ſeq. Petr. Heig. apud Klock. vol. 1. conſ. 51. per tot. Brunnem. lib. 3. jur. Eccleſ. c. 1. aph. 4. Thom. Merckelbach. & Gerh. Buxtorf. apud Klock. vol. 1. conſ. 20. n. 359.* qui omnes, tanquam inſignes Cameræ Imperialis atque Imperii Practici, pro defenſione Jurium Eccleſiaſticorum Civitatibus mediatis competentium plures adducunt rationes. *Conf. Diſſert. Inaug. Dn. Joh. Petr. Henrici de Capac. Civit. Munic. jurisdict. Eccleſ. §. 4. & ſeq.* ubi varias hanc in rem
106 propoſuit rationes atque dubia reſolvit. Quos vero Juris Epiſcopalis actus Status ac Civitates mediati ſibi acquiſiverint, vel ex poſſeſſione, quam inter mutationis tempora obtinuerunt, vel ex antiqua conſuetudine & præſcriptione, vel ex privilegiis conceſſis, vel etiam ex pactis & transactionibus dijudicandum erit. Ut enim per hos aliosque legitimos modos quicquam curæ vel jurisdictionis Eccleſiaſticæ obtinuerunt, ita & defendendi atque contra gravamina audiendi ſunt. Hæcque *in cauſa* der Stadt Stralſund *contra* die Königl. Pommer. Regierung *in Tribunali Regio Wiſmarienſi Anno 1654.* conſiderata fuiſſe, tradit *Mev. d. dec. 305. ſub fin. Add. Id. Mev. p. 3. dec. 114.*

CAPUT

CAPUT V.

De Modis acquirendi Jus Epiſcopale.

Summaria.

1. & 2. Fit tranſitus ad modos acquirendi Jus Epiſcopale, qui ſummatim recenſentur.

3. *Primus* eſt *Collatio* muneris Epiſcopalis, olim per Clericos & Laicos peracta,

4. Certo tamen modo in Concil. Laodic. limitata.

5. Verbis *Duareni* hæc vetus collatio declaratur.

6. Secundum Jus Canon. Epiſcopi *electione. poſtulatione* & *collatione* Pontificis, quæ electiones mutavit, conſtituuntur.

7. Venit hæc collatio nomine Proviſionum & Reſervationum Papalium,

8. Quæ in Concordatis Nat. Germ. certo modo reſtrictæ ſunt.

9. Recenſentur caſus ex Concordatis Nat. Germ. quibus collationes Pontificis locum habent.

10. It. menſes Papales, quibus per Concordata Pontificis proviſiones reſtrictæ ſunt.

11. Hodie obſervantur, exceptis Cathedralibus Eccleſiis &c. teſte *Sprenger*.

12. Ubi proviſiones iſtæ locum non habent, obtinet electio, quæ conſvetudine ad Canonicos tranſiit.

13. Deſcribitur electio.

14. Perſonæ eligentes ſunt membra Eccleſiæ, quandoque etiam aliæ perſonæ.

15. Requiſita neceſſaria eorum, qui eliguntur, interque ea eruditio,

16. Ubi, qualis requiratur.

17. Nihil intereſt, an ſint nobiles nec ne, modo ſtatuta Capitulorum nobilitatem non requirant.

18. Relativè recenſentur, qui eligi nequeant.

19. Electio habet ſua antecedentia.

20. Modi electionis ſunt tres, (1) per *inſpirationem*, quæ in deſvetudinem abiit.

21. (2) Per *ſcrutinium*, qui modus hodieque eſt uſitatus.

22. (3) Per *compromiſſum*, qui rarior eſt.

23. Electus electioni factæ intra menſem conſentire debet,

24. Atque certo tempore electionis confirmationem petere.

25. Quid

25. Quid ſit confirmatio.
26. Ad quem pertineat.
27. Quid tribuat confirmatio, quam excipit conſecratio.
28. De conſecrationis ritu aliisq; ad hanc materiam pertinentibus relative, ubi ſub fine de devolutionibus electionum.
29. Electionem quandoque præcedit *nominatio*, quæ eſt vel ſimplex vel ſolennis.
30. Ab hac differt nominatio, quæ fit jure Patronatus.
31. Cum ſolenni convenit nominatio Regia in Gallia.
32. In ſubſidium electionis eſt introducta poſtulatio, quæ deſcribitur.
33. Dividitur in non-ſolennem, de qua agitur, atque à *Coraſ.* de iramentum Canoniſtarum vocatur.
34. Et ſolennem, quæ declaratur.
35. Fit à Capitulo, ob perſonæ inhabilitatem apud Superiorem.
36. Poſtulationi adhæret translatio Epiſcoporum.
37. Hodie in poſtulatione Epiſcopi alterius Eccleſiæ ſæpius intercedit *Indultum*, quod deſcribitur.
38. Additur, quæ ratio ſit inſtituendi Abbates.
39. In his loco conſecrationis recepta eſt benedictio
40. Extenduntur dicta ad conſtitutionem Archi-Epiſcoporum & Primatum, ubi relative de Pontificis electione.
41. Hi poſteriores adhuc utuntur Pallio, quod deſcribitur.
42. Ab initio ab Imperatoribus, poſtea à Pontifice conceſſum eſt.
43. Pallii redemtio ſucceſſive in immenſum crevit pretium.
44. Plura de hac materia relative.
45. *Alter* modus acquirendi Jus Epiſcopale eſt *privilegium* Pontificis.
46. *Tertius* eſt *Præſcriptio*.
47. Dubium circa hunc modum occurrens removetur.
48. Atq; reſolvuntur textus obſtantes.
49. Præſcriptio hæc in arduis quoque actibus procedit.
50. Præſcriptione certorum actuum non totum acquiritur Jus Epiſcopale.
51. Nonnulla ab hac præſcriptione excipiuntur.
52. *Quartus* modus eſt *Conſuetudo*.
53. Acquiſivit Juris Epiſcopalis exercitium transfertur per *delegationem* ſive mandatum.
54. & 55. Quæ Ordinis ſunt delega-

Digitized by Google

legari nequeunt, niſi certo reſpectu.
56. Bene tamen illa, quæ ſunt jurisdictionis.
57. Hinc delegati varii ſunt, alii generales vicarii.
58. Alii in certa parte conſtituti, qui dicuntur foranei, utrorumque differentia annectitur.
59. Alii denique delegati in ſpecie.
60. Vicarii etiam generales ſpecialiter excepta peragere nequeunt.
61. & 62. Ad hoc officium eligendi ſunt Clerici.
63. Modi hi applicantur ad Proteſtantium Eccleſiarum Praxin.
64. In quibus eminentiores ſunt (1) electio & poſtulatio, absque confirmatione tamen Pontificis, ac Pallii redemtione.
65. Diſpoſitio Inſtrum. Pac. hoc in puncto per rationes confirmatur.
66. (2) Superioritas territorialis.
67. Ad vulgares & communes pertinet (1) Conceſſio per privilegium facta.
68. Modo hujus expreſſa mentio fiat.
69. (2) Præſcriptio.
70. (3) Conſvetudo.
71. (4) Poſſeſſio ſive obſervantia, per Pacif. religioſam confirmata.
72. & 73. Quæritur, utrum Jus Epiſcopale privativè an cumulativè inferiori concedatur, ubi rationes pro privativa conceſſione.
74. Rationes pro cumulativa.
75. *Barboſ.* conciliatio.
76. Concluditur quid de hac controverſia ſtatuendum ſit.
77. Etiam per delegationem in Eccleſiis noſtris Jus Epiſcopale committitur aliis, tum quoad Ordinem & L. Diœceſanam.
78. Tum quoad Jurisdictionem.
79. Unde quæritur, qualem jurisdictionem habeant Conſiſtoria.
80. Adhibita diſtinctione reſpondetur.

EX *Subjecto* hactenus conſiderato *modi*, quibus Jus Epiſcopale 1 vel *acquiritur*, vel *acquiſitum aliis communicatur*, facili quoque negotio colligi poſſunt. Unde eosdem, antequam ad alia progrediamur, ob connexionis rationem jam conſiderandos eſſe duximus. Et quidem acquiritur (1) *vi officii, legitima ſc. Epi-* 2

 ſcopa-

ſcopatus vel Prælatura, cui adhæret, *collatione*, ſive delatione muneris Epiſcopalis, (2) *Privilegio* Superioris. (3) *Præſcriptione*, atque (4) *Conſuetudine*. *Acquiſiti* vero *exercitium* communicatur & con-
3 fertur per *mandatum* ſeu *delegationem*. Quod *primum* concernit modum, nolumus hic repetere, quæ de ratione eligendi Epiſcopos aliosq; miniſtros Eccleſiæ veteris, circa cauſam efficientem proximam *in. c. 3. n. 22. ſeqq.* latius deduximus. Sufficiat nobis in confeſſo eſſe, quod ſuffragia ſua non tantum clerici ſed & laici in electionibus iſtis habuerint, quod & innuit *Gratian. in c. Epiſcopus. 6. diſt. 24. c. nulla. 1. diſt. 62. vota. 27. diſt. 63. Conſ. Marc. Anton. de Dom. de Republ. Eccleſ. lib. 3. c. 3. n. 2. & ſeq.* & quod ipſi quoq; Principes autoritatem ſuam interpoſuerint. Nec enim erat æquum, eos deterioris conditionis, quam cæteros cives, haberi, uti *Fr. Duaren. de ſacr. Eccleſ. miniſt. lib. 5. c. 1.* recte quoque obſervavit. vid.
4 late *Franc. de Roye Inſt. Jur. Can. lib. 1. tit. 11. in pr.* At quamvis in Concilio Laodicen. *c. 13.* conſtitutum fuerit, ut multitudini & plebi non permitteretur electio, *add. c. non eſt. 6. diſt. 63.* cum, ut ait Origines, ſæpe clamoribus, aut gratia, aut pretio excitata moveri ſoleat, ſecundum *c. ſi ergo. 16. c. 8. q. 1.* populo tamen invito non datus eſt Epiſcopus, ſed docendus potius erat à Clero, ut immoderatam cupiditatem revocaret, ex mente Cœleſtin. Pap. *in*
5 *c. docendus. 2. diſt. 62. Electio igitur*, ut verbis *Duaren. c. l.* concludamus, *tam à clero, quam populo celebrabatur, Epiſcopo uno vel pluribus præſentibus, inquirebaturq; in mores, doctrinam, ætatem, natales & alia, ac pleriq; autores ſunt, palam proponi ſolita fuiſſe nomina ordinandorum, facta omnibus poteſtate, quicquid vellent, eis objiciendi. Lamprid. in Alex. Hæc fuit vetus forma ordinandorum Eccleſiæ miniſtrorum, nec erat ullum diſcrimen inter Epiſcopos & alios miniſtros inferiores, niſi quod hi ab uno, illi à pluribus Epiſcopis ordinabantur. Verum hac forma eligendi non ſolum immutata, ſed etiam in quorundam miniſtrorum ordinatione omninò ſublata eſt, adeò ut pleriq; citra electionem in Eccleſiâ conſtituantur, jure, quo nunc utimur, Pontificio.* hactenus
6 *Duaren.* cui jung. *Franc. de Roye Inſtit. jur. Can. cit. tit. 11.* Secundum illud verò omnes omninò Epiſcopi conſtituuntur vel *Electione* vel *Poſtulatione* vel etiam *Collatione*, quæ fit à ſolo *Pontifice*, per quam poſteriorem electiones maximè turbatæ, atque inconſultis quoque iis, ad quos, excluſo clero & populo, electio redacta eſt,

Digitized by Google

eſt, Eccleſiis Epiſcopi obtruſi & pro mero arbitratu Pontificis con-
ſtituti ſunt. Indigitatur aliàs hæc collatio per *Proviſiones* & *Reſer-* 7
vationes Papales, vigore quarum beneficiorum Eccleſiaſticorum col-
lationem juxta regulas Cancellariæ Apoſtolicæ ſibi vindicarunt
Pontifices. Earundem initia cum *Crantzio in Metropol.* ad tempora
Friderici II. refert *Dn. Conring. de Conſtit. Epiſc. Germ. 60. & 61.* Po- 8
ſtea autem magis magisque adeo invaluerunt, ut Germani quo-
que relevamen contra illas in *Concilio Conſtantienſi*, & poſtmodum
per *Aviſamenta Moguntina* quærere coacti fuerint, usque dum tan-
dem prodierunt *Concordata Nationis Germanicæ*, in quibus tamen o-
mnes proviſiones ac reſervationes Pontificum non abrogatæ, ſed
certo duntaxat reſtrictæ ſunt modo, prout ex Diſſertatione noſtra
de Concord. Nat. Germ. c. 1. & 2. plusquam apertè liquet. Conſtitu- 9
untur ergo juxta hæc Concordata Epiſcopi ac Prælati ante omnia
per proviſiones, reſervationes ac collationes, ſive per electiones Pon-
tificis (1) in omnibus beneficiis ac Sedem Apoſtolicam nunc vacan-
tibus & inpoſterum vacaturis, ſive Patriarchales, Archi-Epiſco-
pales atque Epiſcopales dignitates, ſive Prioratus, Perſonatus a-
liaque officia, ſive majora ſive minora ſint, ſive curata, ſive non
curata, ſive ſecularia, ubi clerici nullam profitentur regulam, ſed
vel ex fundatione, ſive conſuetudine, aut præſcriptione Deo in
ſeculo ſerviunt. *Valenſ. ad tit. X. de præb. §. 2. n. 8.* ſive etiam regu-
laria, quæ certæ regulæ, ut Auguſtini, vel Benedicti &c. ad-
ſtricta ſunt, id quod jam antea Clemens Pontif. *in c. licet. 2. de
præb. in 6to.* conſtituerat. (2) In beneficiis per depoſitionem, priva-
tionem, translationem, renunciationem atq; electionis vel poſtu-
lationis reprobationem vacantibus. (3) In beneficiis Cardinalium
aliorumq; Officialium Curiæ, ſive Sedis Rom. quæ enarrantur, ut
& Legatorum ſive Nuntiorum, Rectorum, Theſaurariorum nunc
vacantibus & vacaturis, ubicunq; etiam obierint. (4) In beneficiis
pro quibuscunq; negotiis ad Romanam Curiam venientium, ſeu ab
eadem recedentium, ſi in locis à dicta Curia ultra duas diætas legales
non diſtantibus obierint. Per diætam autem cum *Gl. ad c. præſenti. 34.
de præbend. in 6to. verb. legales, Zoëſ. ad t. X. de præb. n. 24.* intelligit 20.
milliaria, quorum unum mille paſſus habet, ita ut 20. milliaria com-
putentur pro itinere unius diei. Hinc juris civ. conſtitutiones vice-
na millia paſſuũ in ſingulos dies dinumerare, teſtis eſt JCtus *in l. 3. de*

Digitized by Google

V. S. Calvin. Lex. jur. verb. diæta. (5) In beneficiis Curialium, peregrinationis, infirmitatis aut recreationis cauſâ intra duas iſtas legales diætas à Curia mortuorum, niſi ibi domicilium habuerint. Atq; horum ut & illorum beneficiorum collationem, de quibus *n. 2. & 3.* dictum, Bonifacius quoque VIII. *in c. 34. de præb. in 6to.* ſibi adſcripſit. Porro (6) in beneficiis, quæ promoti à Sede Apoſtolica ad majores dignitates, Patriarchales ſcilicet, Archi-Epiſcopales, & Epiſcopales, ut & ad Monaſteriorum regimina, tempore promotionis obtinuerunt. (7) In beneficiis per aſſecutionem pacificam ad collationem Papæ ſpectantibus, præterquam ſi virtute Gratiæ expectativæ fiat, die durch den Pabſt oder aus Achtung ſeiner Brieffe ohn Mittel friedlich erlanget / ausgenommen / ſo einer durch die Gratien expectativen in poſſeß kommen. Ejusmodi ſiquidem gratiæ expectativæ per Pontificem alicui conceſſæ, ſecundum ipſorum Canoniſtarum confeſſionem, odioſæ ſunt, partim quia per eas datur via ad vacatura beneficia, partim quia ordinariæ præjudicant poteſtati. Tandemq; deniq; (8) in beneficiis, quæ
10 vacant menſibus Papalibus. Menſes hos *Sixtus IV.* diſcordias ex Pragmatica Galliæ ſanctione ſubortas componere ſtudens, introduxit, atq; Ordinariis Regni Franciæ ad conferenda beneficia ſex menſes conceſſit *in c. ad univerſalis. 1. extrav. comm. de treug. & pac.* ubi *vid. Auguſt. Barb. in collect.* Verum, utut hæc diſpoſitio tanquam juri communi & decretis Concilii Conſtantienſis ac Baſilenſis contraria, in effectum haud deducta fuerit, eandem tamen Concordata Nationis Germaniæ probarunt, adeo ut beneficia Eccleſiæ, ſicubi (1) menſe Februario, Aprili, Junio, Auguſto, Octobri & Decembri vacaverint, ad collationem Ordinarii pertineant, ita ut illam Pontifex nec per reſervationes, nec per gratias expectativas, aut aliam quamvis diſpoſitionem impedire queat. Excipiuntur tamen omnia beneficia ad proviſionem Pontificis ſpectantia, de quibus jam antea *ex c. 1. Concordator.* dictum eſt. Conj. *Spreng. lib. 2. Inſt. Jur. publ. c. 4.* Beneficia vero (2) Januario, Martio, Majo, Julio, Septembri ac Novembri, utpote menſibus Papalibus, vacantia, ſunt reſervata collationi Pontificis; ita tamen (3) ut ſi in loco beneficii is, cui collatio facta, non appareat intra tres menſes à die notæ vacationis, collatio Ordinario competat. Quod ipſum tamen modificando iterum (4) immutavit Gregorius

XIII.

XIII. in declaratione conſtitutionis à Nicolao V. editæ circa collationes beneficiorum vacantium in menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, juxta formam Concordatorum cum Natione Germanica, propoſita *à Goldaſt. tom. 1. Conſtit. Imp. p. 410. & Limn. Mant. 7. ad Capitul. Carol. V.* ita ſcil. ut ſufficiat intra prædictos 3. menſes, à die notæ vacationis, à Sede Apoſtolica gratiam ac diſpoſitionem fieri, ejusque conceſſionis fidem & teſtimonium intra prædictum tempus vel Collatoribus ſignificari, vel in beneficii loco publicari. Quando vero menſes Apoſtolici incipiant & finiantur, quæque porro in eorundem reſervationibus obſervanda ſint, ad *regul. Apoſt. Cancell. 8.* prolixius poſt *Hier. Gonzal.* declarat *Joh. à Chokier. n. 10.* & ad *Gloſſ. paſſim.* Hodie plerisque in locis alternos 11
menſes Sedi Pontificiæ reſervatos eſſe, ut illis Pontifex conferat beneficia, quocunque modo vocaverint, niſi per reſignationem & ceſſionem fiat, occaſione *cit. Extravagantis* docet *Zoëſ. ad tit. X. de præb. n. 26.* Excipit tamen *Spreng. Inſt. jur. publ. dict. c. 4.* majores dignitates, poſt Pontificalem, in cathedralibus & principales in collegiatis Eccleſiis, ſive Cathedralium, Metropolitanorum, & Monaſteriorum immediatorum beneficia, in quibus, excluſis menſibus Papalibus, electiones peragi dicit canonicas. Quid vero interſit inter reſervationes, quæ vigore regularium Cancellariæ fiunt, & reſervationes inductas per Concordata Germaniæ cum aliis nonnullis ad Concordata iſta pertinentibus explicat *Joh. à Chokier. in Comm. ad d. reg. 8. Gl. 11. paſſim.* præprimis *n. 25. & ſeq.*
Proinde ubi reſervationes Pontificis ceſſant, ibi, ſive ſint metropolitanæ aut cathedrales Eccleſiæ, ſive etiam Monaſteria Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta, ſive non, electionem Canonicam permittit Pontifex, qualis ſecundum tempora recentiora perhibetur illa, quæ peragitur ab his, qui ad gremium loci ſpectant, cui præficiendus quæritur, quales in ſecularibus beneficiis ſunt Canonici, præcipue Clerici Cathedrales, in regularibus vero Monachi. *Zoëſ. ad tit. X. de elect. num. 2. ſeq.* atq; *Wagnereck. in Exeg. Concord. Germ. §. 2.* ubi itidem declarat, quod per Canonicas electiones intelligantur eæ, quæ fiunt à Capitulo & Conventibus, & quod hæc inſignis ſit prærogativa Eccleſiarum Germaniæ, cujus occaſionem ex diſſidio circa jus Inveſtituræ deducit. Circa undecimum autem ſeculum ubivis fere invaluiſſe dicit *Franc. de Roye c. l.* quod 12

electiones Epiſcoporum translatæ fuerint ad ſolos Cathedrales Canonicos. *Add. Spreng. d. lib. 2. c. 31. atque Gonz. Tellez. ad c. 12. X. de*
13 *elect. n. 9.* Deſcribitur electio hæc, quod ſit perſonæ idoneæ ad Eccleſiam vacantem per vota Capitularium ſeu eligentium canonicè facta vocatio. *Vallenſ. ad tit. X. de elect. §. 1. num. 3. ſeq. Wagne-*
14 *reck. ad rubr. X. de elect.* Perſonæ eligentes ſunt membra Collegii, cui jus eligendi competit *c. 1. X. de elect. & c. cum Eccleſia. 3. de cauſ. poſſ. Wagnereck. d. l.* Et quamvis etiam perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ de corpore Collegii non ſunt, jus eligendi quandoque acquirere, poſſint per privilegium Summi Pontificis, per compromiſſum eligentium. *c. cauſam. 8. X. de elect.* per conſvetudinem, aut præſcriptionem *d. c. 3. de cauſ. poſſ. & propr.* vel ſi Patronus Eccleſiaſticus ſibi in fundatione Eccleſiæ jus eligendi reſervaverit. *c. nobis. 25. X. de jur. patron. Gonzal. Tellez. ad c. 8. X. de conſuet. n. 16.* Laici tamen juris eligendi & aliorum jurium ſpiritualium planè incapaces ſunt. *c. decernimus. 2. X. de jud.* ut ne quidem ex conventione vel pacto Capitularium admitti queant, niſi hoc à Summo Pontifice per privilegium impetraverint, teſte *Engel. in Coll. jur. Can. l. 1. tit. 24. n. 1.* cui præcipue *n. 4. & 5.* annectit perſonas, quæ quidem de corpore & Collegio Eccleſiæ vacantis ſunt, vocem tamen activam in electione non habent, quales ſunt novitii aliique cenſurâ irregularitatis notati. *c. cum dilectus. 8. verſ. quia nobis X. de conſve-*
15 *tud.* Add. *Vallenſ. ad tit. X. de elect. §. 5. n. 1. & 2.* Perſonæ, quæ eliguntur, debent eſſe legitimæ ætatis, qualis in Epiſcopo eſt annus trigeſimus exactus, in inferioribus dignitatibus annus vigeſimus quintus inchoatus, vid. *c. cum in cunctis 7. ibique Gloſſ. & Dd. X. de elect. Engel. cit. tit. num. 28.* ex gremio Eccleſiæ *c. nullus invitis 13. diſt. 61.* quod tamen potius in favorem Capituli eſt introductum, ne invitis extraneus obtrudatur, quare huic favori renunciare & alium extraneum eligere poſſunt. *c. cum nobis 19. & c. cum inter 21. X. de elect.* Et quidem ſi eligantur in Epiſcopos, debent ad minimum in ordine Subdiaconatûs per 6. menſes ante electionem eſſe conſtituti. *Concil. Trid. ſeſſ. 22. de reform. c. 2.* denique tùm quoad ſcientiam, tùm etiam quoad alia requiſita, debent eſſe ejusdem qualitatis, ut muneris ſibi injungendi neceſſitati ſatisfacere poſſint.
16 *Vallenſ. cit. loc. §. 6. n. 2.* Utut verò ſcientia mediocris ſit, nihil refert de Jur. Canonico, modo *Donatum* legerit, & parum de *Gram-*

matica ſciverit, adeoque non omnino rudis ſit, per *c. ult. X. de ætat. & qual. præf.* Perfectam ſiquidem linguæ latinæ cognitionem jus Canonicum non multum curat, cum indignum cenſeat, ut verba cœleſtis oraculi reſtringantur ſub regulis Donati. *c. 13. diſt.* 38. Quapropter & Zacharias Pontifex non rejicit baptiſmum à parocho, lingvæ latinæ imperito, *in nomine Patria, Filia & Spiritu Sancta* factum in *c. retulerunt.* 86. *diſt. 4. de conſecr.* Sed *Concilium Trid.* hac in parte aliud conſtituit. Nam *ſeſſ. 22. de reform. c. 2.* requirit, ut ſcientia ejusmodi polleat, quo muneris ſibi injuncti neceſſitati poſſit ſatisfacere; ideo exigit, ut antea in Univerſitate Studiorum Magiſter ſive Doctor, aut Licentiatus in ſacra Theologia vel jure Canonico ſit declaratus, aut publico alicujus Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos habitus. Quid Clemens ſuperaddiderit, refert *Barb. in collect. Dd. ad Concil. Trid. c. l. num. 6.* Hucque collimare videntur Statuta Capitulorum, quæ neminem, niſi per triennium in Academiis probatis literis operam dederit, ad Canonicatum admittunt. Plura de disquiſitione, an illiteratus ad regimen animarum admitti poſſit, vid. *ap. Gonzal. Tell. ad d. c. ult. n. 2. de ætat. & qual. præfic.* Cæteroquin an nobilis ſit, nec 17
ne, parum refert, modo virtute præditus appareat, quippe non loci nec generis nobilitate, ſed virtute unusquisque ſibi gratiam comparat. *c. illud. 9. diſt. 40.* niſi quibusdam in locis diverſum ſit receptum, uti Capitulum Tridentinum non niſi ex nobilibus & literatis conſtare debet. Sic quoque in multis Germaniæ Capitulis nemo ad Canonicatum admittitur, niſi nobilis & quidem talis, qui ſuam familiam jurató docere poteſt von 16. Ahnen/*vid. Sprenger. cit. l. 2. c. 31.* ubi annectit, quod nullus in Epiſcopatu Monaſterienſi in Canonicum recipiatur, niſi probet, quod per annum in Italia aut Gallia tranſegerit. Qui ergo eligi nequeant ex *c. qui Epiſcopus 2. diſt.* 18
23. c. omnes. 6. diſt. 38. aliisq; text. patet. vid. *Vallenſ. d. l. Lancel. lib. 1. Inſt. jur. Can. tit. 7. §. 9. ſeq. Coraſ. in tract. Sacerd. p. 4. c. 3. n. 21.* copioſè *Marc. Anton. de Dom. lib. 3. de Rep. Eccleſ. c. 4. ac Sprenger. cit. c. 31.* Ha- 19
bet autem electio ſua *antecedentia*, certos *modos*, atque *conſequentia*, quæ conſiſtunt in peractæ electionis præſentatione, confirmatione & conſecratione. Ad *antecedentia* ſpectat, quod fieri debeat, à tempore vacantis Eccleſiæ intra tres menſes, *c. 41. de elect.* & qui-

quidem in Eccleſia cathedrali ita, ut ſec. *c. 28. pr. eod.* ad eam peragendam citentur omnes, qui ſunt Capitulares, *Spreng. d. lib. 2. c. 26.* Hi enim, licet per literas ſuffragium ferre nequeant, ſi tamen juſtè impediti fuerint, uni vel pluribus ex Capitulo vices ſuas mandare poſſunt. *c. 46. de elect. in 6to.* ibique *Auguſt. Barboſ. Boer. deciſ. 1. n. 41.*

20 Modi electionis tres proponuntur in *c. quia propter 42. X. de elect. Inſpiratio* vel quaſi, *Scrutinium* & *Compromiſſum. Inſpiratio* vel quaſi vocatur, quando, nullo præcedente tractatu vel nominatione, omnes Capitulares in certam perſonam conſentiunt, ob quam ſingularem concordiam quaſi per Spiritum S. electus creditur, modò Superior cognoſcat, an ſine fraude vel ſimoniâ liberè ab omnibus conſentientibus talis ſit facta electio. *Engel. cit. t. 24. n. 33.* Hinc quaſi inſpiratio vocatur ad differentiam inſpirationis ſimplicis, aliàs divinæ dictæ, quæ nullâ indiget confirmatione. *Wagnereck. ad d. c. 42.* Sed hunc modum in deſvetudinem abiiſſe, teſtis eſt *Matth. Steph. de jurisdict. lib. 3. p. 1. c. 9. n. ult.*

21 Per *Scrutinium* dicitur fieri, quando præſentibus omnibus, qui volunt aut poſſunt intereſſe, eliguntur tres de Capitulo fide digni, qui ſecretò ac ſigillatim vota cunctorum exquirant, & in ſcriptis redacta publicent in communi, ut collatione habita is eligatur, in quem major & ſanior pars conſenſit, per *d. c. quia propter. 24. & c. Eccleſia. 57. de elect.* fiatque collatio, prout loqvuntur, numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum, de quâ triplici collatione vid. *Engel. c. tit. 24. n. 37. ſeq.* Plura ad hunc modum ſpectantia proponit *Wagnereck. c. l.* hicque, ut cunctorum vota ſecretò & ſigillatim explorentur, & ſecundum majora ac ſaniora procedatur, juxta *c. Eccleſia 48. & 57. de elect.* eſt uſitatisſimus, teſte *Spreng. c. l. 2. c. 31.* de hac verò majori & ſaniori parte plura *vid. apud Barboſ. ad c. 35. & Gonzal. Tell. ad d. c. 58. de elect. n. 3. ſeqq.*

22 Tandem per *Compromiſſum* peragitur, quando Capitulares facultatem eligendi ad plures viros idoneos conferunt, ſive ſint de Capitulo nec ne *c. cauſam 8. d. elect.* quæ ad hanc electionis rationem requiruntur, itidem recenſet *Wagnereck. ad d. c. 42. de elect. in verb. aliquibus viris &c.* Hanc tamen admodum raram eſſe dicit *Spreng. c. l.* Quapropter & alibi teſtis eſt, hodie, relicta inſpiratione atque compromiſſo, electionem per ſuffragia peragi. vid. *lib. 2. Inſt. jur. publ. c. 26.* quo ipſo contradicit *Joachim. Stephan.* qui *lib. 1. Inſt. jur.*

jur. Can. c. 3. n. 22. & hunc modum prava conſvetudine ſublatum, atque ad rectores Eccleſiarum parochialium translatum eſſe credit, quem ſequitur *Matth. Steph. c. l. n. 34.* Quartum modum per compromiſſum mixtum, quem ex *c. cum expediat. 29. de elect. in 6.* deducit *Wagnereck. ad c. 42. de elect. verb. electio.* meritò omittimus, cum praxis non alium, quam qui per ſuffragia peragitur, juxta antea dicta agnoſcat. *Sicbmann. de jur. Epiſc. c. 6. n. 46.* *Electionem* factam eligentes, quàm citò commodè poterunt, electo præſentare ejusque conſenſum requirere debent, per *c. 16. de elect. in 6to verb. cæter.* hunc electus intra menſum à die præſentationis ſub pœnâ privationis interponere jubetur, niſi talis ſit ipſius conditio, ut ſine Superioris licentia conſentire nequeat, quo caſu tamen conſentiendi licentiam ab ejus ſuperiore eligentes pro eâ celeritate, quam ſuperioris iſtius præſentia vel abſentia permittit, impetrare debent. *c. quam ſit. 6. de elect. in 6to.* Poſt conſenſum ele- 23
ctioni præſtitum electo incumbit *Confirmationem* intra tres menſes petere. aliàs ſi, juſto impedimento ceſſante, hoc tempus neglexerit, ipſi tacitè renunciare cenſetur, *per c. quam ſit 6. in fin. ibique Gl. de elect. in 6to.* Speciale tamen eſt circa electos in cathedrali vel regulari Eccleſia extra Italiam, quorum confirmatio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, ut intra menſem à præſtito conſenſu ad Sedem Romanam iter vel per ſe vel per procuratorem ſuſcipiant, & ad conficiendum tantum temporis impendant, quantum neceſſe eſt pro locorum diſtantia. ſecundum *cap. cupientes. 16. & cap. poſtquam. 33. de elect. in 6to. Concord. Nat. German. cap. 2.* Eſt autem con- 24
firmatio hæc nihil aliud, quàm perſonæ electæ à Superiore facta approbatio, quæ peragitur per ſuffragium & conſenſum in proceſſum electionis, ejusque formam, an ritè ſit facta, & perſonam electi. *Franc. de Roye cit. lib. 1. tit. 12.* De Jure Canonico quidem ad 25
proximè ſuperiorem pertinet, ut Epiſcopi ab Archi-Epiſcopo ſive Metropolitano fiat. *c. mos antiquus. 6. diſt. 65. c. cum olim. 14. de major. & obed. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. p. 1. t. 1. c. 4. n. 5. Fr. de Roye cit. l.* Sed hodiè per Regulas Cancell. Apoſt. & Concordata Nationis German. etiam in Germania S. Pontifici reſervatur. *Wagnereck. ad c. 44. de elect. verb. ad quem pertinet &c.* Utrum autem per iſta Concordata ſit ſublatum privilegium Legatorum de latere, quod habetur in *c. ſi Abbatem 36. de elect. in 6to.* ubi ipſis omnium Epiſcopo- 26

norm. ad. c. bonæ. 3. de poſtul. Prælat. n. 8. Joh. Coraſ. de Sacerd. p. 3.
c. 4. n. 1. Cucch. l. 1. Inſtit. tit. 8. circ. fin. ibid. Mareſ. Alia ab hâc eſt 30
nominatio, quæ fit vigore *Juris Patronatus*, cui tamen in Eccleſiis
cathedralibus aut collegiatis nullus relinquitur locus, ſed electio
tantùm & collatio admittitur. *Didac. Spin. à Cacer. in ſpec. teſtam.*
gloſſ. 4. pr. n. 11. Ziegl. ad Lancel. lib. 1. tit. 28. §. 1. in fin. Cum ſo- 31
lenni nominatione convenit fermè *nominatio regia & ſcholaſtica* in
Gallia. Conventis ſiquidem regiis & pontificiis honores Eccleſia-
ſtici non aliter, quam Canonibus ſtatutum eſt, in Gallia deferun-
tur, ita ut nec electioni nec poſtulationi ullus hodiè ſit relictus
locus, ſed duplex conferendi genus receptum inveniatur, per *no-*
minationem ſcilicet *regiam & Scholaſticam*, utramq; latius explicant
Fr. Duaren. cit. lib. 5. c. ult. atq; lib. 6. c. 13. Coraſ. dict. c. 4. ac Fr. Roye.
cit. l. 1. tit. 10. ubi hanc nominationem, quæ à rege tanquam po-
puli capite, peragitur, pro vera electione habet. Si quod autem ele- 32
cturis obſtat impedimentum, Capitula diſpenſationem atque ve-
niam à Superiore per *Poſtulationem* petere debent, cujus rationem
ex æquitate, ut per eam utilitati ac neceſſitati Eccleſiarum proſpi-
ciatur, deducit prolixius *Fr. Duaren. d. l. 5. cap. 2.* Eſt autem po-
ſtulatio alicujus perſonæ ad prælaturam, ſive dignitatem vacan-
tem, penes Superiorem deſtinata petitio, ut eum diſpenſative ad-
mittat, teſte *Laymann. c. tr. cap. 1. q. 1.* Ultima verba principalem
differentiam inter electionem & poſtulationem denotant. Nam
electio eſt perſonæ habilis, poſtulatio verò eſt perſonæ aliquo im-
pedimento laborantis. *c. Oſius 10. diſt. 61. & c. ult. X. de poſtul.* quæ
propterea diſpenſatione opus habet: electio innititur juri, poſtu-
latio verò gratiæ, ut inhabiles, non propter crimen, ſed propter
aliud impedimentum canonicum, admittantur. *c. pen. X. eod.*
Dividitur à Dd. communiter in *non-ſolennem* & *ſolennem. Wagne-* 33
reck ad cap. 1. X. de poſtul. Prælat. verb. propter poſtulatam &c. *Non*
ſolennis eſt, per quam licentia ſolùm & conſenſus Superioris pe-
titur, veluti ſi Abbas aut Præpoſitus aut etiam privatus Religi-
oſus in Epiſcopum, vel in alterius, quam ſui monaſterii Præla-
tum aſſumitur cum licentia Superioris, cui ſubeſt. *Engel. Colleg.*
Jur. Can. lib. 1. tit. 25. n. 9. Sed hæc non tam poſtulatio, quam
electio eſt, cum Regulares ſecundùm Canones tàm ad alia mo-
naſteria, quàm ad propria, imò etiam ad Epiſcopatus liberè aſſumi

poſſint, dummodo conſenſus Superioris accedat, qui in Religioſo eſt Abbas, in Abbate Epiſcopus, ſi vero ſit Exemptus, Pontifex, aut Legatus à latere, *c. ſi religioſus. 27. c. Abbatem. 26. de elect. in 6to Clement. 1. eod.* Unde quoque *Coraſ. de Sacerdot. p. 4. c. 2. n. ult.* poſtulationem hanc tanquam deliramentum Canoniſtarum
34 reprobat. *Solennis* vero eſt, quæ dirigitur ad eum, qui poteſt in impedimento poſtulati diſpenſare. Hinc eſt, quod, licet confirmatio electionis de jure ad proxime ſuperiorem pertineat, niſi quod hodie in Concordatis Nationis German. confirmationes Epiſcoporum ſint Pontifici reſervatæ, admiſſio tamen poſtulationis ad Pontificem ſolum ſpectet, ob rationes adductas à *Laymann.*
35 *cit. c. 1. q. 3.* Peragitur poſtulatio à Capitulo, illisq; qui alias eligere poſſunt, & quidem ob perſonam, de cujus inhabilitate Superior ſolet & poteſt diſpenſare, ſub certa tamen forma, quarum nonnullæ in *c. 1. de poſt. præl. in 6to* relatæ rejiciuntur. vid. *Wagnereck. ad. d. c.* Superioris conſenſus habetur pro confirmatione *c. bonæ. 3. de poſt. præl. Coraſ. in tract. Sacerd. p. 4. c. 2. n. 18.* Plura de hac materia vid. *ap. Panormit. Felin. aliosq; Canoniſt. ad tit. de poſt. Præl.* præcipue *apud Gonzal. Tellez. ad d. tit. ut & apud Hoſtienſ. in Summ. lib. 1. tit. de poſtul. Duaren. de Sacr. Eccleſ. miniſter. lib. 5. c. 2. Cucch. ac Lancel. Inſtit. Jur. Can. tit. de poſtul. Præl. atq; Lay-*
36 *mann. c. tr. c. 1. per tot.* Quia vero ſæpius Epiſcopi alterius Eccleſiæ poſtulantur, per *c. ult. de poſt. præl.* ideo poſtulationi quoque adhæret *translatio Prælatorum* de unâ Eccleſia ad aliam, quæ veteribus Canonibus quidem interdicta eſt, per *c. Epiſcopum. 25. c. 7. q. 1.* proinde incardinari dicebantur Epiſcopi, qui alicui Eccleſiæ conſecrabantur; Hisce tamen prohibitionibus poſtmodum prævaluit translationis praxis, ſub honeſto prætextu utilitatis publicæ, aut neceſſitatis, *c. quanto perſona. 3. de translat. Epiſc.* ita tamen, ut in translatione Epiſcoporum S. Pontificis conſenſus accederet. *Gonzal. Tellez. ad c. cum. ex illo. 1. de transl. Epiſc. n. 14. Cucch.*
37 *lib. 1. Inſt. tit. 11. ibid. Mareſ.* Hodiè plerumque in tali poſtulationis caſu diſpenſatio impetratur, ut plures cathedrales Eccleſias habere quis poſſit, & in digniori ſeu ampliori reſidere. *Laymann. cit. c. 1. q. 9.* aliàs vocatur *Indultum*, quod Epiſcopi, qui ſimul ſunt in pluribus Collegiis Canonici, impetrant à S. Pontifice, ut ad aliam dignitatem vel Epiſcopatum vocati, eundem vel aſſumere,

vel

vel ad alium tranſire, vel cum priori retinere queant, cujus ef-
fectus eſt, quod id ipſum impetrans poſtulationem factam ſim-
pliciter acceptare poſſit, atque jus ad confirmationem acquirat,
cum alii poſtulati, ante Superioris diſpenſationem, nullum jus
habeant. *Laymann. cit. cap. 1. q. 10. & Engel. Coll. Jur. Can. lib. 1. tit.*
26. n. 4. Quæ ratio eligendi Epiſcopos eſt, certo quoque modò 38
obtinet in Abbatibus, quorum electio ordinario jure pertinet ad
Conventum, ſeu collegium Religioſorum, *arg. c. 1. de elect.* niſi
quod in quibusdam Ordinibus Prælati in Capitulis provincialibus,
in quibusdam verò, ut in Societate Jeſu, à Præpoſito generali con-
ſtituantur. *Layman. cit. tr. c. 16. q. 181.* Confirmatio vero Abbatis
ordinariè pertinet ad proximè ſuperiorem, cui Eccleſia aut digni-
tas ſubjecta eſt, ut ita Abbates aut Præpoſiti non exemti, ab E-
piſcopo, Guardianus, Abbas, Prior ordinis exemti, generalem
Præpoſitum habentis, ab eodem Generali, ipſi vero Generales,
ſicut & Abbates exempti ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecti,
à S. Pontifice vel ejusdem Legato, ſi in provincia ſit, confirman-
di ſint. *Laymann. c. tr. c. 10. q. 107.* ubi tamen addit, quod quorun-
dam ordinum præpoſiti ex ſpeciali privilegio non indigeant con-
firmatione. Tandem loco conſecrationis in Abbatibus recepta 39
eſt benedictio epiſcopalis, *per clem. 2. §. ſtatuimus. de ſtat. Monach.*
quæ tamen in quibusdam etiam regionibus omittitur, ut Abbates
etiam officia ordinis exercere poſſint, ſi ſacerdotes ordinati ſint. *Lay-*
mann. d. tr. c. 17. q. 210. Denique eadem ratio quoque locum ha- 40
bet in conſtitutione Metropolitanorum, Archi-Epiſcoporum &
Primatum. vid. *Laymann. d. tr. c. 14. q. 152.* Quomodò vero Ponti-
fices, præprimis hodie, eligantur, prolixius conſtat ex iis, quæ de
hac materia propoſuit *Spreng. lib. 2. Inſt. jur. publ. c. 36.* Illud pe- 41
culiare eſt ſuperiori Epiſcoporum gradui, *Metropolitanis* ſcil. *Archi-*
Epiſcopis & *Patriarchis* in Eccleſia occidentali, quod *Pallio* utantur
c. 1. diſt. 100. tot. tit. X. de auct. & uſ. pall. c. antiqua. 23. X. de privileg.
& exceſſ. cujus deſcriptionem *Strauch. Diſſert.* Exot. 5. §. 12. propo- 42
nit. Ejus conceſſio propria quondam fuit Imperatorum, cum
pallium ſpecies veſtimenti Imperatorii extiterit, ex quorum per-
miſſione, tùm ſpeciali, tùm generali, Patriarchæ jus pallio utendi
illudque concedendi exercuerunt. Poſtmodum Sedes Romana
conceſſionem Pallii ſibi vindicavit, ut à ſolo Pontifice Archi-Epi-

ſcopis daretur. *vid. Dn. Ziegler. ad Lancel. lib. 1. tit. 11. §. 1. & Strauch.*
43 *Exerc. Exoter. 5. §. 11. & 13.* Et quamvis ab initio gratis conceſſum fuerit, ob canonem prohibentem, ne pro pallio accipiatur vel detur quidpiam. *vid. c. novit. 3. diſt. 100.* Tamen quia è re Curiæ Romanæ non fuit, abiit hæc ſanctio in paleas. Contra verò adeo in immenſum crevit hujus pallii pretium, ut integras provincias ad redimendum illud expilari oportuerit. Quare cum ita cohæreat perſonæ, ut ne quidem ad alium Archi-Epiſcopatum transferri, aut alteri cedi ac commodari queat, ſed cum eo impetrans ſepeliendus ſit, *per cap. adhæc. 2. X. de aut. & uſ. pall. ibiq; Gonz. n. 3. Laymann. d. tr. c. 14. q. 159. ſeq.* præcipuè in Germania, teſtantibus Nationis Gravaminibus, de hac redemtione variæ prodierunt querelæ, ad quas acceſſit, quod etſi pallium ſit inſigne Metropolitanorum tantum & Archi Epiſcoporum, non autem Epiſcoporum, niſi ex privilegio hoc ornamento utantur, inter quos, teſte *Sleidan. l. 13.* eſt Epiſcopus Bambergenſis, tamen Epiſcopi quoque hoc pallium redimere coacti fuerint, uti habetur in der ſtattlichen Außführung / warum die Proteſtirenden Stände Pii IV. Concilium nicht beſuchen können/ꝛc. apud *Hortleder. de Bell. Germ. lib. 1. c. 47. p. 2. n. 44.*
44 Cætera ad hujus pallii autorem, confectionem & uſum ſpectantia vid. apud *Hoſtienſ. in Summ. tit. de aut. & uſ. pall. Gonzal. Tellez. ad c. 1. X. eod. num. 51. & multis ſeq. Laymann. cit. c. 14. qu. 154. ſeq. Gregor. Tholoſ. Synt. jur. lib. 15. c. 9. n. 6. Barboſ. de Offic. Epiſc. p. 1. tit. 3. c. 1. n. 19. ibique alleg. Dd. Marc. Anton. de Domin. lib. 3. de Republ. Eccleſ. c. 11. per tot. Höppink. de jur. inſign. c. 2. §. 6. ſect. 3. membr. 5. n. 350. Limn. lib. 3. Jur. Publ. c. 3. n. 44. ibique in addit. Dn. Beckmann. not. Dign. illuſtr. diſſ. 15. c. 1. n. 8. Sichmann. de jur. Epiſc. c. 9. per tot.* atque Scriptores Juris Publ. paſſim. Conf. Diſſert. de hac materia hactenus publicè propoſitæ. Atque ante pallium hoc, à Sede Apoſtolicâ impetratum, actus majoris jurisdictionis exercere nequeunt Archi-Epiſcopi, licet actus jurisdictionis & ordinis, quæ à ſtola tantùm indutis adminiſtrantur, peragere in Eccleſiis non prohibeantur. *Hoſtienſ. in Summ. de uſu & aut. pall. n. 1. Azor. tom. 2. Inſtit. Moral. lib. 3. c. 34. q. 5. ſeq.* Hæc de primo modo acquirendi
45 ſufficiant. II. Acquiritur Jus Epiſcopale per *Privilegium Pontificis.* Jurisdictionem namque omniaque jura Epiſcopalia à Pontifice etiam aliis, quàm Epiſcopis, atque inferioribus Prælatis concedi

poſſe, *ex c. cum contingat. 13. X. de for. compet. c. accedentibus. 12. X. de exceſſ. Prǣl. & c. Abbates. 3. de privil. in 6.* deducunt *Barboſ. de pot. Epiſc. p. 3. alleg. 127. n. 1. ac Gonzal. Tellez. ad c. auditis. 15. X. de præſcr. n. 8. Add. Klock. vol. 1. conſil. 20. n. 308.* cùm penes S. Pontificem omnis reſideat juriſdictio eccleſiaſtica. *Gonz. Tell. ad c. ſciſcitatus. 13. de reſcr. in 6to.* Ex uſu namque Eccleſiæ Romanæ Pontifex ſolus eſt, qui ſua autoritate Epiſcopos creat & transfert, diœceſes erigit, dividit, auget, minuit ac deprimit. *Barboſ. c. tr. p. 1. tit. 1. cap. 1. n. 27.* Et quia ea, quæ privilegio con- 46
cedi poſſunt, etiam præſcriptione acquiruntur, ut vulgò deducitur *ex c. ſuper quibusdam. 26. §. præterea. de V. S. & c. accendentibus. 12. X. de exceſſ. Prǣl. Gabriel. comm. concl. lib. 5. tit. de præſcript. concl. 1.* Ideo etiam III. Jus Epiſcopale *præſcribi* poteſt non ſolùm ab aliis Epiſcopis, ſed etiam ab inferioribus, *per c. de quarta. 4. c. auditis. 15. c. cum olim. 18. X. de præſcr. & cap. ult. X. de off. Archidiac. Balb. de præſcript. part. 1. part. princ. 5. q. 14. n. 1. Boer. dec. 133. num. 10. Covarruv. in c. malæ fidei. de reg. jur. in 6to. p. 2. §. 10. n. 3. & paſſim. Gonzal. Tell. ad d. c. auditis. 15. n. 6. ſeq. Anton. Dadin. Alteſerr. ad Decret. Innoc. d. cap. 13. circ. fin. Wagnereck. ad cap. 3. verſ. neque & ad cap. 18. verb. confirmat. X. de præſcript. atque Heig. apud Klock. vol. 1. conſil. 51. n. 346.* modo actus Juris Epiſcopalis ab alio nomine Epiſcopi non peraguntur. *vid. Farinac. p. 2. dec. 248. n. 6.* Certum quidem eſt, quod Ju- 47
ra Epiſcopalia ſint ſpiritualia vel ſaltem ſpiritualibus annexa, & quod collatio beneficiorum ſive inſtitutio, per quam cura animarum traditur, pertineat ad juriſdictionem & Jura Epiſcopalia *c. conquerente. 16. X. de off. jud. ordin. & c. noſti. 9. de elect.* quæ inſtitutio tamen per inferiorem contra Epiſcopum, ut conſuetudine, ſic etiam præſcriptione acquiri nequit. *c. ex frequentibus. 3. de inſtit. c. cum ſatis. 4. de off. Archidiac.* Verùm licet concedamus Jus Epiſcopale ita ſe habere, manet tamen in commercio, quatenus per legitimos titulos acquiritur, transfertur & retinetur. In *c. ex frequentibus 3.* tantùm reprobatur 48
conſvetudo, per quam Clerici recipiunt beneficia ab his, qui poteſtatem ea conferendi non habent, unde Pontifex *in d. c.* requirit conſenſum Epiſcopi vel Officialium, non tamen ut excludat alios, qui privilegio vel præſcriptione inſtituendi poteſtatem obti-

nue-

nuerunt, quos tacitè potius admittit in verb. *qui hoc de jure poſſunt.* In *c. cum ſatis* 4. rejicitur conſuetudo, per quam Archidiaconus inſtitutionem peragit nomine proprio, non verò ex perſona & vi-
49 ce Epiſcopi, ut deducit *Gonzal. Tell. ad d. t.* Neque ſolùm hæc præſcriptio in vulgaribus Juris Epiſcopalis actibus, ſed etiam in arduis procedit, & quæ ſolis Epiſcopis eorumque dignitati reſervantur, ut colligitur *ex c.* 16. *X. de præſcr.* atque ex cognitione cauſarum matrimonialium, quæ de arduis eſt. *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 20. & tamen *in d. c. auditis.* 15. *X. de præſcript.* ab inferioribus acquiri poteſt. *Balb. d. l. n.* 85. *Covarruv. de ſponſ. d. p.* 2. *c.* 8. §. 12. *in pr. Barboſ. cit. alleg.* 125. *n.* 7. modo legitimum tempus intervenerit, quod de jure Canonico, quoad jura eccleſiaſtica, ſi perſona eſt capax, eſt tempus 40. annorum. *c. de quanta.* 4. *X. de præſcript. ibiq; Gonz. Tellez. n.* 5. *in fin. &* 6. *Brunn. lib.* 3. *jur. Eccleſ. c.* 7. *n.* 12. quandoque vero tempus immemoriale. *Brunnem. d. lib.* 3. *c.* 1.
50 *n.* 4. Licet autem inferior Prælatus, juxta hactenus dicta, poſſit Jus Epiſcopale præſcribere, ſi omnes ejus actus per legitimum tempus exercuerit, præſcribendo tamen in certis articulis non ſtatim acquirit totum Jus Epiſcopale, quia præſcriptio facta in certis articulis non porrigitur ad alios, ut, qui præſcripſit decimas illis non ſtatim præſcripſit in novalibus, *per c. cum contingat.* 29. *X. de decim.* & tantùm dicitur præſcriptum, quantum poſſeſſum, *arg. l.* 18. §. *ult. de acqu. vel amitt. poſſ. Altſerr. ad d. c.* 15. *X. de præ-*
51 *ſcript.* Excipiuntur tamen ab hac præſcriptione reſervata Ordini Epiſcopali, quæ ab illis, qui ordinem illum non habent, ob deficientem legitimam poſſeſſionem acquiri nequeunt. *Barboſ. c. l. n.* 8. Porrò excipiuntur alia ſpeciatim in jure prohibita, ut *in c. cum ex officii* 16. *X. de præſcr.* Unde licet ſubditi præſcribere poſſint exemtionem & libertatem à nonnullis oneribus, in quibus ſubjiciuntur Epiſcopo, non tamen poſſunt præſcribere exemtionem ab obedientia, *per c. cum non.* 12. *X. de præſcr.* niſi per præſcriptionem acquiratur alii, cui ſubditi ſe ſubjecerunt, *per c. cum olim.* 14.
52 *circ. fin. de privil. Barboſ. d. l. alleg.* 128. *n.* 12. *& ſeq.* Quæ de præſcriptione ſunt dicta, congruè quoq; IV. *ad Conſvetudinem* extendi poſſunt, cum & illa in cauſis eccleſiaſticis procedat, *per c. cum contingat.* 13. *X. de for. comp.* modò legitimè præſcripta ſit, ſive per actus ſufficientes intra congruum tempus inducta. *c. fin. X. de conſuet.*

ſuet. Gonzal. Tell. ad c. 7. X. de conſu. n. 13. in fin. Ea enim, quæ per privilegium & præſcriptionem acquiruntur, etiam conſvetudine acquiri poſſunt, *per c. duo ſimul. 9. X. de offic. jud. ordin.* quanquam & illa, quæ circa unum actum eccleſiaſticum eſt introducta, perinde ac præſcriptio, ad alios extendi nequeat. *Cothman. vol. 5. reſp. 1. n. 470. ſeq. Carpz. lib. 2. def. Eccleſ. 344. n. 13.* Tandem denique V. acquiſiti Juris Epiſcopalis exercitium committitur aliis *per Delegationem ſive mandatum.* Inter quæ duo quidem nonnulli Ca- 53
noniſtæ differentiam agnoſcunt, ut aliam putent eſſe mandatam jurisdictionem, aliam vero delegatam, teſte *Engel. lib. 5. Coll. jur. Canon. tit. 5. n. 2.* Alii tamen, nec ſine cauſa, rejiciunt, cum mandatæ jurisdictioni Canones delegatam, à poteſtate tamen judicis delegati in jure civili differentem, ſurrogaverint. Vid. *Sutholt. de jurisd. §. 341. atque §. 372. & Pauermeiſt. de jurisd. lib. 1. c. 12. num. 7. & paſſim.* Illa quidem, quæ ſunt *ordinis*, delegari nequeunt, 54
cum propter characterem, ex quo proveniunt, ſint indelegabilia, *per c. aqua. 9. X. de conſecr. Eccleſ.* Utut enim, ex veriori jam antea deducta ſententia, Epiſcopus quoad ordinem nihil præcipui præ reliquis presbyteris habeat, ut hac ratione ea, quæ ordinis ſunt, aliis quoque Eccleſiæ miniſtris concedi queant. *Ziegler. ad Lancel. lib. 2. tit. 18. §. 17. inf.* Attamen, ex conſvetudine & conſtitutione eccleſiaſtica, plura Epiſcopo conceſſa ſunt præcipua, quæ per delegationem in alios transferri nequeunt. Et quamvis per 55
d. c. 9. Canoniſtæ tradant, quod Pontifex etiam conſecrationem Eccleſiæ ſimplici presbytero committere poſſit, teſte *Gonz. Tell. ad d. c. aqua. 9. n. 3. in fin.* aliud tamen in Epiſcopis ſtatutum, qui ea, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, aliis clericis committere nequeunt, niſi delegatio fiat perſonæ, quæ actus illos ratione proprii ordinis peragere poſſit, per *c. ſuffraganeis 11. X. de elect. Venat. in anal. jur. Pont. tit. de off. & pot. jud. del.* ſecundum quod Metropolitanus, non conſecratus, conſecrationem ſui ſuffraganei alii delegare poteſt Epiſcopo, qua de re plura vid. *apud Gonz. Tell. ad cit. c. 11.* Imò Epiſcopum ante conſecrationem ea, quæ ordinis ſunt, alteri delegare Epiſcopo, ipſique licentiam concedere poſſe, ut in ſua Eccleſia pontificialia exerceat, teſtis eſt *Engel. lib. 1. Colleg. jur. can. tit. 24. n. 55.* Reliqua vero, & quæ *jurisdictionis* ſunt, ab Epiſcopo 56
delegari poſſunt. *Gonz. Tell. cit. l. n. 3. & 4. atque Lancel. lib. 2. Inſtit.*

Digitized by Google

jur. Can. tit. 16. §. 17. imò quandoque debent, ſi, ob amplitudinem diœceſeos aliasque occupationes, ſolus Jus Epiſcopale exercere nequeat, tunc enim ratio naturalis exigit, ut juſtitiæ litigantium & ſtatui eccleſiaſtico per delegatos & vicarios conſulatur. *Barboſ.*
57 *de poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 54. n. 125.* de quibus vicariis jam in anteced. *c. 4. n.* 55. actum eſt, proinde hic nihil amplius monendum, quam quod delegati variæ conditionis ſint; Quidam enim (1) *generale* habent mandatum ad totam jurisdictionem Epiſcopi in ejusdem tribunali exercendam, qui, propter præeminentiam ſui officii, in dignitate conſtituti eſſe cenſentur, per *clem. 2. de reſcript. & c. ſtatutum. eod. in 6to.* atque adminiſtrationem non tantum in temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus habent, uti apparet ex formula, quâ vicarius Epiſcopi generalis conſtituitur ap. *Barboſ. c. l. n. 56.* quamvis ad vicarium generalem conſtituendum ſola quoque ſufficiat conceſſa adminiſtratio ſpiritualium, per *Concil. Trid. ſeſſ. 13. de reform. c. 2.* & tradita *Barboſ. c. l. n. 57.* atque hi vo-
58 cantur *Generales* ſive *Officiales Epiſcopi*; Alii verò (2) ſunt, qui ab Epiſcopo, habente amplam diæceſin, in *certa* ejusdem *parte* conſtituuntur, obque id *Foranei* nuncupantur, quia foris, id eſt, extra locum, in quo Epiſcopi ſedes eſt, ejus vice funguntur. *Gloſſ. in clem. etſi principalis verſ. foraneus. de reſcript. & in c. Romano 1. de off. ordin. in 6.* Inter hos & vicarios generales hoc intereſt: Vicarii generales exercent ſuam poteſtatem in ipſo tribunali Epiſcopi, quare à vicariis generalibus non ad Epiſcopum ejusque Conſiſtorium, ſed ad Archi-Epiſcopum appellatur, ne ab eodem ad eundem appellatio interponatur, *per c. 2. de conſu. in 6. & c. Romana 3. pr. de appell. in 6.* Jurisdictio quippe vicarii ita connexa eſt cum jurisdictione Epiſcopi, ut, ſuſpenſo & excommunicato Epiſcopo, cenſeatur quoque ſuſpenſa jurisdictio vicarii. Vid. prolixe *Sigum. Scacc. de appellat. q. 8. art. 3.* Itaque ſententia quodammodo ab ipſo Epiſcopo mandante & in eodem auditorio prolata cenſetur, ad quem ſi provocaretur, ab eodem ad eundem appellatio fieret. *Franciſc. Duar. de Sacr. Eccleſ. Miniſt. lib. 3. c. 7. Ziegler. ad Lancel. lib. 1. tit. 16. §. ult.* Vicarii verò foranei ſeparatum tribunal habent, unde ab ipſis ad Epiſcopum appellari poteſt. Vid. *cum allegat. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 3. c. 45. q. 12. & 15. Sanchez. de matrim. lib. 3. diſp.*
59 *29. n. 12. Barboſ. d. alleg. 54. n. 22.* Alii denique (3) ſunt, quibus una

Digitized by Google

una vel altera particularis cauſa, hinc inde emergens, cognoſcenda & terminanda committitur, & hi proprie ac ſimpliciter *delegati* vocantur, de quibus potisſimum *tit. X. de offic. & pot. jud. deleg.* loquitur. *Engel. lib. 5. Coll. jur. Can. tit. 6. num. 2.* Hique à vicariis generalibus in eo diſtingvuntur, quod vicarii gerant vices Ordinariorum in eodem loco & tribunali, quo ipſi ordinarii judicare ſolent, delegati verò quandam ſaltem ſpeciem jurisdictionis conceſſæ atque diverſum planè tribunal habeant, inde non ad ſuperiorem, ſed ad eum, qui delegatum conſtituit, appellandum eſſe dicunt Canoniſtæ, perinde ut à vicario foraneo. *Marant. de appell. num.* 381. *Covarr. pract. quæſt. 4. num. 8. ac Beſold. de appell. c. 4. n.* 15. Quamvis enim à ſententia ejus, cui mandata jurisdictio, non mandans, ſed hujus ſuperior appellandus ſit de jure civ. *l. 1. pr. &* §. *1. l. ult. ff. quis & à quo appell.* attamen hodiè receptum eſſe dicunt Dd. ut à delegato ad delegantem appelletur. *Gail. 1. obſc. 121. per tot. Carpz. lib. 3. reſp.* 124. *n. 5. Scacc. de appell. qu. 8. n.* 14. ſive tota cauſa, ſive pars tantùm ſit delegata. *Scacc. cit. qu.* 8. *n.* 17. *Brunnem. ad l. 1. & 16. C. de appell. n. 7.* Ex eoque principio defendi poteſt, quod de appellatione delegati ad delegantem tradunt Canoniſtæ, vid. *Wagnereck. ad rubr. tit. de off. & poteſt. jud. del.* aliàsque ſecundum analogiam juris civilis maximè dubium eſt, teſte *Gonz. Tell. ad c. 27. X. de off. & pot. jud. del. n. 5. ſeq.* Etſi verò Vicarii generale mandatum habeant, non tamen omnia peragere poſſunt, quæ Epiſcopus ipſe, quia multa negotia ſpeciale mandatum requirunt, quæ vel in jure ſpecialiter ſunt excepta, vel ardua & magni præjudicii, ut veroſimiliter prohibere cenſeatur Epiſcopus, ne ſine ipſius præſcitu expediantur, horum catalogum recenſet *Engel. Colleg. Jur. Can. lib. 1. tit. 33. n. 11. poſt Aug. Barboſ.* qui *cit. alleg. 54. n. 60. & ſeq.* caſus 19. exceptos refert. Debet autem Epiſcopus in vicarium 61
eligere clericum non laicum, *per c. decernimus. 2. X. de judic.* cum videatur inconveniens, ut laicus perſonam Epiſcopi repræſentet, in ejus tribunali præſideat, ac ſpiritualem jurisdictionē exerceat, contra *d. c. 2.* Poſſe tamen cauſas civiles & temporales laicis ab Epiſcopo delegari, non improbabiliter docet *Gloſſ. in d. c. verſ. non præſumant. ac Panormit. ibid. n. 9.* Sicut & aſſeſſores & conciliarii eſſe poſſunt, non tantum in cauſis eccleſiaſticis, ſed & criminalibus contra cle-

clericos. *Felin. ad d. c. decernimus. 2. X. de judic. & Barboſ. cit. tr. alleg.* 108. ubi hæc omnia, quatenus ſcil. poſſit Epiſcopus laico cauſas civiles delegare, & quatenus aſſeſſorem laicum in cauſis criminalibus clericorum aſſumere poſſit, latius declarat. Qualis autem
62 Clericus ſit, cui Jus Epiſcopale mandatur, nihil intereſt. Quamvis enim Pontifex cauſas Eccleſiaſticas nonniſi illi delegare poſſit, qui dignitatem, aut perſonatum, vel ſaltem locum inter Canonicos Eccleſiæ cathedralis habet, *per c. ſtatutum.* 11. *de reſcript in 6to.* aliud tamen obtinet in Epiſcopis, qui etiam ſimplici clerico cauſas ſuæ diœceſeos concedere poſſunt, per *c. cum. Epiſcopus. 7. de off. ord. in 6.* rationem diverſitatis à meliori notitia delegati, quam Epiſcopus præ Pontifice habet, deducit *Vallenſ. ad. tit. X. de off. & pot. jud. del.* §. 3. *n.* 3 Hinc & *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de reform. c.* 10. perſonas idoneas juxta *d. c. ſtatutum* in Synodis provincialibus & diœceſanis conſtituendas eſſe jubet, quibus à Sede Apoſtolica ejusque Legato cauſæ ad forum Eccleſiaſticum pertinentes conce-
63 dantur. Modos hos, quibus Jus Epiſcopale partim acquiritur, partim etiam quoad exercitium in alium transfertur, ipſa quoq; Eccleſiarum Proteſtantium praxis comprobat, ita tamen, ut alios quoque ſuperaddat, unde non incongruè dividi poſſe videntur in *eminentiores* ac *ſpeciales*, qui ſolis Superioribus atque immediatis Imperii conveniunt, atque *vulgares* aut *communes*, qui & in-
64 ferioribus ac mediatis competere poſſunt. Ad *priores* pertinent (1) *Electio* atque *Poſtulatio Epiſcoporum* Auguſtanæ Confeſſionis, quæ, pro modo & conſvetudine in quovis Capitulo recepta, peragitur, Papalibus ſolennitatibus non attentis, (*Sithm. de Jur. Epiſcop. c.* 6. *n.* 46. & 47. ubi & modum obſervatum in electione Epiſcopi Camminenſis annectit, *it. c. 7. n. 5. & ſeq.*) ſicq; etiam neglecta confirmatione Pontificis ac pallii redemtione. In *Inſtrument.* quippe *Pac. art.* 5. §. 6. diſertè diſpoſitum eſt, quod Archi-Epiſcopi, Epiſcopi atque Prælati Auguſtanæ Confeſſionis, non expectata confirmatione Pontificis atque redemtione pallii, poſtquam intra annum electionis aut poſtulationis ſuæ fidem fecerunt, absque ulla expectatione inveſtiendi, ad Comitia Imperii vocandi, ac titulo electorum & poſtulatorum in Archi-Epiſcopum, Epiſco-
65 pum, Abbatem atque Præpoſitum denotandi ſint. Quæ ſanctio ſua non deſtituitur ratione. Quamvis enim textus juris Canon. dis-

Digitized by Google

diſponant, ut electus, qui omiſſa confirmatione ſe ullo titulo aut prætextu adminiſtrationi Eccleſiæ ingerit, jus ex electione quæſitum amittat. *c. qualiter 17. c. nihil 44. pr. X. de elect. & c. avaritia. 5. eod. in 6to.* Attamen ſi electus vel poſtulatus in Epiſcopum juſtis de cauſis impediatur, quò minus confirmetur ac conſecretur cujusmodi impedimenta in Epiſcopis Aug. Confeſſionis occurrunt, nihilominus Jus Epiſcopale exercere, inque ejus poſſeſſione & exercitio juſte ſe tueri poteſt. Non ſolum enim è manibus Capituli, quod Senatum Eccleſiæ perpetuum repræſentat, *c. Eccleſia. 7. c. 16. qu. 1.* & ſede vacante adminiſtrationem habet, *c. un. de major. & obed. in 6to.* ſedem & poſſeſſionem legitimam nanciſcitur; Sed & ipſum jus Canon. his, qui extra Italiam in concordia electi aliasq; à Pontifice confirmanti ſunt, poteſtatem concedit, ſtatim ab electione, etiam ante confirmationem, tam ſpiritualia quam temporalia Eccleſiæ ſuæ adminiſtrandi *in d. c. 44. §. cæterum. X. de elect.* Explicant quidem Dd. hunc textum *ex verſ. diſpenſative*, ut non proprio jure, ſed ex diſpenſatione Pontificis, Epiſcopis nondum confirmatis hæc facultas competat, unde probant praxin Epiſcoporum Indiarum, ubi Epiſcopi à Rege Hiſpaniæ præſentati, cum literis ad Capitulum miſſis rite omnia exercent, propter diſtantiam regnorum & difficultatem navigationis. *Vid.* poſt allegatos *Gonzal. Tell. ad. c. 9. de elect. n. 8.* Sed tamen ex *hoc. c.* colligunt Canoniſtæ, quod electus ad dignitatem, Sedi Apoſtolicæ immediate in partibus remotis ſubjectam, poſſit Epiſcopatum adminiſtrare ante confirmationem, propter utilitatem & neceſſitatem Eccleſiæ. *vid. Barboſ. ad d. c. 44. X. de elect. n. 5.* Ulterius quoque Pontificii Epiſcopi in Imperio noſtro progreſſi ſunt, ut horum potentiſſimi & illuſtriſſimi confirmationis & conſecrationis ἀκρίβειαν parum curaverint, ac nihilominus titulo & nomine dignitatis ſuæ Epiſcopalis, nemine in Imperio Romano improbante aut denegante, uſi fuerint, quod exemplis comprobat *Ohm. de Jur. Epiſc. th. 15. lit. e. & f.* (2) *Superioritas territorialis.* Poſtquam enim 66
per Pacem religioſam, illamque confirmans *Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec. c. art. 5.* omne jus diœceſanum & tota jurisdictio Eccleſiaſtica cum ſuis ſpeciebus contra Auguſtanæ Confeſſionis Electores, Principes cæterosque Status, comprehenſa libera Imperii Nobilitate, usque ad compoſitionem Chriſtianam disſidii religionis ſuſpenſa,

atque hæc ſuſpenſio in ſequenti *art. 7.* ad Reformatos quoque extenſa eſt; Jus Epiſcopale cum Sacrorum jure Evangelicis Statibus quoque conceſſum, vel potius reſtitutum fuit, ut adeo hac ratione Jus Epiſcopale ac jurisdictio Eccleſiaſtica à jure territorii dependeat. *Carpz. lib. 1. def. Eccleſ. 2. conf. Diſſ. noſtr. de for. immed. Imp. Proteſt. &c. ſect. 2. num. 40.* Hinc & pro Principibus & Statibus Imperii ob Superioritatem territorialem ſemper præſumitur, eorumque de jurisdictione intentio in omnibus ſubjectis provinciis contra quosvis fundata cenſetur. *Cothm. vol. 4. reſp. 33. num. 4.* add. *Merckelbach. apud Klock. tom. 1. conſil. 9. n. 5. & Mev. p. 2. dec.*
67 *313. num. 8.* *Poſteriores*, quæ inferioribus æque contra ſuperiores, ac ſuperioribus quoad alienum territorium competunt, ſunt (1) *Privilegium.* Quoniam enim Principibus Proteſtantibus vigore jurisdictionis territorialis jurisdictio Eccleſiaſtica competere cœpit, nihil quoq; vetat, quo minus hi eandem perinde ac jurisdictionem civilem & criminalem aliis concedere poſſint, id quod civitatis Stralſundenſis privilegium, teſt. *Heig. apud Klock. vol. 1. conſ. 51. n. 236. Mev. p. 2. dec. 385. & Brunn. de jur. Eccl. lib. 3. c. 1. n. 4.* com-
68 probat. Opus tamen eſt expreſſa conceſſæ jurisdictionis Eccleſiaſticæ mentione. *Mev. p. 7. dec. 26. n. 5.* Hinc ſi literæ privilegii jurisdictionem in genere concedant, jurisdictio Eccleſiaſtica neutiquam conceſſa erit. Hæc namque ab illa plane diſtincta eſt, ut Princeps non præſumatur jurisdictionem Eccleſiaſticam, tanquam rem gravisſimam, concesſiſſe, *Brunnem. c. l.* etiamſi aliquem inveſtierit *cum jurisdictione tam ſacra, quam profana*, mit geiſtlichen und weltlichen Gerichten / hisce ſiquidem verbis jus Patronatus potius & Advocatiæ Eccleſiaſticæ conceſſum videtur, ut cum JCtis tradit *Weber. de Conſiſt. c. 41.* quem ſequitur *Brunnem. cit. loc.* niſi Principem de concedenda quoque jurisdictione Eccleſiaſtica cogitaſſe, ex adjunctis verbis conſtare queat. *Heig. d. conſil. 51. num. 236. ſeqq.* add. *Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. c. 38. num. 11.* Neque intereſt, utrum privilegium illud ex cauſa lucrativa, an ex cauſa oneroſa conceſſum ſit, niſi quod hoc poſterius annulari nequeat, cum etiam ex jure per factum accipientis quæſito dependeat. *Cz. lib. 2. def. Eccl. 415. n. 1. ſeq.* quanquam & prius irrevocabile fiat, ſi vel per modum conventionis vel ſub fide & dignitate principali detur, cum hæc verba inter Principes juramento æqui-

æquipolleant. *Gail. 2. O. 59. Mynſing. cent. 1. Obſ. 17.* unde in du-
bio privilegium irrevocabiliter datum cenſetur. *Carpz. cit. def. 415.*
n. 15. (2) *Præſcriptio*, per *text. antea ex Jure Can. cit. Heig. ap.* 69
Klock. d. conſ. 51. n. 239. ſi quis ſcilicet actus Juris Epiſcopalis ex-
erceat ſciente ac patiente ſuperiore, ſive ſuperior ſit dominus ter-
ritorii, ſive alius quispiam, cui Jus Epiſcopale in loco iſto com-
petit, niſi tali privilegio ſit munitus, quod annexam habet clau-
ſulam contrariorum prohibitivam, contra quam concesſionē nulla
currit præſcriptio. *Merckelb. ap. Klock. vol. 1. conſ. 11. n. 235. ſeq.* (3) *Con-*
ſuetudo, per quam æque ac per privilegium aut præſcriptionem Jus 70
Epiſcopale acquiritur, ut præter ea, quæ ex jure Canon. adducta
ſunt, patet *ex Carpz. lib. 1. def. Eccleſ. 38. n. 7. Merckelb. ap. Klock. tom.*
1. conſ. 14. n. 28. & Heig. ap. Klock. tom. 1. conſ. 51. n. 257. Quamvis enim
hæc conſvetudo juri publico, vigore cujus jurisdictio Eccleſiaſtica
penes Principes eſt, contrariari, adeoq; irrationabilis eſſe videa-
tur; Attamen cum nullibi in jure Divino ſolis Superioribus, cum
excluſione inferiorum Magiſtratuum, adſcribatur, ſed ſolum-
modò jure humano ac Eccleſiaſtico, conſvetudo quoque iſta pro
invalida haberi nequit, ex communi Dd. dogmate, quod con-
ſvetudinem contra LL. poſitivas admittit. *Schneidew. ad §. 9. Inſt.*
de J. N. G. & Civ. n. 4. Mynſing. cent. 4. obſ. 24. tandem (4) *Poſ-* 71
ſeſſio ſive *Obſervantia* per *Pac. Religioſ. & Pacif. Oſnabrug.* confir-
mata. Quicquid enim Jurisdictionis Eccleſiaſticæ aut Juris Epi-
ſcopalis Principes Proteſtantes aut Magiſtratus minores ante Pa-
cificationem religioſam exercuerunt, aut quacunque milleſimi
ſexcenteſimi vigeſimi quarti anni parte, illud ipſis per Pacifica-
tiones has partim relictum, partim etiam confirmatum eſt, adeo
ut in ejus quieta poſſesſione permanere jubeantur. *Rec. Imp. de*
anno 1555. §. damit auch. *Inſtrum. Pac. art. 5. §. 12. Cothm. vol. 4. reſp.*
33. n. 39. ſeq. Matth. Stephan. de jurisd. l. 3. p. 1. c. 14. n. 12. ſeq. Mev. p.
2. dec. 303. Conjunctim hos modos recenſet *Inſtrum. Pac. cit. art. 5. §.*
12. in verbis: Hoc tamen, ubi Statuum Catholicorum Landſasſiis Auguſta-
næ Confeſſionis exercitium cum annexis relinquitur, ſi habuerint certo pa-
cto, aut privilegio, ſive longo uſu, ſive ſola deniq; obſervantia anni 1624.
Sed quær. utrum Jus Epiſcopale, per unum horum modorum ab 72
inferiori acquiſitum, *cumulativè* an *privativè* quæſitum intelliga-
tur?

Digitized by Google

tur? Sanè de privilegio ac præſcriptione *poſterius* dicendum videtur, *ob c. auditis 15. X. de præſcript.* atque rationem, quod privilegium, ob bene merita conceſſum, in contractum tranſeat. *Barb. locuplet. lib. 14. cap. 83. ax. 27.* eidemque præſcriptio æquiparetur. *Balb. de præſcript. p. 1. q. 6. num. 7.* ut adeò per modum contractus quæſitum intelligatur, qualis acquiſitio ſemper privativè facta cenſetur, per tradita *Thom. Michael. apud Klock. vol. 1. conſ. 29. num. 177. ſeqq.* Hinc Jura Epiſcopalia non competere præſcribenti cumulativè cum Epiſcopo, ut iis uterque utatur & locus ſit præventioni, ſed privativè reſpectu ſcil. Epiſcopi, ita ut ſolus inferior præſcribens utatur, Epiſcopus verò ab uſu excludatur, obſervant *Abbas Fel. Imol. Bald. Covarr. aliiq; relati à Barb. de pot. Epiſc. p. 3. alleg. 127. n. 14.* qui omnes inſimul urgent naturam præſcriptionis.
73 Add. *Balb. de præſcr. p. 5. n. 88. & p. 2. n. 22.* Idem de obſervantia & conſvetudine dicendum videtur, cum conſvetudinis & privilegii par cenſeatur ratio, *per c. 16. §. præterea. de V. S.* etiam in materia jurisdictionis *c. cum contingat. 13. X. de for. comp.* quæ non cumulative, ſed excluſive ſeu privative ab inferiori quæſita videtur, teſte *Merckelbach. apud Klock. vol. 1. conſil. 50. n. 231. & ſeq.* Hinc fluit, quod contra inferiores, jurisdictionem Eccleſiaſticam ea ratione habentes, præventio induci, aut in prima inſtantia Epiſcopus aliusque Superior, Jure Epiſcopali gaudens, regulariter adiri nequeat. *Matth. Steph. de jurisd. lib. 1. c. 26. n. 18.* item, quod Superior cauſas eccleſiaſticas coram inferioribus pendentes avocare nequeat. *Steph. c. l. lib. 3. p. 1. c. 15. n. 6. ſeq. Carpz. lib. 3. def. Eccleſ. 14. n. 7.* niſi per appellationem ad illum devolvantur. Nam & à ſententiis, in cauſis Eccleſiaſticis latis, appellatio admittitur, modò non expreſsè prohibeatur, quia de jure Can. in omnibus etiam minimis cauſis appellatio conceditur, *per c. de appellationibus 11. X. de appell.* niſi expreſſa prohibitio in contrarium adſit, de qua vid. *Vallenſ. ad tit. X. de appell. §. 4. per tot.* hæcque prohibitio ſubeſſe videtur, ſi Statui Catholico ſubſint inferiores, juxta *Inſtr. Pac. art. 5. §. 12.* ne, quod una via ipſis conceſſum eſt, alia
74 iterum auferatur, contra *cap. 84. de R. I. in 6to.* Contrarium, & quod Jura Epiſcopalia, aliaque ſimilia, non privativè, ſed cumulativè competant, in puncto præſcriptionis *Hoſtienſ.* aliique citati à *Covarruv. in c. alma mater p. 1. §. 12. n. 3.* defendunt, pro quibus facit,

Digitized by Google

cit, quod jurisdictio & poteſtas ſpecialiter alicui conceſſa intelligatur non privativè, ſed cumulativè data, reſpectu illius, qui ordinariam de jure habet, *arg. l. 1. C. de off. Praf. Urb. l. f. C. de jurisd. omn. jud. it. c. per hoc. 17. de hæret. in 6to.* Add. *Farinac. deciſ. Rot. Rom. noviſſ. 708. num. 3. & 12. it. dec. 717. n. 4.* ubi nonnulla ad conceſſionem cumulativam facientia proponit. Conciliationis 75
gratia diſtinguit *Barboſ. de pot. Epiſc. d. alleg. 127. n. 18.* inter caſum, quo Epiſcopus per integrum præſcriptionis tempus planè non eſt uſus jure ac jurisdictione Epiſcopali, & inter eum, quo per idem tempus uſus fuit, ut priori caſu inferiori privativè competat, poſteriori verò commulativè tantùm. Quamvis enim Epiſcopus, contra quem præſcribitur, ſi exerceat jurisdictionem, videatur præſcriptionem interrumpere, tamen hujusmodi uſus tantùm præſcriptionem privativam impedire & efficere videtur, ne præſcribens ſolus Jus Epiſcopale acquirat, non verò ita obeſſe præſcriptioni, quò minus cumulativè alter ſibi adipiſcatur Jus Epiſcopale. Cum enim duo jus illud in eodem loco exercere poſſint, præſcriptioni cumulativæ non adverſari videtur uſus Epiſcopi. Verùm utut largiamur, Jus Epiſcopale, ob ſuſpenſam juris- 76
dictionem Eccleſiaſticam, Statibus Imperii certo reſpectu privativè competere, quamvis & de hoc aſſerto judicium *Mev. p. 3. dec. 305. n. 11.* notatu dignum ſit; tamen cum & Landſaſſii, Comites, Barones, Nobiles & Civitates Jus Epiſcopale atque Conſiſtoriorum acquirere poſſint vel conceſſione expreſſa, vel etiam tacita per præſcriptionem, ut exemplo Stralſundæ demonſtravimus, ibi enim Senatus habet ſuum Conſiſtorium, cui præſunt & Theologi & JCti. *v. Heig. ap. Klock. vol. 1. conſil. 51. per tot. Mev. p. 3. dec. 114. & Brunnem. lib. 3. jur. Eccleſ. c. 1. n. 4.* ante omnia conceſſionis tenor inſpiciendus, ex eoque judicandum eſt, quomodo exercitium Juris Epiſcopalis à Superiore conceſſum ſit, an privativè, an cumulativè. Si de hac conceſſione non appareat, acquiſitio in certis juribus facta ultrà iſtos actus extendi nequit, per tradita *Brunnem. tit. lib. 3. c. 7. n. pen. add. Thom. Merckelb. apud Klock. vol. 1. conſil. 42. n. 14.* Tandem in dubio conceſſio hujus juris à Superiore, perinde ut jurisdictionis in genere, ſubordinatè facta videtur. Eſt enim jurisdictio Epiſcopalis perpetua ſequela Superioritatis principalis, quia turbata religione reſpubl. turbatur.

vid. *Heig. apud Klock. cit. conſ.* 51. *n.* 313. Quare hæc ſubordinatio in ea tanto magis neceſſaria eſt, ut ſuperiores in caſibus, quibus vel per legitima remedia ſuſpenſiva cauſæ Eccleſiaſticæ ad illos devolvuntur, vel negligentia aut iniqua adminiſtratio inferioris deprehenditur, partes ſuas interponant. Hucque ſpectare videntur, quæ proponit *Mev. p. 3. dec.* 114. *poſt n.* 4. merito tamen excipitur caſus *num.* 73. *ſub fin.* propoſitus. Add. *Struv. Synt. Jur. Feud. c. 6. aph.* 18. *num.* 5. & quod regalia inferioribus, ſalvo jure Superioritatis, concedantur, teſte *Dn. Stryck. exam. jur. Feud. c.* 9.
77 *n. ult.* add. *Gonzal. Tell. ad c. auditis,* 15. *X. de praſcr. n. f.* Denique etiam in Proteſtantium Eccleſiis Jus Epiſcopale acquiſitum per *delegationem* alteri committitur. Eſt namque, quod Ordinem ſpectat atque illa, quæ L. Diœceſanæ ſunt, committitur Paſtoribus primariis, tanquam Superintendentibus, conceſſum, quanquam arbitrio Principum relinquatur, quibus exercitium horum actuum concedere velint. Quod enim hactenus Paſtoribus primariis has partes mandaverint, hoc eos non ſtatim obligat, quò minùs ex gravi aliquâ & ad Eccleſiæ utilitatem ſpectante cauſa aliis has partes deferre poſſint, prout in ſecretiori Conſilio Sereniſſimi Elect. Brandenburgici anno 1654. decretum eſſe refert *Dn. Stryck. in not.*
78 *ad Brunnem. lib. 2. jur. Eccleſ. c. 8.* §. 12. Jurisdictionem verò Eccleſiaſticam Principes ita exercent, ut cauſas eccleſiaſticas vel per Conſiſtoria ſua cognoſcant, vel per delegatos, ad quorum functionem etiam in foro Proteſtantium Politici admittuntur, cum reſervatione tamen ſententiæ à Conſiſtorio Principis promulgandæ. *Brunnem. cit. tr. lib. 3. c. 1.* §. 2. Solos namque laicos perſonam Epiſcopi, æque ac clericos, ex delegatione præſentare poſſe, tradit
79 *Ziegl. ad aur. prax. Calvol.* §. *Landſaſſii. concl. 1. n.* 189. Inde tamen neutiquam colligi poteſt, quod Judicia Eccleſiaſtica, in Anglia *Curia Chriſtianitatis*, penes Nos verò *Conſiſtoria* dicta, delegatam ſolummodo habeant jurisdictionem. Illud quidem propterea haud improbabile videtur, quod jurisdictio Eccleſiaſtica ſit ipſius Principis, perinde ut temporalis & ſecularis, ob quam cauſam Conſiſtorio delegatam à Majeſtate ſeu Principe jurisdictionem adſcribit *Brunnem. lib. 3. jur. Eccleſ. c. 10. n.* 1. Qui tamen Conſiſtoria iſta totum Eccleſiæ Presbyterium repræſentant, atque jurisdictionem Eccleſiaſticam tam in laicos, quoad cauſas eccleſiaſticas, quàm in cleri-

clericos exercent, adeoque ſeparatum forum conſtituunt. vid. *Henr. Gebhard. de pot. Eccl. n. 229. ſeq.* Ideo pro judiciis ordinariis 80
quidem habentur, ita tamen, ut declarationis gratia diſtingvendum ſit inter illa, quæ ad *jus Epiſcopale*, & quæ ad *jus Sacrorum* pertinent. *Priora* Conſiſtoriorum ſunt propria, & eatenus verum eſt aſſertum, quod jurisdictionem ordinariam habeant. Nam & ipſi Epiſcopi Catholici, quibus jurisdictio competit, ſeparata conſtituunt fora, in proceſſu & cognitione cauſarum eccleſiaſticarum & ſecularium obſervanda. Unde Collegio aut Archidiacono, cui jurisdictionem Eccleſiaſticam mandarunt, in ejusdem exercitio nec impedimento eſſe, nec cauſas avocare poſſunt, cum jurisdictione ſua ſe abdicaverint, niſi exemtio ſingularis facta ſit. vid. *c. cum contingat. 13. X. de for. comp. Gebh. c. l. Myl. ab Ehrenbach. in Gamol. Princ. c. 8. atque Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 23. num. 1.* *Poſteriora* vero non niſi ſpecialiter Conſiſtoriis committuntur, atque in his delegata Conſiſtoriorum jurisdictio eſt. vid. *Carpz. d. l. 3. def. Eccleſ. 7. n. 6. ſeq.* utpote in poteſtate judicandi de dubiis quæſtionibus circa fidem vel vitam occurrentibus. vid. *Brunnem. lib. 3. jur. Eccleſ. c. 1. n. 11. ibiq. Dn. Stryck. in not.* atque de his poſterioribus. *Brunn.* doctrina *cit. c. 10. n. 1.* intelligenda eſt.

CAPUT VI.

De Subjecto paſſivo, ſive diœceſi & perſonis Juri Epiſcopali ſubjectis.

Summaria.

1. Jus Epiſcopale in *Clericos & Laicos Diœceſeos* exercetur.
2. *Diœceſis* græcum eſt verbum, idem denotans, ac adminiſtrationem.
3. Temporibus Impp. plurium provinciarum adminiſtratio diœceſis vocata eſt.
4. Illam quoque *Tractum* nominatum eſſe credit *Carol. du Freſne*.
5. Quod alii reprobant.
6. In regimine Eccleſiaſtico diœceſes vocatæ ſunt provinciæ Metropolitanorum.

7. Et poſtmodum per abuſum Epiſcoporum diſtrictus, quæ ſignificatio paſſim in Jure Canonico occurrit.
8. Disquiritur, an per diœceſin in Jure Canonico etiam intelligatur provincia.
9. Tandem nomine diœceſeos intelligitur in Jure Canonico quævis Parochia.
10. Hic denotat *Diœceſis diſtrictum Epiſcoporum*, in qua ſignificatione deſcribitur.
11. Dividitur in *generalem*, ubi quid ſit.
12. Et *ſpecialem*, quæ deſcribitur.
13. Hæc poſterior ſe extendit ultra terminos territorii Epiſcopalis.
14. Unde differt jurisdictio ſecularis & Eccleſiaſtica.
15. Ob quam cauſam *diœceſis ſpecialis* conſtituta.
16. De origine *diœceſ. Anacleti* & *Clementis* recenſentur ſententiæ.
17. Quas doctiores, tanquam falſas, rejiciunt.
18. *Petr. de Marc.* Apoſtolis adſcribit, cui ſuffragatur *Barboſ.*
19. Qui tamen variat, atq; originem à *Dionyſio* deducit.
20. Alii referunt ad *Conſtantinum M.*
21. Denominatio Eccleſiarum à Provinciis à temporibus Apoſtolorum obtinuit.
22. Titus à Paulo, aliique Miniſtri Eccleſiæ à Tito conſtituti, non habuerunt certos diſtrictus.
23. Ad inſtar Imperii in diœceſes diviſi, Eccleſia quoque in diœceſes diſtingui cœpit.
24. *Diœceſium* ergò *conſtitutio conſvetudine* invaluit atq; *Jur. Can.* comprobata eſt.
25. & ſeq. Sub ea ante omnia (1) continentur *Civitatis Epiſcopalis*, ubi contraria ſententia diſtinguentium refutatur.
28. (2) *Parochia*, ubi de ambiguitate hujus vocis,
29. & unde dicantur,
30. Quid ſint.
31. Dividuntur in *ruſticas* & *urbanas*.
32. & 33. Parochiarum conſtitutio etiam conſvetudini & conſtitutionibus Eccleſiaſticis adſcribitur.
34. (3) Aliæ *Eccleſiæ & pia loca*, quæ recenſentur, & regula quædam additur.
35. A diœceſi Epiſcopus *Diœceſanus* nominatur.
36. Quandoque etiam *Ordinarius*.
37. Diœceſanorum tamen nomine etiam alii gaudent, qui Jus Epiſcopale habent.
38. Extra diœceſin Jus Epiſcopale exerceri nequit, ubi

de

de præſcriptione finium diœceſeos.
39. Et *modis*, quibus fines probantur.
40. Extra diœceſin permittitur JurisEpiſcopalis exercitium in caſu *Clem. un. de for. comp.*
41. Et in locis nullius diœceſeos, ubi quæritur, ad quem Epiſcopum in ſpecie illa loca pertineant.
42. Triplici modo locus nullius diœceſeos eſſe dicitur.
43. Intra diœceſin impeditur per *exemptionem.*
44. & 45. Quæ deſcribitur ac dividitur.
46. Quomodo exemptio acquiratur.
47. Probanda ſemper eſt.
48. Effectus exemptionis.
49. Quandoq; tamen Epiſcopus in exemtos habet jurisdictionem.
50. Recenſentur *Clerici*, qui Juri Epiſcopali ſubjiciuntur.
51. Sub *Laicis* quinam hic veniant.
52. Et quomodo deſcribantur.
53. In eos æque ac Clericos Jus Epiſcopale exercetur, cujuscunq; etiam ſint dignitatis.
54. Quod uberius deducitur.
55. *Differentia* tamen inter *Clericos* & *Laicos* hanc in rem intercedit.
56. Niſi Laici ſint conſtituti in *diœceſi generali* Epiſcoporum.
57. In qua ſecularem hodiè habent poteſtatem.
58. Etiam *Reges, Principes* & *Status Imperii Evangelici* duplicem repræſentant perſonam.
59. Non tamen duplicem habent diœceſin, ſed Jurisdictio Eccleſiaſtica regno & territorio circumſcripta eſt.
60. Niſi etiam extra territoria acquiſiverint.
61. Propter amplitudinem tamen regionum plura ſæpius conſtituuntur *Judicia Eccleſiaſtica.*
62. Recenſetur Conſilium Proteſtantium apud *Hortleder.* de defectu Epiſcoporum in Germania ſupplendo.
63. Ob quam cauſam Superintendentes & Inſpectores aſſignatis diœceſibus conſtituerunt.
64. Judiciis Eccleſiaſticis & Superintendentibus omnes in *diœceſi aſſignata* ſubjecti ſunt.
65. Tum *Clerici*, qui recenſentur.
66. Tum *Laici*, ſive ſint *Status Provinciales* & *Landſaſſii*, niſi exemptionem probaverint, ſive non.

Digitized by Google

67. Licet Apanagiatis ſubſint, quod tamen limitatur.

68. Ipſos quoque Principes ac Status Imperii Evangelicos Conſiſtoriis nonnulli ſubjiciunt.

69. Quod quoad conſentientes procedit.

70. Quoad diſſentientes difficultate haud caret.

71. Ratione Civitatum Imperialium aliorumque membrorum Status popularis res expedita eſt.

72. Reges Auguſt. Confeſſ. idem his in cauſis agnoſcunt judicium, quod in ſecularibus habent.

73. & 74. Ratione Statuum Imperii verò res maximè controverſa eſt, unde diverſæ recenſentur ſententiæ.

75 Tandẽ Concluſio in hac quæſtione cum voto adjicitur.

1 **M***Odis legitimis*, de quibus hactenus, acquiſitum *Jus Epiſcopale* in ſuos *ſubditos*, eosque cum *Clericos* tum *Laicos* exercent Epiſcopi, *per c. omnes. 4.* ✠. *de major. & obed.* habent ſiquidem certam diœceſin, inque ea ſubjectos ſibi clericos & laicos. *Clericos* equidem, quoad omnes omninò cauſas, omniaque crimina & pœnarum genera; Laicos autem, quoad cauſas ſolum, pœnas & cenſuras eccleſiaſticas, niſi in *diœceſi generali* ſint conſtituti, in qua jurisdictione quoque ſeculari pollent Epiſcopi, prout ex ſeq. patebit, vid. interim *Nicol. Myler. ab* Ehrenbach/ *in Archolog. Ord. Imp. c. 15. n. 5. Barboſ. lib. lib. 1. Jur. eccleſ. cap. 11. n. 108. atque Henric. Gebbard. alias Weſner dictus, de Poteſt. & Regim. eccleſiaſt. n. 217.* Quapropter ad meliorem hujus materiæ declarationem *primò* omnium *ipſa* Epiſcoporum *diœceſis* evolvenda, poſtmodum verò tractatio *de Clericis & Laicis*, in quos Jus Epiſcopale competit, adjuncto *uſu Eccleſiarum Evangelicarum*,
2 ſubjicienda erit. Et quidem quod ipſam *Diœceſin* concernit, vocem hanc græcam eſſe, quæ idem denotat ac adminiſtratio, in confeſſo eſt, ut præter locum apud *Aſchinem*, ubi adminiſtratio civitatis Διόικησις τῆς πόλεως vocatur, Lexicographorum tradita affatim comprobant, atque in iſta ſignificatione hac voce non ſemel uſus eſt *Cicero in Epiſt. ad. Attic. & ad Famil.* præcipuè verò cum Proconſulem egit in Cilicia, ſibi tres diœceſes commiſſas eſſe refert *lib. 13. Epiſt. famil. 67. ad Publ. Servil.* quæ cauſa eſt, quod *Joachim. Stephan. lib. 1. Inſt. Jur. Can. cap. 7. n. 5.* diœceſin ante tem-

pora

pora Imperatorum tantum gubernationem & procurationem in
certis partibus provinciarum fuiſſe aſſerat. Sed jam inde à 3
temporibus Imperatorum plurium provinciarum præfectura,
& adminiſtratio diœceſis appellari, atque provinciis opponi
cœpit, per *l. 14. C. de fund. patrim. l. 2. C. de milit. veſt. l. 9. C.*
Theod. de legat. & tradita Jac. Gothofr. in topograph. ejusd. Cod.
part. 1. de diœceſi hacque ratione *à Theodoro Balſam. ad Concil. Chal-*
cedon. deſcribitur, quod ſit ἡ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ,
quæ multas ſub ſe habet provincias, atque in hac poſteriori ſigni-
ficatione diœceſium mentio fit paſſim *in Cod. Theod. & Juſtin.* Eas- 4
que interdum *Tractus* præcipuè apud *Marcellin.* vocatas eſſe credit
Car. du Freſne in Gloſſar. verb. diœceſis, cui ſuffragatur, quod *Briſ-*
ſon. lib. 18. de V. S. tractum in genere pro plaga & regione accipi-
at. Verùm quia non ſolum cum Comite Orientis tractus Vica- 5
rii *in l. un. pr. C. ut omn. jud.* conjunguntur, ſed etiam *in l. 13. C.*
de fund. patrim. mentio fit tractus Orientis, Præfecto ſc. Prætorio
aſſignati; inde *Dn. Ziegler. in tr. de Epiſc. lib. 1. c. 4. n. 22.* non ſi-
ne ratione colligit, quod tractus plures potius contineat diœceſes,
perinde ut quælibet diœceſium plures provincias, habens ſuam
metropolim atq; regimen, Comitibus atque Vicariis conceſſum,
quibus tandem præerant Præfecti Prætorio. vid. *l. 2. in fin. C. Theod.*
de epiſc. jud. l. un. ejusd. C. de comit. & tribun. Schol. d. l. 9. C. Theod. de
legat. atq; præprimis Jacob. Gothofred. in tipograph. C. Theod. cit. loc. In- 6
deq; quoad *Regimen eccleſiaſticum* manavit, ut diœceſes potiſſimum
provinciæ dicerentur, quibus Metropolitani vel Archi-Epiſcopi præ-
erant, ut *in Concil. Chalcedon. can. 28.* quem cum aliis definitionibus
eccleſiaſticis hujus Concilii *Severin. Bin.* inter ejusdem acta re-
cenſet *p. 2. act. 15.* Confer. *Concil. Conſtantin. I. cap. 2. aliave loca*,
quorum mentionem fecit *Gonzal. Tellez. ad cap. 2. X. de pecul.*
Cler. n. 3. Hæcque acceptio vocis tum *Conciliorum actis*, tum *vete-*
ribus Eccleſiæ Doctoribus valdè familiaris eſt. Poſtmodum vero E- 7
piſcoporum diſtrictus, qui proprio vocabulo *Parochia* nuncupantur
per cap. 1. X. de Paroch. & cap. 1. X. de rapt. can. Apoſt. 14. alia-
ve Conciliorum loca, de quibus *Car. du Freſne in Gloſſ. verb. Paroch.*
per abuſum quoq; *diœceſes* appellari conſveverunt, vel quod qua-
ſi adminiſtrationem Epiſcoporum contineant, vel etiam, quod per
diœceſes Epiſcopatuum fines dividantur, uti nonnulli volunt,

teſte

Digitized by Google

teſte *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 1. c. 7. n. 8.* atque in hac ſignificatione diœceſeos verbum paſſim in Jure Canonico occurrit, quamvis hoc malo more fieri dicat *Paul. Dumay laudatus à Dn. Ziegler. d. c. 4. §. 26.* Vult porrò *Alciat. ad l. notionem. 99. §. 1. ff. de V. S. n. 11.*
8 quod in Jure Canonico diœceſis pro provincia accipiatur, quam in rem *can. ſcitote 2. cauſ. 6. q. 3.* allegat, cui ſuffragatur *Gonzal. Tellez. cit. loc. n. 3.* qui hoc aſſertum *ex Epiſt. Hinemar.* deducere conatur. Hinc poſtquam dominii poteſtatem & autoritatem Epiſcopi adepti ſunt, jus adminiſtrationis in dominium commutatum eſſe dicit *Joach. Stephan. cit. c. 7. n. 5.* ita, ut diœceſin & provinciam hoc tempore pro uno eodemque intelligamus. Sed textus, quo *Alciat.* utitur, hoc aſſertum neutiquam probat, ibi namque Pelagius Pontifex provinciam eſſe dicit, quæ præter Regem & minores poteſtates Metropolitanum aliosque ſuffraganeos, 10. vel 11. Epiſcopos habet; jam ſi Epiſcopus quilibet ſuæ præeſt diœceſi, ſequitur, quod in provincia plures ſint diœceſes, & conſequenter, quod etiam ſecundum iſtum textum inter provinciam & diœceſin maxima intercedat differentia. Et quamvis largiamur, *ex Epiſt. Hinemar.* hanc acceptionem evinci poſſe; tamen & ipſe *Hincmar.* alibi diœceſeos vocabulo in ampliori, à nobis ſc. explicato,
9 ſignificatu utitur, ut demonſtrat *Dn. Ziegler. cit. loc.* Tandem denique, & per majorem abuſum, diœceſeos nomine in Jur. Canonico quamvis *Parochiam*, vulgo ita dictam, denotamus, ut præter alios textus ex *c. presbyt. 2. X. de pecul. Cleric. Concil. Tarraconenſ. ſub Hormisda Pap. c. 7. 8. & 13. atque Capit. Carol. lib. 7. c. 32. apud Lindenbrog. in Gloſſ. liquet, vid. Carol. du Freſne in Gloſſ. cit. loc.*
10 *atq; cum alleg. Gonzal. Tellez. ad cit. c. 2. n. 3.* Eſt ergò hoc in loco territorium aut regio, ubi Epiſcopus jurisdictionem in ſpiritualibus habet, vel ubi eſt Epiſcopus aut Epiſcopatus, juxta *Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 20. n. 3.* & non incongruè deſcribitur per diſtrictum terrarum, exercitio Juris Epiſcopalis præfinitum. vid. *Dn. Textor*
11 *de jur. Epiſc. in terr. Proteſt. th. 14.* Eſt autem *diœceſis* ſecundum Canoniſtas *duplex; alia generalis, alia* verò *ſpecialis. Generalis* vocatur, quam habent Epiſcopi in terris eccleſiæ, ſive in feudis regalibus eccleſiaſticis, in quibus vel Cathedram habent, vel etiam Jus
12 Cathedræ ratione collegiatæ Eccleſiæ exercent, atque hæc territorio cohæret, imò territorium vocatur in *c. omnes baſilicæ 10. c. 16.*

q. 7.

q. 7. cujus reſpectu Epiſcopus dominus dicitur, qui jure territorii in hac diœceſi gaudet, adeoque non ſolum eccleſiaſtica jurisdictione. ſed etiam ſuperioritate & regalibus, quæ territoriis tanquam accidentia inſeparabilia inſunt, fruitur. *Matth. Stephan. de jurisd. lib. 3. p. 1. cap. 14. n. 9.* *Specialis* verò appellatur, quam habent in terris imperii, ſeu territoriis dominorum temporalium, vi- 12
gore cujus omnem jurisdictionem eccleſiaſticam, quoad res ſacras & religioſas, cauſas ſpirituales & ſpiritualitati annexas, cæteraque, quæ ſunt Ordinis & Legis diœceſanæ exercent, licet in profanis ac temporalibus rebus ac cauſis nihil ibi imperii habeant, illud enim penes Dominos territorii reſidet ac conſiſtit. At- 13
que ad hanc diœceſin ſpecialem ſpectat, quod cum *Seraphin. in deciſ.* atque *Hieron. de Mont.* aſſerit *Barboſ. de offic. & poteſt. epiſc. p. 1. tit. 1. c. 7. n. 15.* diœceſes Epiſcoporum non diſtingui juxta terminos dominii temporalis, ſed plerumque ſe extendere intra fines alterius dominii temporalis, ſed plerumque ſe extendere intra 14
fines alterius dominii. Unde, ratione hujus, inter jurisdictionem ſecularem & eccleſiaſticam ſubſequens intercedit differentia, quod prior territorium finibus ſuis clauſum agnoſcat; hæc verò non territoriis, ſed diœceſibus diſtinguatur, adeoque in propria quidem diœceſi, ſed tamen in alieno quoque territorio competat, ut ita quoad effectum illius nulla territoriorum diverſitas attendatur. *Johan. Thilemann. de Benign. Obſerv. Pract. cent. 2. obſ. 50. vot. 13.* cum ſæpius duo territoria ſub una diœceſi contineantur. vid. de hac dioeceſeos diviſione præ cæteris cum *Joachim. Stephan. lib. 1. Inſt. juris Can. c. 7. n. 10. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 3. p. 1. c. 14. n. 11. & ſeqq.* atque *Gebhard. dict. tract. n. 216.* Vel ideò autem dioe- 15
ceſin ſpecialem conſtitutam eſſe cenſet *Stephan. cit. loc. n. 13.* ut Epiſcopi jurisdictione ſua reprimerent dominos ſeculares, ne quid contra religionem molirentur, aut hoſtilia in vicinos moverent, cui equidem hactenus ſuffragium noſtrum addimus, quatenus conſtitutis dioeceſibus in territoriis Principum dominos territorii ab exercitio Juris epiſcopalis excludere coeperunt Canones & conſtitutiones eccleſiaſticæ; Cæterum, quin dioeceſium conſtitutiones potius, ut omnis confuſio, quæ ex promiſcuo Juris epiſcopalis uſu oritur, evitaretur, cum Jure Epiſcopali invaluerint, nulli planè dubitamus. Sed quando hoc contigerit, adeò 16

Digitized by Google

apertè non liquet. *Anacletus Pontifex Rom. epiſt. 2. ap. Gratian. c. 1. diſt. 99.* provincias multo ante Chriſti adventum tempore diviſas & poſtea ab *Apoſtolis* & *Clemente* diviſionem iſtam renovatam eſſe putat. *Clemens* porro, cujus mentionem facit *Anacletus, in epiſt. 1. quam ad Jacobum fratrem Domini ſcriptam eſſe mentitur, atq; Gratian. in c. in illis. 2. diſtinct. 80.* recenſet, in illis civitatibus, in quibus apud Ethnicos Archiflamines ac primi legis doctores erant, Epiſcoporum Primates vel Patriarchas conſtitutos eſſe vult, qui reliquorum Epiſcoporum judicia & majora negocia in fide agitarent, & ſecundum Dei voluntatem, ſicut conſtituerunt Apoſtoli, definirent, cujus autoritate perſvaſi Canoniſtæ, ad imitationem gentilium eorumque Flaminum atq; Archiflaminum divum Petrum eccleſiaſticorum Prælatorum gradus ordinaſſe exiſtimant, *vid. Petr. Greg. Tholoſan. lib. 15. Syntagm. c. 11. n. 1* aliiq;, quos hanc in rem laudant *Barboſ. de offic. & poteſt Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 7. n. 1. &*
17 *Proſper. Fagnan. ad c. nullus. ✠. de paroch. num. 13.* Verùm non ſolummodò *David Blondell. in Pſeudo-Iſidor.* ſed alii eruditi præclarè hactenus demonſtrarunt, & *Anacleti* & *Pſeudo-Clementis* epiſtolas adulterinas & ſuppoſititias, omniaq; iſta, quæ de Flaminum poteſtate & principatu afferuntur, mera ſomnia eſſe; neque nomina iſta imaginaria Archiflaminum vel Protoflaminum apud idoneum quendam ſcriptorem veterem, vel univerſalem ejusmodi aliquam, quæ ad eos pertineret, poteſtatem unquam inveniri. Itaq; fabulam iſtam Anacleti & Clementis cum allegatis prolixius
18 explodit *Dn. Ziegler. d. c. 4. §. 2. & ſeq. Petrus de Marca, vir in rebus eccleſiaſticis alioquin verſatiſſimus,* ab ipſis Apoſtolis Eccleſiarum per provincias diviſionem fluxiſſe contendit, à quô parum recedere videtur *Barboſ.* qui *cit. c. 7. n. 1. & 4.* ut melius Chriſtiano populo provideretur, omnisque perturbatio & confuſio tolleretur, Petrum urbes & loca pro ſingulis prælationis & dignitatum gradibus conſtituiſſe ait, ſicque autoritatem Anacleti & Clementis melius explicari poſſe cenſet, ſi ſtatuamus, Divum Petrum, ad abolendam idolorum memoriam ordinaſſe, ut in illis locis, quibus impiè Ethnicorum Flamines ſacra fecerunt, iisdem nominibus diverſo tamen ſanctoque ſacerdotio, verique ſacerdotes Domini conſti-
19 tuerentur. Aſt, ſicut illa, quæ *Petr. de Marca* proponit, doctè reſolvit *Dn. Zigler. cit. cap. 4. §. 17. & 18.* ita quoque ex ejus dictis,

Digitized by Google

dictis, quæ à *Barboſ.* tradita invenimus, facili dilui poſſunt mo-
do, accedit, quod *Barboſ.* hac in re ſibi ipſi parum conſtet, dum
in *cit. cap. 7. n. 7.* tandem ſubjicit, olim à ſummis Pontificibus,
præſertim verò à Dionyſio I. *ut ejusd. Epiſt. 2. ad Sever. Epiſc.
apud Gratian. cap. 1. cauſ. 13. quæſt. 1.* innuit, diœceſes & paro-
chias diſtinctas & unicuique gregi paſtores & rectores aſſigna-
tos fuiſſe, quam poſteriorem ſententiam probant quoque *Pla-
tin. in vit. Dionyſ.* & *Thom. Campeg. in tract. de reſid. Epiſc.* quem
laudat & ſequitur *Matth. Stephan. cit. lib. 3. p. 1. cap. 14. n. 26. inf.*
Tandem denique ſunt, qui diviſionem & aſſignationem diœce- 20
ſium Conſtantino M. tribuunt, quorum ſententiam poſt *Baro-
nium* reprobat *Auguſt. Barboſ. cit. loc.* Sanè in tanta opinione varie- 21
tate largimur equidem, Eccleſiam eſſe & fuiſſe ſemper in Repu-
blica, neque denominari & circumſcribi aliter poſſe, niſi ex loco,
cui quaſi affixa eſt, utputa Eccleſia Hieroſolymitana, Antioche-
na &c. Neque enim viſibilis eccleſia, de qua hic agimus, aliter
eſſe poteſt, niſi infra fines cujuſcunque provinciæ, civitatis, pa-
gi ac vici, quo reſpectu certiſſimum eſt, quod hæc ipſa diſtin-
ctio jam ab Apoſtolorum temporibus obtinuerit. Nam hæ de-
nominationes Eccleſiæ inhæſerunt, quamprimum fundamenta
Chriſtianæ fidei in illis poſita fuerunt, etſi de regimine aliquo e-
minentiori nulla adhuc cogitatio ſuſcipi potuerit. Petrum ta-
men provincias ita inſtituiſſe, hac de re nullum unquam in Sa-
cris extat veſtigium. Neque adeo Ponti, Galatiæ, Cappadociæ,
Bythiniæ & Aſiæ nomina recenſet Petrus, quod ipſe provincias
ita diviſerit; ſed quod in provinciis illis eſſent Eccleſiæ à ſe inſti-
tutæ, quæ nec aliis nominibus compellari potuerunt. Præterea 22
diſſentientibus concedimus, ab Apoſtolis Chriſtianæ fidei propa-
gatoribus utique conſtituendos fuiſſe, qui curam haberent ani-
marum, & Eccleſias jam fundatas in vera fide conſervarent, vel
in novas quaſi colonias producerent, & ſic regnum Chriſti dila-
tarent; hocque ut Titus expediret, quem hunc in finem in Creta
reliquit, voluit Paulus; neutiquam tamen illi, quos Titus conſti-
tuit, tales fuerunt Presbyteri, quales ſunt noſtri Epiſcopi, haben-
tes certos diſtrictus, nec ipſe Titus in ſimili ſchemate Metropo-
litanus, aut certæ alicujus ſedis Epiſcopus perpetuus & ordina-

 rius,

rius, certoque loco quaſi affixus extitit, habens ſub ſe Suffraganeos, Presbyteros, & Diaconos, quin potius à Tito conſtituti, ſive Epiſcopi, ſive Presbyteri, pares cum eodem fuerunt, nec ullam poteſtatem ſuperiorem, aut prærogativam Titus habuit, niſi quod
23 ab Apoſtolo ordinatus eſſet. Atque hæc denominatio Eccleſiarum à provinciis, intra quarum fines conſtitutæ fuerunt, permanſit, usque dum Eccleſia hac in parte æmula regiminis ſecularis & civilis facta eſt. Poſtquam enim temporibus Imperatorum Imperium in certos tractus, de quibus jam antea, ita diviſum fuit, ut unusquisque tractus plures contineret diœceſes, ac diœceſis certas provinicias, quarum quædam iterum ſuas habebant metropoles, quas vel frequentia populi vel Præfectorum poteſtas, vel judiciorum ordo commendabat; inſtar Imperii Eccleſia quoq; in diœceſes & provincias ſeparari, atq; cum authoritate & προεδρία Epiſcoporum, in iſtis civitatibus celebrioribus reſidentium, naſci cœ-
24 pit. Sicut ergò Eccleſiarum gubernatio, propter ſchiſmata ſubinde emergentia, ad Monarchicum regimen inclinavit, atque, ad imitationem Imperii civilis, Presbyterorum inſpectio Epiſcopis, Epiſcoporum Metropolitanis, tandemque propter ampliorem communionem, quæ inter omnes provincias unius diœceſeos interceſſerat, illius civitatis Epiſcopo, in qua Præfectus reſidebat, conſvetudine ſupereminentia quædam & ſingularis prærogativa conceſſa eſt; Ita quoque cum Hierarchia eccleſiaſtica invaluit ſenſim diœceſium diviſio, tandemque conſtitutionibus eccleſiaſticis in hanc, quam nunc cernimus, formam redacta eſt. conf. *Dn. Text. de Jur. Epiſc. in terr. Proteſt. th. 14.* ita quidem, ut extenſio, immutatio & dismembratio diœceſeos neutiquam ad Epiſcopum diœceſeos, ſed ad ſolum potius pertineret Pontificem, à cujus arbitrio hæc immutatio dependet, quod unanimiter comprobant Canoniſtæ. vid. *Petr. Gregor. Tholoſan. lib. 15. Syntagm. cap. 12. n. 4. ac poſt Hoſtienſ. Butr. aliosq; Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 29. n. 2. nec non de off. & poteſt. Epiſc. tit. 1. c. 7. n. 7.* ubi cum *Lotter. de re benef.* cavendum eſſe tradit *à Gloſſ. in verb. diviſionis. ad c. 1. diſt. 10.* quæ aſſerit Papam, invito Epiſcopo, non poſſe dividere Epiſcopatum,
25 præterquam ex cauſa. Complectitur autem diœceſis Epiſcoporum non ſolum *Epiſcopalem civitatem*, ubi habetur cathedra, ſed & *parochias*, omnesque *eccleſias, monaſteria ac pia loca*, intra fines dioeceſeos

Digitized by Google

ceſeos conſtituta. Quoad *civitatem* equidem epiſcopalem nullum ſubeſſe videtur dubium, & tamen Canoniſtæ magnam de iſta movent controverſiam, in qua tandem diſtingvunt inter materiam favorabilem & odioſam, ita ut *priori* caſu civitatem epiſcopalem ſub appellatione dioeceſeos comprehendant, non *poſteriori* caſu, *arg. c. ſua. 5.* X. *de offic. Vic. atq; c. Rudolphus. 35.* X. *de reſcript.* in quo à dioeceſi videtur excludere Pontifex civitatem principalem, ubi Epiſcopus reſidet, vid. de hac *diſtinct. Felin. ad. d. c. Rudolph. 35.* X. *de reſcript. n. 1. 5. & 8. Gratian. diſcept. for. tom. 2. c. 217. n. 2. & ſeq. atq; cum pluribus alleg. Barboſ. lib. 1. Juris Eccleſ. cap. 20. 5.* Sed 26
ſicut appellatione dioeceſeos, quando à jure profertur, ipſam quoque civitatem epiſcopalem comprehendi tradit *Nicol. Garc. de benef. p. 1. c. ult. n. 70. & ſeq.* ubi hoc etiam cum *Ferret.* extendit, ut in mandatis nomine dioeceſeos intelligatur civitas cum Eccleſia Cathedrali; Ita *Tholoſan.* mirabilis & inaudita videtur exceptio, quam juxta communem explicationem probare cenſetur Pontifex *in d. c. Rudolphus*, ut ab appellatione dioeceſeos excludatur civitas ubi Epiſcopus reſidet, quod ipſi perinde inconveniens eſſe videtur, ac ſi à regni denominatione excludere velimus metropolim ſive urbem regiam. Imo abſurdum eſſe dicit *Fagn. ad c. pernicioſam.* X. *de off. Ordin. n. 26.* Epiſcopum habere jurisdictionem in dioeceſi & non in civitate epiſcopali. *Tholoſan.* laudat & ſequitur *Wagnereck. ad cit. cap. 35.* generaliter concludens, tam in odioſis, quam in favorabilibus, illorum nomine, qui ſunt de dioeceſi, vel maximè comprehendi, qui ſunt de civitate epiſcopali, ſicuti ſub incolis regni præprimis denotantur incolæ civitatis regiæ. Quapropter in *d. c. 35.* per clauſulam illam; *Et quosdam alios dioeceſis Sagienſis &c.* poſt Epiſcopum nominatim quosdam Dioeceſanos, qui non fuerunt cives Sagienſes expreſſos eſſe dicit. Cum 27
enim per literas Superioris contra Epiſcopum & quosdam alios Sagienſis dioeceſis eſſent judices conſtituti, excepit Rudolphus, ſub clauſula hac nullum de civitate ipſa, adeoque nec ſe, tanquam civem Sagienſem, intelligi, aut virtute harum literarum convenire poſſe, confer. *Garc. d. c. ult. n. ult.* Inde tamen haud ſequitur, nomine dioeceſeos non comprehendi civitatem Epiſcopalem; quamvis largiamur, quod quandoque à juribus in dioeceſi aliis conceſſis, ex mente concedentis, ipſa civitas principalis

 exi-

eximatur, perinde ut in literis impetratis ad beneficia, de quibus
28 vid. *Barboſ. cit. c. 20. n. 8. Parochia* porrò quondam, uti jam ſupra
innuimus, dicebatur territorium vel regio Epiſcopi, ſicut provin-
cia Metropolitano ſubjecta ἐπαρχία, & complexio plurium pro-
vinciarum ſub Patriarcha Διοίκησις, teſte *Dn. Ziegler. cit. cap. 4. n. 25.*
Add. *Gonz. Tellez. ad c. 2. X. de Paroch. n. 8. & Carol. de Freſne in
Gloſſ.* qui plura hanc in rem adducit teſtimonia. Sed poſtquam
diœceſeos nomen de regione Epiſcopis aſſignata pronunciari con-
ſuevit, diſtrictus quoque Eccleſiarum quarumvis parochiæ vo-
cati ſunt, hocque in ſenſu accipitur in *tit. X. de Paroch. & paſſim*
29 *in Concil.* ut demonſtrant *Gonzal. Tellez. d. l. Azor. p. 2. Inſt. Moral.
lib. 3. cap. 12. q. 2.* vel à παρέχειν, ſive præbendo, quod plebi ſibi
commiſſæ, ſive populo divini verbi & Sacramentorum pabulum,
ad paſcendas animas, Parochi præbeant, ad inſtar illorum, qui
apud Romanos legatis Romam miſſis aliisque dignioribus hoſpi-
tibus ſalem, ligna & cætera neceſſaria præbuerunt, atque propter-
ea Parochi dicti ſunt, ut innuere videtur illud *Horat. lib. 1. Serm.
Satyr. 5. Et Parochi, quæ debent ligna ſalemque*, vel potius à παροι-
κία, quaſi à vicinia, ſeu accolatu. Incolam enim *Pomponius in l.
239. §. 2. de V. S.* nominat eum, qui in aliquam regionem domici-
lium ſuum contulit, quem Græci πάροικον, juxta habitantem, ap-
pellant. ut adeò parœcia dicatur quaſi vicinia, & parœciani, qua-
ſi incolæ ſeu habitatores ejusdem viciniæ ſacræ; Parœcus verò,
qui ejusmodi viciniæ ſacræ in ſpiritualibus proponitur. *Vid. Petr.
Greg. Tholoſan. Syntagm. lib. 15. c. 24. n. 6. & 7. Azor. Inſt. Moral. d. c.
12. q. 1. Vallenſ. ad tit. X. de Paroch. n. 4. atq; Gonz. Tellez. ad cit. c. 2.*
ubi inſimul demonſtrat, quod *parochiæ nomen non rectè confunda-*
30 *tur cum parœcia.* Eſt itaque parochia vel parœcia in hoc noſtro ſi-
gnificatu nihil aliud, quam locus, in quo degit populus alicui
Eccleſiæ deputatus, *Card. Tuſch. Pract. concluſ. lit. P. concl. 94. n. 1.*
ad cujus conſtitutionem non minus, quam decem diſtinctæ
domus & familiæ requiruntur, per *c. unio. 3. c. 10. q. 3. Fulv. Pac.
de probat. lib. 2. cap. 21. n. 23. & Barboſ. cit. cap. 1. n. 20.* Indeque Pa-
rochiales Eccleſiæ vocantur, quæ talem diſtrictum propriumque
rectorem & Parochum Sacramenta parochianis adminiſtrantem
habent, ad quam tamen, ut pro tali æſtimetur, plura, præcipuè
quatuor requiſita neceſſaria ſunt, de quibus *Barboſ. cit. loc. n. 27.*
Divi-

Digitized by Google

Dividuntur aliàs *parochiæ in ruſticas & urbanas.* Ruſticas prius conſtitutas eſſe dicit *Gonz. Tell. ad. d. c.* ✠. *de Paroch.* poſtmodum verò urbanas, quas populi frequentia & neceſſitas efflagitavit. Nam cum ad civitatis populum magnum unius templi ſpacium ſæpius haud ſufficeret, viſum eſt Epiſcopis in regiones & centurias illum dividere, & regiones civitatum certis limitibus circumſcribere, ut unicuique ſuus Sacerdos præficeretur; in pagis verò & locis ruſticanis Eccleſiæ propterea exſtructæ, & parœciæ diſtinctæ ſunt, ut itineris incommoda evitarentur, & ruri degentes ſacris eo faciliùs intereſſe poſſent. Ex quibus de origine parochiarum facilè judicari poteſt, quod eadem ferè ſit ac diœceſium. Hinc & ipſe *Barboſ. cit. tr. c. 1. n. 17.* fatetur, antiquitus parochias diſtinctas non fuiſſe, ſed Epiſcopum totius diœceſeos curam habuiſſe, decimas percepiſſe, interq; ſe & alios Clericos, qui eas de manu Epiſcopi perceperunt, & curam animarum exercuerunt, diſtribuiſſe, ſed poſtmodum, aucto populo Chriſtiano, ſingulas Eccleſias ſingulis Sacerdotibus aſſignatas fuiſſe, ut unusquisque proprium haberet territorium, nec unus alterius fines ingrederetur; Quod verò Dionyſio Pontifici aſſignationem parochiarum, æquè ac diœceſium adſcribat, id quidem autoritate *c. 1. c. 13. q. 1. c. paſtoralis. 9.* ✠. *de his, quæ fiunt à Prælat. & multorum Interpretum* comprobat. Verum de hujus aſſerti fide propter illa, quæ circa originem diœceſium propoſita ſunt, meritò dubitamus, & potius ſeparationem parochiarum conſvetudini, quæ poſt introductam Hierarchiam invaluit, tandemque conſtitutionibus Eccleſiaſticis adſcribimus, quæ cuilibet Eccleſiæ ſuum ſeparatumq; aſſignarunt territorium, ut alteri parochiæ in eo nihil amplius juris competat. *Barboſ. cit. c. 1. n. 21.* Quapropter ubi parochiales Eccleſiæ nondum diſtinctæ ſunt, ſed rectores earum promiſcuè petentibus ſubminiſtrant Sacramenta, *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 13.* præcipit, ut Epiſcopus certas parochias conſtituat, & ſuum perpetuum populum & peculiarem, non obſtantibus privilegiis, Parocho aſſignet. Tandem denique ſub diœceſi, præter cathedrales, collegiatas & parochiales Eccleſias, continentur aliæ Eccleſiæ, Monaſteria, Conventus, Collegia, Hoſpitia, domus, aliaq; loca Regularium utriusq; ſexus, Epiſcopalium, Abbatialium, Conventualium, Capitularium, aliarumque Menſarum bona, Prioratus,

Præ-

Præpoſituræ, Commendæ, Canonicatus, Præbendæ, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica, nec non Scholæ & alia pia loca, quæ Eccleſiarum jure cenſentur. *clem. quia contingit 2. de relig. dom.* Hanc ſiquidem regulam communem probavit Jus Canonicum, *quod qualibet Eccleſiæ, Monaſteria, aliaq; pia loca ad Epiſcopos eo ipſo pertineant, quod in ipſorum diœceſi conſtituta inveniantur, per c. de Xenodoch. 3. & c. cum dilectus. 8. X. de relig. dom.* ubi videatur *Wagnereck. cit. c. omnes baſilicæ. 10. c. 16. q. 7.* Quapropter etiam quilibet Epiſcopus in civitate Epiſcopali cæteriſque locis ſuæ dioeceſeos Jus Epiſcopale, tum quoad omnia ejuſdem capita, tum etiam in ſpecie quoad ea, quæ L. Dioeceſanæ dicuntur, atque à nobis,
35 Deo volente, in ſequentibus explicabuntur, exercere poteſt. Conſtituit namque dioeceſis unum quaſi corpus, cujus caput Epiſcopus eſt, *per can. ſcire debes. 7. c. 7. q. 1. c. quo. 14. §. probibemus. X. de offic. Ordin. Proſper. Fagn. ad cap. cum dilectus. X. de relig. dom. n. 12.* qui propterea quoque appellationem *Diœceſani* promeretur, quâ ſolum Epiſcopum, neutiquam verò Abbatem, aliumve Prælatum inferiorem, etiamſi in loco ordinariam jurisdictionem habeat, denotari credunt Canoniſtæ, interque eos poſt *Gloſſ. ad var. Jur. Can. text. Gratian. diſcept. for. tom. 2. c. 212. n. 4. Abbas ad c. cum olim. X. de præſcript.* qui inde deducit differentiam inter Dioeceſanum & Ordinarium, quod prior dicatur ſolus Epiſcopus, Ordinarius vero quilibet alius habens poteſtatem ordinariam in loco. *c. ordinarii. 3. de poteſt. Ordin. in 6. Barboſ. de appell. verb. jur. ſignif.*
36 *appell. 73. ibique plura.* At enim vero uti Ordinarius quam maximè quoque vocari poteſt Epiſcopus, qui partim ordinarius eſt Paſtor in ſua dioeceſi, adeoque cum ſolus omnia peragere nequeat, ad curam animarum viros idoneos per parochias & eccleſias conſtituit, cum quibus cumulativè concurrit tam in jure adminiſtrandi Sacramenta, per *c. miniſterium 2. & c. ult. X. de offic. Archipresbyt.* quam in jure Cathedræ ſive prædicandi, quod Parochis, excluſo Epiſcopo, nunquam conceſſum. *Wagnereck. de off. Vic. in 6.* partim etiam habet jurisdictionem fori externi in ſua dioeceſi, tanquam ordinarius judex, *c. 1. & tot. tit. X. de offic. jud. ord.* licet concedamus, quod poſt Epiſcopum etiam alii Prælati inferiores, jurisdictionem ordinariam habentes, Ordinarii vocari poſſint, adeò ut non ſolum *Vicarium* Epiſcopi *generalem* pro Ordinario

dinario habeant *Garc. de benefic. p. 5. c. 8. n. 21. & ſeqq.* ubi hoc contra diſſentientes declarat, atque *Zoëſ. ad tit.* ✠. *de offic. Vicar. n. 11.* Sed etiam nonnulli, interque eos *Engel. in Coll. jur. Can. lib. 5. tit. 5. n. 4.* Foraneum, in certa ſc. parte diœceſeos conſtitutum, à quibus tamen diſſentiunt Doctores communiter, interque eos *Felin. Marant. Mandos. Cucch. Covarruv. Garc. de benefic. p. 5. c. 8. n. 29. Sanchez. de matrim. lib. 3. diſput. 29. n. 10. atq; Molin. de J. & Jur. tract. 5. diſp. 10. n. 4. & 6.* Convenit enim hoc nomen ordinariam jurisdictionem habentibus. *Proſper. Fagn. ad c. cum olim* ✠. *de praſcript. n. 8. in f.* Confer. *Carol. du Freſne in Gloſſ. verb. Ordinarius.* Ita 37
quoque cum poſſint eſſe Abbates atque Prælati, qui jurisdictione Epiſcopali pollent, nullique Ordinario ſubjecti, qui potius ipſi Ordinarii ſunt, illi ipſi Diœceſanorum appellationem haud immeritò ſortiuntur. Quapropter *Gloſſ. in clement. 1. §. volumus. de for. compet. verb. diœceſanis.* per Diœceſanos intelligit omnes, qui in loco jurisdictionem Epiſcopalem vel quaſi habent. vid. *Proſper. Fagn. ad c. cum contingat.* ✠. *de for. compet. num. 23. & ſeqq. atq; ad c. cum olim.* ✠. *de praſcript. n. 9. Covarruv. ad c. Johannes.* ✠. *de teſtament. Thom. Sanchez. cit. diſput. 29. num. 16.* Sicut & ipſe *Barboſ.* aſſertum ſuum declarat, quod potius in iis, quæ ſunt dignitatis ac officii Epiſcopalis, quam in rèliquis, quæ jurisdictionis ſunt, procedat. Credit tamen *Fagn. ad cit. c. cum contingat. n. 25. & 27.* quod tales Prælati inferiores, qui de jure communi non habent territorium, non tamen Diœceſani, quam potius nullius diœceſeos convenientius vocari poſſint. Quemadmodum verò Magiſtratui ſeculari 38
nulla eſt jurisdictionis extra territorium exercendæ facultas, per *l. 3. ff. de off. Praſ. & l. fin. ff. de jurisd.* eodem modo nec Juris Epiſcopalis uſus regulariter extra diœceſin extenditur, per *cap. conquerente. 16.* ✠. *d. offic. ordin. & c. fin. de conſtit. in 6. ubi vid. Interpp. interq; eos Barboſ. num. 10.* adeo quidem, ut Epiſcopus ſicut fines diœceſeos ſuæ imminuere, ita quoque ne per præſcriptionem quidem augere poſſit, juxta *can. licet. 5. c. 16. q. 5. c. ſuper eo. 4. de praſcript.* atque tradita *Parlador. lib. 1. rer. quotid. cap. 1. §. 17. n. 3.* ne aliàs admiſſa hac finium præſcriptione cum publico incommodo oriatur confuſio inter Epiſcopos eorumque ſubditos, quorum diœceſes autoritate Eccleſiæ ſunt conſtitutæ. *Gonzal. Tellez. ad cap. 9.* ✠. *de praſcript. n. 5.* quod per varias ampliationes extendit *Bar-*

boſ. de off. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 131. n. 8. & ſeqq. modo de finibus certo conſtet. Nam ſi non appareant, præſcriptio omninò ad-
39 mittenda eſt, ut ſatis innuit *c. inter. 6. cum ſeq. c. 16. q. 3.* Qualiter autem de finibus conſtare poſſit, & quæ probatio in iis requiratur, Dd. paſſim demonſtrant, interque modos probandi ante omnia (1) recenſent *libros antiquos*, præcipuè *Hiſtoriarum* & *Chronicorum*, quibus à majoribus noſtris fides habita fuit. *Bartol. Socin. reg. 294. atque Chaſſan. in Catal. glor. mund. p. 10. conſid. 46. circ. fin. Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 398. n. 1. & ſeqq. atque concl. 105. n. 9.* tabulis quoque ac *mappis geographicis* eandem fidem tribuit *Barboſ. d. l. Jur. Eccleſ. c. 20. n. 32.* (2) *Lapides & columnas* terminorum & finium. *Maſcard. cit. concluſ. 389. n. 10.* (3) *Inſtrumenta* pro confinibus conſcripta, quorum nomine Doctores omnia intelligunt, ſive ſint membranacea, ſive ex papyro confecta. *Maſcard. d. concl. 398. n. ult.* (4) *Teſtes*, etiam de auditu deponentes, præprimis ſi aſſerant, quod à majoribus ſuis audiverint. *Maſcard. d. vol. 1. concl. 395. n. 4.* imò planè ſingulares, dummodo rationem ſui dicti reddere queant. *Farinac. de teſtib. q. 70. n. 186. Maſcard. d. concl. 395. n. 31.* (5) *Famam publicam*, aliòsque modos, quibus cæteroquin territorii fines probantur, de quibus *Maſcard. Hieronym. de Mont.* aliiq; Doctores paſſim, præcipuè verò *Knichen. de Jur. territ. c. 3. n. 11. & ſeqq.* Tandem (6) huc referunt Doctores *probationes imperfectas*, quas in materia finium ad conſtituendam probationem plenam conjungunt. Quare in probatione confinium, tanquam re difficili, etiam adminicula & leviores probationes cum alleg. admittit *Pariſ. vol. 1. conſil. 104. num. 24. nec non conſil. 107. n. 7. & 8.* Notan-
40 ter autem verbo *regulariter* uſi ſumus. Dantur ſiquidem caſus, quibus etiam extra diœceſeos terminos jure ſuo uti poſſunt Epiſcopi, dantur, ubi ne quidem intra diœceſin hac poteſtate gaudent. Et quidem *extra diœceſeos* terminos juris Epiſcopalis exercitium permittitur (1) in caſu *Clem. quamvis. un. de for. compet.* quæ Epiſcopo à ſua diœceſi expulſo concedit in viciniori diœceſi, in qua ſecurè morari poteſt, contra expulſores ſuos ipſorumque fautores & conſiliarios procedere, imò ſubditis ſuis jus dicere, ſecundum formam ibidem præſcriptam, de qua vid. cum allegat. *Barboſ. ad c. cum contingat. X. de for. compet. num. 24. atq; Wagnereck. in ejusd.*
41 *ſumm.* (2) in loco nullius diœceſeos, nam & in eo alius Epiſcopus ordi-

ordines conferre, dimiſſorias ſcil. literas ad ordines ſuſcipiendos concedere, & viſitationes, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, in Eccleſiis non quidem regularibus, ſed ſecularibus inſtituere, reliquas tamen juris Epiſcopalis partes peragere nequit. vid. *Proſp. Fagn. ad c. nullus.* ✠. *de Paroch. n. 32. & ſeq. atque ad c. accedentibus.* ✠. *de exceſſ. Præl. n. 33.* nec non *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 9.* Sed quæritur, ad quem Epiſcopum iſti actus in ſpecie pertineant? Diſtinguit *Fagn. ad c. nullus.* ✠. *de Paroch. n. 23.* an locus nullius diœceſeos ſit planè extra diœceſeos fines, an verò ſit intra limites alicujus conſtitutus, ut *priori* caſu prædicta jura pertineant ad viciniorem Epiſcopum, juxta *Concil. Trident. d. ſeſſ. 24. can. 9.* quia illa loca præſumuntur fuiſſe diœceſeos illius Epiſcopi, cujus magis adjacent, *poſteriori* verò caſu ad eum ſpectent Epiſcopum, intra cujus diœceſeos fines ille locus invenitur. Cætera jura in hiſce nullius diœceſeos locis ſunt vel Sedis Apoſtolicæ, cui ab initio fuerunt immediatè ſubjecta, *c. ratione. 8. diſt. 93.* vel etiam Prælatorum & Abbatum, qui hiſce locis nullius diœceſeos præpoſiti inveniuntur. vid. *Fagn. cit. loc. n. 34.* Triplici modo autem contingere poteſt, ut locus nullius diœceſeos ſit, *origine* ſcil. *privilegio* & *præſcriptione.* Et quidem *origine*, ſi in diœceſium & 42
provinciarum diviſione & aſſignatione contigerit, ut quædam loca remanerent extra limites diœceſeos Epiſcopis aſſignatæ, quæ, utcunque contermina ſeu adjacentia uni aut pluribus diœceſeos exiſtant, tamen nullis finibus ſunt incluſa; *privilegio* duobus modis: *primò* per ſuppresſionem Epiſcopatus, per quam reducitur ad ſtatum nullius diœceſeos, & *ſecundo* per territorii dismembrationem, quando Pontifex ſeparat certum territorium à diœceſi, in eoque conſtituit Prælatum inferiorem cum jurisdictione Epiſcopali in clerum & populum, excluſo Epiſcopo; *præſcriptione* denique ſtatus nullius diœceſeos acquiritur, ſi inferior Prælatus in certa diœceſeos parte, tanquam proprio territorio, exerceat Jura Epiſcopalia in clerum & populum, excluſo Epiſcopoo, de quibus videri poſſunt, quæ uberius proponit *Proſper. Fagn. ad cap. nullus.* ✠. *de Paroch.* cum aliis ibidem laud. *num. 16. & ſeqq.* ubi tandem *n. 23.* concludit, quod locus nullius diœceſeos duplici modo ſe habere poſſit: Primò quando omninò eſt extra diœceſeos fines, & ſe-

ſecundo quando eſt intra limites diœceſeos, quo poſteriori tamen caſu potius *exemtus* vocatur; ſiquidem nullius diœceſeos locus nec eſt in diœceſi, nec de diœceſi, ſed locus exemtus, licet non ſit de diœceſi, eſt tamen in diœceſi, quam differentiam ipſum *Concil. Tridentin.* agnoſcere videtur *ſeſſion. 23. de reform. c. 10. in verb. etiamſi nullius diœceſeos exemti eſſe dicantur*, nec non *c. 18. verſ. & quia ad Collegii.* Conf. *Joh. Andr. in addit. ad Specul. tit. de privil. circa pr. verſ. eſt ſciendum.*
43 *Intra diœceſin* Epiſcopi jure ſuo uti impediuntur *per exemtionem*, quæ eccleſias, monaſteria aliave pia loca eorundem jurisdictioni ſubtrahit, atque Sedi Apoſtolicæ ſubjicit, per *c. ſi Papa 10. de privileg. in 6.* unde quoque deſcribitur exemtio per privilegium, quo perſona aut locus jurisdictioni Epiſcopi vel ordinarii ſubtrahitur, & ſummo Pontifici ſubjicitur, qui propterea ordinarius exemtorum vocatur, vid. *poſt Gloſſ. Proſper. Fagn. ad c. extra parte. X. de privil. num. 27.*
44 Dum verò perſonæ ac loci mentionem fecimus, eo ipſo innuimus, quod alia *exemptio* ſit *perſonalis* alia *localis*, ſive *realis*, alia *mixta*. Perſonalis dicitur, cum perſona jurisdictioni ſimpliciter & abſolutè eximitur, *localis* ſive *realis* eſt, quæ certæ eccleſiæ, monaſterio, aliive pio loco conceditur, hancque etiam *mixtam* vocat *Proſper. Fagn. ad cap. ex parte de privileg. n. 1. in fin.* Sed *Engel. in Coll. jur. Can. in proleg. tit. 4. §. 4. n. 22. mixtam* illam eſſe dicit, quæ & loco & perſonæ cohæret, prout diverſi religioſorum Ordines non ſolùm quoad ſua monaſteria, ſed etiam quoad perſonas, ubicunque tandem exiſtant, exempti ſunt, *per cap. cum capella. 16. X. de privileg.* iſtamque *Engel.* explicationem non parum illuſtrat *Breve Pontificis Innocentii XI.* in quo ſereniſſimo Bavariæ Electori, *Maximiliano Emanueli, d. 11. Aug. 1683.* ſubſidium ex omnibus omninò bonis & beneficiis eccleſiaſticis utriusque Bavariæ, Palatinus Superioris, Landgraviatus Leuchtenbergenſis, cæterisque dominiis prædicti ſereniſſimi Electoris ad expeditionem Turcicam conceſſum eſt, ibi namque *exemtione reali, perſonali & mixta non obſtante*, hoc ſubſidium
45 indultum legimus. Alias exemptionis diviſiones, quod ſit vel *totalis*, vel *partialis*, item, quod alia ſit *capitis* & *membrorum* ſimul, i. e. loci principalis omniumque beneficiorum & Parochiarum annexarum, alia verò *capitis* tantùm, *per cap. ex ore 17. X. de privil.* denique quod alia ſit *ſimplex*, alia verò *plena & abſoluta*, explicant *Engel.*

Digitized by Google

Engel. cit. tit. 4. n. 23. Proſper. Fagn. ad c. cum contingat. ✠. de for. compet. num. 39. Wagnereck. ad cap. 6. de religioſ. domib. qui videri poſſunt. Acquiritur autem exemptio non tantum *privilegio*, ſed 46
etiam *præſcriptione*. Et *privilegio* quidem ſummi Pontificis, ſpecialiter ob exemptionem conceſſo. Hinc receptio ſola ſub protectione Sedis Apoſtolicæ perſonam à jurisdictione Epiſcopi haud eximit, per *c. ex parte* 13. *✠. de privileg.* ubi hanc in rem vid. *Proſp. Fagn. n. 1.* Poteſt tamen quandoque ipſe Epiſcopus cum ſuffragio Capituli Eccleſiam ſuæ diœceſeos à jurisdictione epiſcopali eximere, & loco exemto unire, juxta *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 89. n.* 1. *& ſeqq.* modò juſta cauſa interveniat, hac enim atque Capituli conſenſu deficiente, exemptio iſta pro plena non habetur. *Præſcriptione* verò quod Eccleſia à poteſtate Epiſcopi eximi poſſit, probant *cap. cum. olim.* 18. *c. auditis* 15. *de præſcript. Barboſ. cit. alleg. 89. n. 7.* Licet enim contra obedientiam *per cap.* 12. *de præſcript.* nullus admittatur lapſus temporis, per exemptionem tamen obedientia non tam extinguitur, quam potius ad alterum transfertur, adeoque non extinctivè, benè tamen translativè præſcribi poteſt. *Barboſ. d. p. 3. alleg. 128. n 8. & 9.* Sed quocunque tandem 47
modo exemptio à poteſtate Epiſcopi fiat, illa probanda eſt. Habet namque Epiſcopus fundatam in jure intentionem contra omnes in ſua diœceſi exiſtentes, quare, qui in exemtione ſe fundant, privilegium exhibere & de præſcriptione fidem facere, ſicque aſſertum ſuum probare tenentur, *per cum perſona 7. de privil. in 6. ibid. Wagner. in Summ. Engel. in Colleg.* Jur. Can. *d. tit. 4. num.* 27. ubi inſimul *ex cap. 7. de priv. in 6.* declarat, an & quando pendente lite ſuper exemtione Epiſcopus poteſtate ſua epiſcopali poſſit uti. Probata exemtione locus exemtus perinde habetur, ac is, 48
qui extra diœceſin conſtitutus reperitur, quapropter Epiſcopus aliusve Ordinarius neque jurisdictionem in loco exemto exercere, *cap. cum Epiſcopus* 7. *de offic. ordin. in 6.* nec etiam actus Ordidinis Epiſcopalis peragere poteſt, *arg. Concil. Trident. ſeſſ. 6. de reformat. cap. 5.* ubi nulli Epiſcopo, cujusve privilegii prætextu, pontificalia in alterius diœceſi exercere permittitur, niſi licentia ordinarii concurrat. Excipiuntur tamen certi caſus, quibus etiam 49
in exemtos jurisdictonem aliquando *delegatam*, aliquando *ordinariam* habent Epiſcopi, *delegatam* quidem, quando ipſis per-

Digitized by Google

Canones permittitur, ut contra exemptos autoritate Apoſtolica vel tanquam delegati Sedis Apoſtolicæ procedant; *ordinariam* vero quando juriſdictionem, non obſtantibus privilegiis & exemtionibus quibuscunque habent, vel etiam quando exempti extra locum exemptum, in diœceſi Epiſcopi delinquunt, contrahunt, aut pro alia re non exempta conveniuntur. vid. *cap. 1. §. in eos de privileg. in 6. cap. cum capella. 16. de privileg.* quod tamen in delictis & contractibus tunc demum procedit, quando exemptio non eſt mixta, loco & perſonis ſimul conceſſa, aut quando exemptio non eſt ſimplex & abſoluta, reſpectu omnium judicum. vid. *Covarruv. pract. reſol. cap. 11. num. 5. nec non prolixius hoc declarans Barboſ. de poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 123. per tot. & ad d. cap. 1. num. 3. it. Wagnereck. ad d. cap. 1.* Reliqua de hac materia exemptionis proponunt *Proſper. Fagn. ad cap. ex parte de privileg. atq; Barboſ. paſſim, præcipuè verò lib. 2. jur. Eccleſ. cap. 12. num. 21. & multis ſeq.* quo in loco ſimul demonſtrat, atque per Ordinum privilegia declarat, quomodo per conceſſiones Pontificum omnia ferè Regularium monaſteria à poteſtate ordinariorum ſint exempta, ut hiſce temporibus
50 juriſdictione, quaſi Epiſcopali jure, gaudeant. Atque hæc de diœceſibus, ex quibus ſat abunde liquet, in quas perſonas jus ſuum exercere queant Epiſcopi, ſcil. in omnes *Clericos* & *Laicos* intra *diœceſes* conſtitutos. Veniunt autem nomine Clericorum omnes *Clerici* (1) *ſeculares*, ſive ſint in minoribus, ſive in majoribus ordinibus conſtituti, de quibus vid. *can. Clerus. 1. diſt. 21.* (2) *Religioſi* ſive *Regulares*, monachi & moniales. (3) *Canonici* tum regulares, tum ſeculares, nec non Canoniſſæ. (4) *Milites Sacri.* (5) *Quaſi religioſi*, utpura Oeconomi, præfecti Xenodochiorum aliive, de quibus fuſius actum eſt in *anteced. cap. 4.* Nec intereſt (6) an ſint conſtituti in diœceſi Epiſcoporum generali, an verò in ſpeciali reperiantur. Eſt namque Epiſcopus, prout jam ſuprà innuimus, non ſolum Paſtor ordinarius animarum in ſua diœceſi; ſed & ordinarius judex in Clericos quosvis, tum regulares, tum ſeculares, niſi ſpecialiter ſint exemti. *Wagnereck. ad c. 2. de offic. Vicar. in 6.*
51 *not. 2. Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 11. n. 122. nec non n. 228. in f.* Laicorum appellatione, utut in monaſteriis quoque veniant illi, qui vulgò converſi & oblati vocantur, teſte *Carol. du Freſne in Gloſſ.* hoc tamen loco reliqui omnes denotantur, qui præter Epiſcopum

& Cle-

& Clerum totam univerſitatem illius populi ac reipublicæ præſentant, quæ formulam fidei Catholicæ ſeu Chriſtianæ confitetur, aliasque Eccleſia nominatur. vid. *Dn. Schilter. Jur. Can. lib. 1. tit. 3. §. 4.* Nomen habent ἀπὸ τῦ λαῦ, i. e. populo, & deſcribuntur in 52
c. duo ſunt genera. 7. c. 12. q. 1. nec non à Lancelot. lib. 1. Inſt. Jur. Can. tit. 4. per populares, quibus licet temporalia poſſidere, uxorem ducere, cauſas agere, interq; virum & uxorem judicare, ſed hæc deſcriptio laicos & clericos non diſtinguit, cum, fatente *Gloſſ.* etiam clericis temporalia poſſidere, cauſas agere, interque virum & uxorem judicare permiſſum ſit. *Dn. Ziegler. in not. ad Lancel. d. loc.* Sicut & minus rectè clericis laici opponuntur. Clerici namque nomine in ſcriptura venit tota eccleſia, non ſola presbyterorum cohors, ut rectè obſervavit *Mareſ. ad M. Anton. Cucch. Inſt. jur. Can. lib. 1. tit. 1.* quamvis diffiteri haud queamus, Jure Canonum *per c. duo ſunt. 7. c. 12. q. 1.* qui juxta doctrinam *Mareſ.* Hieronymo perquam tribuitur, hanc denominandi & diſtingvendi laicos & clericos rationem invaluiſſe. Laici ergo æque ac 53
clerici juri Epiſcopali ſubjecti ſunt, nulla habita differentia, an (1) *in diœceſi generali* reperiantur, an *in ſpeciali*, quia & poſteriores in diœceſi Epiſcoporum conſtituti eſſe dicuntur. vid. *Gloſſ. in verb. diœceſin ad Clem. ne Roman. 2. X. de elect. & Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. p. 1. c. 7. n. 15. circa fin.* Sicut & (2) nihil refert, *cujus ſint conditionis* aut *ſtatus* laici. Jura ſiquidem Canonum laicis omnem denegant poteſtatem diſponendi de ſpiritualibus, *per c. tua. 25. X. de decim. cap. decernimus. 2. X. de judic. atq; cap. quanto. 3. X. eodem. Gonz. Tellez. ad d. c. 2. de judic. Duar. lib. 1. de Sacr. Eccleſ. miniſtr. c.* 5. hancq; prohibitionem etiam ad Imperatorem & Reges extendit *Wagnereck. ad cit. cap. 25. X. de decim.* hucq; pertinent, quæ ex *Epiſt. Gelaſ. Pontific. ad Anaſtaſ. Imp.* refert *Grat. in c. duo ſunt.* 10. *diſt. 96.* & quod *Johann. Papa in c. ſi Imperator. 11. d. diſt. 96.* Imperatorem catholicum filium, non præfectum Eccleſiæ nominet, cui quod ad religionem ſpectat, diſcere convenit, non docere. Sed enim verò 54
licet hanc Canonum diſpoſitionem quoad Regem Galliæ notanter declaret *Duar. cit. lib. 1. c. 6. per tot.* in Imperio quoque noſtro juriſdictionem in perſonas & bona Eccleſiaſtica, tanquam partes & membra reipublicæ, territorii jure ſibi vindicare poſſint.

Impe-

Digitized by Google

Imperator & omnes Status Imperii, per ea, quæ hanc in rem *cap. 1. de Orig. Jur. Epiſc. n. 7. & ſeqq.* prolixius demonſtravimus, ac uberius deducunt *Marc. Anton. de Dom. de Rep. Eccleſ. cap. 4. & ſeq. Arniſ. de jur. Majeſt. lib. 2. c. 5. Tabor. in diſſ. de reg. Imp. Eccleſ. Conring. & alii.* Attamen prohibente Papa, ſibi ex hoc Imperator & Catholici Principes nihil hactenus vindicarunt, verum jus Sacrorum in Imperio Pontifici ſuoque Clero, quoad ordinationem & diſpoſitionem ſacrorum, potius reliquerunt, excepto Jure protectionis Eccleſiæ, & primariarum Precum, quæ Imperatori competunt, vid. *Bur-*
55 *gold. in not. Rer. Imper. p. 1. diſc.* 10. §. 7. Hæc tamen (3) inter clericos & laicos intercedit differentia, quod clerici Epiſcopis, aliiſque jura Epiſcopalia habentibus, quoad *omnes cauſas* etiam *civiles* ſunt ſubjecti, modò non ſint *feudales*, quarum ratione coram laico judice conveniri poſſunt, *per c. ex tranſmiſſa. 6. & c. verum. 7. X. de for. compet. c. cæterum. 5. X. de judic.* tradita Dd. de quibus vid. *Boer. deciſ. 69. n. 7. & 8. Gail. lib.* 1. *obſerv.* 37. *n. 2. ibiq; Grav. in concluſ. conſid. & Gonz. Tellez. ad d. c. 5. de judic.* quibus nonnulli, interque eos *Mynſing. cent.* 1. *obſerv. 22. atq; Gail. cit. loc.* adjiciunt actiones reales, de quibus tamen alii diſſentiunt, per ea, quæ hanc in rem proponunt *Proſper. Farinac. Prax. Crim. q. 8. n. 21. & Grav. ad Gail. cit. concl. 36. conſid.* 5. *n.* 2. & 3. Laici verò tantummodo quoad cauſas & delicta eccleſiaſtica, teſte *Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 11. n. 108.* de quibus infra ſub juriſdictione
56 Epiſcopali, cum Deo, latius dicturi ſumus, niſi (4) in diœceſi Epiſcoporum generali ſint conſtituti, ſive in feudis regalibus eccleſiaſticis, in quibus Epiſcopi aliive, qui ejuſmodi feuda tenent, jure territorii ſecularem quoque habent poteſtatem. Hoc enim reſpectu duplicem repræſentant & ſuſtinent perſonam Epiſcopi, eccleſiaſticam ſc. & ſecularem, adeoque omnem omninò exercent juriſdictionem, tam in temporalibus & profanis rebus, quam ſpiritualibus clericorum & laicorum. *Matth. Steph. lib. 3. de jurisd. p.*
57 *1. c. 14. n. 11. atque Gebhard. de regim. Eccleſ. n. 216.* Quomodo verò Eccleſiaſtici Imperii Status juriſdictionem ſecularem ſibi acquiſiverint, prolixe deducit *Nicol. Myl. ab* Ehrenbach *in Archol. Ordin. imper. cap. 12. & ſubſeqq.* ubi tandem *cap. 15.* demonſtrat, quod cum principali dignitate ad Epiſcopos non ſimul omnia regalia tranſierint, ſed ſucceſſu temporis acquiſita fuerint, ita tamen, ut ſecun-

Digitized by Google

ſecundum Imperii Statum hodiernum eadem regalia easdemque jurisdictionis territorialis ſpecies in ſuo territorio poſſideant, quæ Principes, Comites, aliique Status Imperiales habent, ſicq; cum omnimoda jurisdictione, mit aller Weltlichen oder Lands-Fürſtlichen Obrigkeit/ ad vitam inveſtiantur, per *A. B. tit. 26. pr. Receſſ. Imp. de A. 1500. §. ſub rubr.* der Teutſchen Orden. *Reinking. de Regim. ſec. & eccleſ. lib. 1. claſſ. 4. cap. 9. n. 28.* An verò hæc acquiſita jurisdictio ſecularis & liberalitas in Epiſcopos aliasq; perſonas eccleſiaſticas Imperio noſtro proficua fuerit, nec ne, alibi conſideravimus, & declarat uberius *Myler. cit. tract. cap. 16.*

Sicut autem Epiſcopi Catholici Imperii noſtri duplicem repræ- 58
ſentant perſonam; ita quoque in confeſſo eſt, hactenus poſt reformationem, priori ſeculo peractam, Reges, nec non Principes & Status Imperii Evangelicæ religionis, & Principis ſecularis & Epiſcopi ſimul ſuſtinuiſſe perſonam, adeoque duplicem ſecularem ſcil. & eccleſiaſticam exercuiſſe jurisdictionem, quarum priorem jure territorii habent, alteram verò extra Imperium Reges, aliive Proceres Aug. Confeſſ. ſibi jure Majeſtatis vindicant; Imperii verò Status ex conceſſione Imperiali, vigore *Pacificat. Religioſ.* atque *Inſtrument. Pac.* per ſuſpenſam jurisdictionem Eccleſiaſticam cum omnibus ſuis ſpeciebus, adepti ſunt, ut in *c. 1. de Orig. Jur. Epiſc. n. 50. & ſ.* demonſtravimus, non tamen ita, ut, ad inſtar Epiſco- 59
porum, duplicem ſortiantur diœceſin, ſed ut Eccleſiaſtica quoque poteſtas à territorio & ſuperioritate dependeat, per *Inſtrum. Pac. Cæſar. Svec. artic. 5. §. 12.* adeoque jus Epiſcopale & jurisdictio Eccleſiaſtica ejus ſit, ad quem ſpectat regio, ducatus, comitatus atque territorii jus. *Andr. Knichen. de territ. jur. cap. 3. n. 239. & ſeqq. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 3. p. 1. c. 1. n. 14. Carpz. lib. 1. def. Eccleſ. 2. n. 6. 7. Myl. ab* Ehrenbach/ *in Gamol. perſon. illuſtr. c. 8. n. 9. atq; Scriptores Juris publ. paſſim.* Ex quo principio jam fluit, quod in Eccleſiis religionis evangelicæ, quoad ſubjectum juris Epiſcopalis paſſivum, non tam diœceſes, de quibus hactenus egimus, ſed regna potius ac territoria inſpicienda ſint. Sicut tamen Epi- 60
ſcopi ultra ſuam diœceſin, ita nec Principes & Status Evangelici, ultra limites territorii Jus Epiſcopale extendere queunt, niſi vel privilegio & conceſſione expreſſa, vel etiam præſcriptione, atque conceſſione tacita ſibi vel omnes, vel quosdam juris Epiſcopalis

Digitized by Google

actus in alterius territorio acquiſiverint, quo caſu tamen, an acquiſitio iſta cumulativè, an privativè facta cenſeatur, quæſtionis haud vulgaris eſſe ſolet, cujus reſolutio ex *anteced. c. 5. n. 72. & ſeqq.*
61 peti poteſt. Et quia amplitudo territoriorum ſæpius non permittit, ut Juris Epiſcopalis exercitium uni eidemque judicio Eccleſiaſtico committatur; ideo ſæpius plura Conſiſtoria conſtituta, & unicuique certam diœceſin aſſignatam eſſe videmus, ut in ſubditos iſtius diœceſeos jure Epiſcopali fungatur. Sic in Electoratu Saxon. tria inveniri Conſiſtoria, quibus certi circuli ſunt aſſignati, *teſtis eſt Carpz. lib. 1. def. Eccl. 12. n. 10.* Eodē modo in Pomerania tria judicia Eccleſiaſtica conſtituta fuiſſe, recenſet *Sithm. in Arbor. Conſangv. in proëm. n. 14.*
62 Imò cum Status Imperii *proteſtantes* apud *Hortled. de Bell. Germ. lib. 1. cap. 37.* in der Antwort der Proteſtirenden Stände Käyſerl. Majeſtät auf Ihr gnädigſtes Geſinnen übergeben / ſub rubrica der Gelehrten Bedencken Verbeſſerung der Mißbräuche belangend / *§. 352. & ſeq.* conquererentur, daß derer Biſchöfflichen Aemter in Teutſchen Landen zu wenig / und die Kirchen / ſo ſolche von Alters her haben / einander alſo weit entlegen / und nicht alle Städte / die etwas Volckreich ſeynd / ihre eigene Biſchöffe (als die Canones forderen) haben / ſo fordere auch die Nothdurfft / daß allen Städten / die etwas am Volckreich ſeynd / ſolche Diener und Pfarrer geſetzet werden / welchen die gantze Seel-Sorge und Hirten-Dienſte zuvertrauet werden möge / Idcircò cum certiſſimum ac notorium ſit, daß die jenigen / ſo in Teutſcher Nation den Biſchöfflichen Namen tragen / nun ſo lange Zeit für ſich ſelbſt gemeiniglich weiters nichts verſehen / und verrichten / dann das äuſſerliche Politiſche Regiment der Land und Leuten / ſo zu den Biſthumen kommen ſeynd / ihrer auch wenig dahin gezogen / daß ſie die Biſchöffliche Seel-Sorge mit Predigen / Sacrament handeln und reichen / durch ſich ſelbſt verſehen und verrichten möchten / aliam eamque convenientiorem remedii loco adhibendam eſſe putarunt viam: Daß denen / ſo jetzunder die äuſſerliche Regierung der Landen und Leuten / ſo zu den Kirchen kommen ſeynd / verwalten / und zu ſolcher Verwaltung gewählet und eingeſetzet zu werden pflegen / ſolche Regierung aller Maſſen und Geſtalten / wie ſie dieſelbe dieſer Zeit bekommen und haben / zu bekommen und zu verwalten gelaſſen würden / aber daß daneben den Kirchen / beyde die itzunder Biſchöfflichen Sitz und Aemter haben / und die ſolche vermöge der Canonum haben

X ſolten /

Digitized by Google

ſolten / taugliche Vorſteher / und Superintendentes/ mit Bewilligung der Obrigkeit und des Volcks / hin und wieder in Landen und Städten gewählet / geordnet und geſetzet würden / welche die obere Seel-Sorge und gantzes Hirten-Amt / mit Lehren / Sacrament reichen / Kirchen-Zucht üben / und die nechſtgelegenen Kirchen durch ſich ſelbſt beſuchen / vermög der heiligen Schrifft und Canonibus getreulich verrichten/und gäntzlich leiſten / welche auch alle zu den Synoden / ſamt einen oder zweyen ihren Prieſtern beruffen werden / und in denſelben ihre Schlüſſe-Stimmen / und das wahre Kirchen-Gericht / zu Beſſerung aller Mängel / die an Lehr und Leben jederzeit eingeriſſen/wie das die Canones den Synodis befehlen / zu halten / Macht und Recht haben ſolten.
Quæ cauſa fuit, quod in territoriis ſuis Superintenduras atque In- 63
ſpectiones conſtituerint, haſque porro in Decanatus aut Adjuncturas diviſerint, ſingulisque certas dioeceſes aſſignarint, ita tamen, ut Superintendentes ac Inſpectores non tam jus Epiſcopale ipſum, quam potius curam animarum ſupremam, inſimulq; notionem quandam & particulam ſolum Juris Epiſcopalis conceſſam haberent, ut hactenus ſubinde monuimus, atque ulterius comprobat *Brunn.* J. E. *lib. 3. c. 1. n. 34.* Habent ergò Judicia 64
Eccleſiaſtica, nec non Superintendentes ac Inſpectores, ſicubi conſtituti ſunt, ſibi omnes in dioeceſi aſſignata, quoad forum poenitentiale atque cauſas commiſſas, ſubjectos, ita tamen ut hi poſteriores graviores parochianorum cauſas ad Principes eorumq; Conſiſtoria remittant; Principes verò coeterique Status Evangelici per Conſiſtoria aliaque judicia Eccleſiaſtica jus Epiſcopale in omnes territorii ſubditos, tum clericos, tum laicos vulgo dictos, exercent. Et ſicut quoad *clericos* nihil intereſt, an ſint *Miniſtri* 65
Eccleſiæ tum *primarii*, utpute Superintendentes, Inſpectores, Decani, Adjuncti, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi, tum *ſecundarii*, quales ſunt Cantores, Organici, Oſtiarii, & Cuſtodes, an *Miniſtri Scholarum*, Ludimoderatores & Præceptores, hi ſiquidem omnes nomine Miniſtrorum Eccleſiæ & Scholarum denotantur, teſte *Carpz. lib. 1. def. Eccleſ. 57.* an tandem *alii*, qui ſub cura & directione Eccleſiæ miniſteria etiam ſordida obeunt, ut ſunt Oeconomi, Diſpenſatores Pauperum, Orphanotrophi, Xenodochi, Veſpillones, mendicantibus Præpoſiti, Campanarii & ſimiles; Ita quoque ratione *laicorum* nulla conſtituenda eſt differentia. Siqui-

dem omnes omnino ſubditi, ſive ſint Status provinciales, ac Landſaſſii, ſive non, quoad cauſas ſpirituales & eccleſiaſticas, hoc eſt, animam, religionem & conſcientiam concernentes, Conſiſtoriis ſubjecti ſunt, eisque parere neceſſe habent. *Matth. Stephan. de jurisd. lib. 3. p. 1. c. 15. num.* 7. ex eoque *Heinricus Gebbard. de poteſt. ſive regim. Eccleſ. num. 222. atq; Myl. dict. tract. c. 8. §. 7. in f.* niſi Landſaſſii exemptionem à juribus Epiſcopalibus legitimè promeruerint, ſibique Epiſcopalia jura acquiſiverint, quod per ea, quæ in *cap. 4. num.* 104. *& cap. 5. num. 71. & ſeqq.* demonſtravimus, quam
67 maxime fieri poteſt. Nihil quoque intereſt, in qua territorii parte degant. Quare & illi, qui in locis apanagio aſſignatis vivunt, jus Epiſcopale Primogeniti agnoſcere coguntur. Neque enim apanagio cohæret jus Epiſcopale, nec in locis apanagii religionis exercitium Apanagiati mutare, ſed ſuam ſolummodo religionem, quam fovent, una cum officialibus ac miniſtris ſuis ita in aulis exercere poſſunt, daß ſie mögen ihre eigene Hoff-Prediger/und ſonderliche Hoff-Capelle halten; niſi vel Apanagio jus territoriale & conſequenter ab eo dependens jus Epiſcopale conceſſum ſit, vel niſi indultu Primogeniti, aut alia conceſſione, Jus Epiſcopale Apanagio cohæreat, quibus caſibus Apanagiati in ſuos ſubditos id ipſum quoque exercere poſſunt. *Sprinsfeld. de Apanag. cap.* 11. *n.* 74. *ſeq.* Quæ vero cauſæ pro Eccleſiaſticis, adeoque Conſiſtorialibus, penes Evangelicos habeantur, in *ſubſeqq. de jurisd. Epiſc.* abundè declarabimus. vid. interim. *cum Weber. de Conſiſt. c.* 27. qui catalogum & tabulam omnium cauſarum Conſiſtorialium recenſet,
68 *Brun. lib. 3. jur. Eccl. c. 1. n. 14. & ſeqq. usq; ad fin.* Sed an ipſi Evangelici Reges, Principes & Status eorundem Conſiſtoriis quoad cauſas eccleſiaſticas ſubjecti ſint, alterioris eſt indaginis? Rarius equidem tales cauſæ inter proceres hos in judicium deduci ſolent, attamen controverſiæ, quæ hactenus inter nonnullos, præcipue de matrimonialibus cauſis interceſſerunt, disquiſitionem hanc difficiliorem reddiderunt. *Myl. ab* Ehrenbach *cit. tract. c.* 8. §. 8. *atq; de Princip. & Stat. Imp. c. 20. n.* 19. non inconveniens eſſe dicit, ut Principes aliique Status Imperii Evangelici in cauſis ſpiritualibus, & quæ ſunt mixti fori, ſuum Conſiſtorium, remiſſo prius Epiſcopalibus juramento, quo ipſis obſtricti vivunt, adeant, & in dubiis ejusdem conſilium requirant. Cum enim omni ratione

Digitized by Google

tione ſit colenda juſtitia, tum propter ſe, tum propter exemplum & imitationem, Principum & Statuum utique dignitati convenire cenſet, ut in Curiis Eccleſiaſticis, quid ſecundum aut contra leges divinas ſit, ſibi jus dici patiantur, maximè cum multi tradant, Principem territorii non omninò & abſolutè eſſe ſuper Presbyterium, ſed membrum Eccleſiæ, quod in cauſis ſpiritualibus æque à corpore dirigitur, illudque audire tenetur, ut alius privatus. Quamvis ergo in Eccleſiaſtica jurisdictione non agnoſcant ſuperiorem, nihil tamen vetare putat, quin ſibi ipſi jus dicant, propter defectum ſuperioris, *arg. l. 41. ff. de hered. inſtit.* cum ſupremus Princeps excipiatur à titulo, quo quisque ſibi jus dicere prohibetur, *per Nov. 23. c. 2. ex eâque deſumtum c. anteriorum. 28. c. 2. q. 6. Myler.* ſuffragantur *Chriſt. Weber. de jur. Conſiſt. c. 9. 10. paſſim Reinking. de Regim. ſec. & eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. c. 10. n. 50. Blum. in Proc. Cam. tit. 43. num. 16. atq; Dn. Stryck. ad Brunnem. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 1. §. 18.* Sed enim verò licet hanc ſententiam 69
in caſu, quo utraque pars conſentit, aut ubi de unius præjudicio agitur, isq; huic judicio ſe ſpontè ſubjicit, facilè concedamus, per conſenſum namque paritas & majoritas, quæ aliquo impedimento eſt, tollitur. *Thom. de Thomaſett. in flor. leg. reg. 233. Scacc. de appell. q. 2. n. 10. Gardin. Tuſch. Pract. Concl. lit. P. concluſ. 89. n. 29.* licet etiam largiamur, quod Principes & Status in caſu, quo in gradu prohibito matrimonium contrahere volunt, in propriis Conſiſtoriis diſcuſſionem hujus cauſæ, de quo caſu *Myl. ab* Ehrenbach *in Gamol. cit. loc.* præcipue agit, inſtituere, aut Theologorum æque ac JCtorum judicium requirere posſint; Attamen hæc & alia, quæ 70
inter conſentientes peraguntur, nondum evincunt, quod ubi pars adverſa in contradictorio, uti loquimur, verſatur, exceptionem paritatis opponit, ſeque Conſiſtorio ſubjicere recuſat, Conſiſtorium ulla vi compulſiva ad comparendum & exequendum gaudeat; hanc ob cauſam Duciſſa Megapolitana, quoad controverſiam matrimonialem, quæ inter ipſam ejusque Principem maritum *Chriſtianum Ludovicum* interceſſit, in proteſtatione an die Schweriniſche Miniſtros; daß ſie nicht befugt / die zwiſchen ihr und ihres Ehe-Gemahls obſchwebende Strittigkeiten zu entſcheiden / inter alia ſequentia propoſuit; Daß ſie wegen ihres Fürſtlichen Stands und Herkommens keinem andern / als der Römiſchen Käyſerl. und des H. Reichs

Digitized by Google

höchſten Gerichten/ nach Ausweiſung der bekandten Reichs-Conſtitution/unterworffen. Et poſtea: daß Dero Herrn Gemahls Ld. in propria cauſa, da ſie partis-Stellen vertretten/ zugleich nicht Judex ſeyn/ und alſo die Jurisdiction/ ſo ſie ſelbſten nicht haben/ andern nicht demandiren könten/ vid. *Michael. Caſpar. Londorp. Act. Publ. part. 9. ſive contin. part. 5. lib. 10. c. 38. n. 7.* Hinc & *Dn. Textor. diſp. ad Receſſ. noviſſ. 1. th. 76.* Conſiſtoria Principum & Statuum, niſi in illa compromittatur, cognitionem adverſus perſonas immediatas non habe-
71 re tradit. Sed quodnam tandem cauſſarum Conſiſtorialium Regum Principum & immediatorum Imperii Evangelicorum erit forum competens? Sane quoad Civitatum Imperialium membra res expedita eſt. Quia namque ipſa Civitas immediata Statum Imperii conſtituit, non ſinguli cives; ideò omnes omnino cives, cujuscunque tandem ſint conditionis & dignitatis judiciis Eccleſiaſticis in hisce civitatibus conſtitutis ſubjiciuntur. Alia enim eſt ratio ſingulorum, alia univerſorum. Univerſi conſtituunt corpus civitatis, quod eſt Status Imperii & immediatè imperio ſubeſt. Cives autem ſinguli, cum pars ſint illius corporis, corpori ſubjiciuntur, cui haud aliter parere debent, quam quisque ſuo Principi, ut optimè declarat *Philipp. Knipſchild. de Civ. Imp. lib. 2. c. 2. n. 122.* Idem dicendum de liberis reformatæ religionis Rebuspubl. in quibus omnes quoque Optimates, per quos aliàs Respublicæ gubernantur, corpori ſubjiciuntur. *Confer. Oldenburg. in Theſ.*
72 *Rerumpubl. p. 3. tit. 3. §. 49. 51. & paſſim.* Quoad Reges Aug. Conf. perinde ut in ſecularibus cauſis, ante omnia conditiones, ſub quibus regni adminiſtrationem ſuſceperunt, inſpiciendæ ſunt, hæ enim non ſolùm habendi modum, ut exiſtimat *Grot. lib. 2. c. 3. §. 16.* ſed ipſam quoq; poteſtatem afficiunt. *Becler. ad Grot. cit. loc. atq; Kulpis. in Coll. Grot. Ex. 3. ad cit. Grot. c. th.* 3. his deficientibus locum habent modi, quibus alioquin vitari ſolent controverſiæ Regum ſeculares, ne in bellum erumpant, quorum præcipuus eſt *amica diſceptatio*, atq; *colloquium* vel inter ipſos reges, vel per legatos inſtituendum, ad hoc, ut controverſiæ amicabili via componantur; alter verò eſt *compromiſſum*, ut electis utrinque arbitris eorundem cognitioni res decidatur, quales autem ſint eligendi, ex regulis prudentiæ judicandum eſt. Nam quæ *Grot. lib. 2. cap. 23. §. 4. n. 4.* de con-

Digitized by Google

de conventu quodam Chriſtianarum poteſtatum tradit, ut perſonas, quarum res non intereſt, rationes ineantur cogendi partes, ut æquis legibus controverſiam componant, voti magis ſunt, quam conſilii; ſiquidem certum eſt, vix reperiri, quorum non interſit, & cum nemo in populum liberum habeat imperium ſine ejus conſenſu, nulli regum jus erit, alterum cogendi. *Kulpiſ. ad Grot. cit. loc.* §. 2. Confer. *Hobbeſ. de civ. cap. 9. Pufend. lib. 5. Jur. Nat. & Gent. c. 13. n. 3. atque Dn. Text. in Synopſ. jur. Gent. c. 17. n. 29.* Quoad Principes vero & Status Imperii Evangelicos res adeo incerta 73
& dubia eſt, ut publicam omni jure promereatur deciſionem. Alii ſiquidem haſce cauſas adhuc hodiè ad *Epiſcopos* & *Pontificem* pertinere cenſent; Alii *Imperatorem* ejusdemque *judicium aulicum*, aut *Commiſſarios Cæſareos* pro judice competenti habent; Alii ad *Auſtregas* & *Cameram Imperii* cognitionem pertinere credunt; Alii *judicio Principum* locum relinquunt; Alii *Conſiliariis rei* cauſas has committendas eſſe tradunt. Sed quia hiſce ſententiis omnibus varia eaque graviſſima adverſantur dubia, alii *Arbitros* eligendos, aut *Judicium extraordinarium* formandum eſſe cenſent, ut transmiſſis actis ad alios, eosque extraneos Theologos, ac JCtos haud ſuſpectos, procedant. Sed cum hoc judicium, quocunq; tandem conſtituatur modo, præprimis quoad executionem, inſignem patiatur defectum; ideoque multis necesſitas tandem 74
ſuadere videtur, ut *Conſiſtorium* aliquod *ſupremum* & *judicium Eccleſiaſticum* ab omnibus Proceribus proteſtantis & reformatæ religionis, ſicque ab Imperii Statibus nec non Regibus & Principibus aliis Evangelicis conſtituatur, coram quo cauſſæ matrimoniales & Eccleſiaſticæ, ſi altera pars reconciliationem, amicabilem compoſitionem, arbitros & compromiſſum recuſet, tractentur. Vid. de hiſce ſententiis omnibus & ſingulis noſtra *Diſſert. de immed. S. Imperii Proteſt. for. in cauſa matrim. ſect. 2. n. 10. & ſeqq. usque ad fin.* ad quam majoris declarationis gratia *B. L.* remittimus, inſimulque precamur, velit Numen Divinum vel omnes 75
iſtas controverſias inter Proceres Evangelicos procul inde gratioſè arceſſere, vel etiam, cùm inter ipſos æque ac privatos imbecillitatis humanæ defectus occurrant, eorundem animos ad ſalutaria conſilia ita dirigere, ut hunc jam dudum à prudentioribus notatum defectum *Hierarchia Evangelica* congruo ſup-

ſuppleant remedio, ſicque querelis, quas hactenus Magnatibus Evangelicis ſubinde excidiſſe comperimus, daß ſie bey dieſen Fall weit elender / als deren ärmſte Unterthanen und Bauren ſeynd / tandem aliquando exoptatum imponant

FINEM.

CAPUT VII.

De diverſis Juris Epiſcopalis Capitibus in genere.

Summaria.

1. Quatuor Juris Epiſcopalis conſtituntur capita: *Ordo*, *L. Diœceſana, Jurisdictio & Dignitas.*
2. Huic diviſioni ſuffragantur *c. 18.* X. *de Offic. jud. ord. & c. pen.* X. *de Conſecr. eccleſ. vel altar.*
3. Recenſentur capita Juris Epiſcopalis quoad ſtatum Eccleſiæ primitivæ.
4. Miniſtri Eccleſiæ dicuntur regere Eccleſiam quoad poteſtatem internam, quæ quoad eccleſiaſtica eccleſiaſticè ſe habet.
5. Accreſcentibus Juribus Epiſcopalibus inſimul hæc diſtinctio invaluit.
6. Sed tamen hæc omnia contra intentionem Apoſtolorum obtinuerunt.
7. Jura Epiſcopalia in genere continent jura vel ad Miniſtros Eccleſiæ, vel ad Magiſtratum politicum, vel totam Eccleſiam vel ad Miniſterium & Magiſtratum conjunctim pertinentia.
8. *Innocentius IV. unum* tantū Juris Epiſcopalis agnoſcit caput.
9. Propter *d. c. 18.* X. *de Off. jud. ordin.* alii conſtituunt *duo.*
10. Sed tamen alii aliter.
11. Alii *tria*, alii vero *quatuor*,
12. Hæc diſtinctio nudè magiſtralis, nec etiam neceſſaria eſt.
13. Quia tamen eam uſus comprobavit, Doctores quoque evangelicæ religionis retinuerunt.
14. Hinc differentia conſideranda,

Digitized by Google

da, & quæ Jura ad quodlibet caput pertineant, qua in re tamen ſumma reperitur confuſio.

15. Differentia inter *Ordinem* & *Jurisdictionem*.

16. & 17. Sacramentorum collatio minus congrue Jurisdictionis eſſe dicitur, licet alii cum *Panormitan.* hoc certo reſpectu aſſerant.

18. Multi *L. Diœceſanam* atq; *jurisdictionis* pro iisdem habent.

19. Alii pro differentia allegant *Concil. Ilerd. c.* 3.

20. Sed demonſtratur, quod ex eo deduci nequeat, nec etjam principiis *Canoniſtarum* congruat.

21. Additur tamen, qua occaſione introducta ſit.

22. Quæ *L. Diœceſanæ* aut *Jurisdictionis* ſint, *Gloſſa* certis regulis declarat.

23. Falſitas harum regularum per exempla demonſtratur.

24. *Innocentius IV.* generalem & invariabilem regulam tradi poſſe, negat, unde ſolum in expreſſis à jure differentiam conſtituendam eſſe dicit.

25. Annectit tamen, quod illa *L. Diœceſanæ* eſſe dicantur, à quibus monaſteria de jure ſunt exemta.

26. Quam regulam *Innocentii* plures allegati probârunt.

27. Sed *Wagnereck* per aliam declarat.

28. *Gonzalez Tellez* diſtinguit, alii verò nonniſi exemplis rem expediunt.

29. *Dignitatis* caput, de quo in Jure Canonico nihil invenitur, multi omittunt.

30. Certo reſpectu tamen tolerari poteſt.

31. Unde recenſentur generatim illa, quæ ad quodvis caput pertinent.

PErſonas, per certas diœceſes Juri Epiſcopali ſubjectas, excipiunt nunc ipſa *Juris Epiſcopalis diverſa Capita*, de quibus jam antea, in hujus *Diſcurſ. cap. 2. ſub diviſione juris Epiſcopalis*, nonnulla propoſita ſunt, ad quorum uberiorem illuſtrationem conducit, quod vulgaris & maximè uſitata apud Canoniſtas occurrat diſtinctio Jurium Epiſcopalium, vigore cujus quædam pertinere dicuntur *ad Epiſcopos Jure Ordinis*, quædam *Lege Diœceſana*, quædam verò *Lege jurisdictionis*, *Lancelott. lib. 2. Inſt. jur. Canon. tit. 20.* §. 17. quibus tandem recentiores præprimis *Dd.* ex

Y prio-

2 prioribus reſultans adjecerunt *Status & dignitatis caput*. Quis verò diſtinctionem hanc primus excogitaverit, aut introduxerit, in incerto plane hæret, niſi quod *Honorius III. Pontifex L. Diœceſana atque Jurisdictionis* mentionem fecerit *in c. dilectus. 18.* ✠. *de Off. jud. ordin.* atque *Gregor. IX. jurisdictionem* ab illis, quæ *Ordinis Epiſcopalis* ſunt, ſeparaverit *in c. aqua. pen.* ✠. *de Conſecrat. eccleſ. vel altar.* ipſique hoc modo, ſi non ſuffragium & robur, ad minimum ta-
3 men anſam & occaſionem dederint. Et ſane, ſi ſtatum Eccleſiæ primitivæ Chriſtianæ conſideramus, officii Epiſcopalis non alia inveniemus capita, quam quæ in doctrina verbi divini, adminiſtratione Sacramentorum, cura viduarum, pupillorum & pauperum, exemplari charitatis Chriſtianæ exercitio atque poteſtate clavium, per quam peccata remittuntur, ac retinentur, conſiſtunt. Neque alia tunc fuit intentio omnium Eccleſiæ paſtorum, neque etiam Apoſtoli, tanquam primi Eccleſiæ doctores, aliam ſibi poteſtatem vindicarunt, quam hanc officio ipſorum, quod cœleſte erat, & ad cœleſtem hominum gratiam atque ſalutem dirigebatur, convenientem; Quare & ipſe Salvator noſter, autor totius Eccleſiæ Chriſtianæ, ejusque poteſtatis, adeoque omnium omnino jurium Epiſcopalium, dum ſe regem eſſe profitetur, inſimul ſtatim conteſtatur, hoc ſuum regnum non eſſe de hoc mundo, hoc eſt, ejus indolis, ingenii & conditionis, cujus
4 ſunt cætera regna. *Joh. 18. v. 36.* Licet ergo Eccleſiæ Miniſtri quodammodo regere dicantur Eccleſiam, docendo, arguendo, exhortando, modisque ſimilibus; Id tamen fit non niſi *directive*, atque per regimen, quo Eccleſia gubernatur & conſervatur, ſpirituale & internum, capiti ſcil. Chriſto conveniens, ſive, ut alii loquuntur, quoad poteſtatem internam, quæ *circa Eccleſiaſtica eccleſiaſtice* verſatur, prædicando ſcil. & interpretando verbum divinum, adminiſtrando Sacramenta, remittendo & retinendo peccata, prout hæc omnia in hujus *Diſcurſ. cap. 1. n. 20. & ſeq.* nec non
5 *in proœm. Diſſert. 2.* demonſtravimus. Poſtquam vero, ad inſtar aliarum rerum, quæ ex principiis parvis ampliores ſæpius progreſſus habent, atque uſu augentur, jus Epiſcopale, hiſce ſuis principiis, tot & tanta jura adjecit, ut jam ens aliquod, ex variis circa Eccleſiaſticas functiones & res alioquin competentibus juribus, tanquam partibus heterogeniis aggregatum, conſtituat, quibus Epi-

Digitized by Google

Epiſcopi non quidem ex Apoſtolico, ſed Eccleſiaſtico potius inſti-
tuto, vel conſvetudine, cui ἀνάβασις Epiſcoporum, cujus circa
ordinationem & impoſitionem manuum mentionem facit *Chry-
ſoſtomus*, non minimam dedit occaſionem, ſuperbiunt; (Nec enim
ſimultaneo quodam actu in toto orbe inſtitutum fuit, ut unus
de presbyteris electus ſuper reliquis poneretur, ſed probabiliter
per conſvetudinem invaluit; nec etiam Epiſcoporum jura, qui-
bus illi hodie eminent, ipſis à volente Eccleſia generaliter con-
ceſſa, ſed ſenſim occupata, ipſique erepta fuerunt, ut demonſtrat
Dn. Ziegler. de Epiſc. lib. 1, cap. 3. n. ult.) inſimul cum accreſcenti-
bus illis juribus hæc Canoniſtarum ſeparatio juris Epiſcopalis
ſenſim invaluit, tandemque, ut magiſtralis diſtinctio, ubique re-
cepta eſt. Sic ex ſummis vitæ & fortunæ miſeriis ad ſummas di- 6
vitias & dignitatis gradus in ſucceſſoribus ſuis perveniſſe viden-
tur Apoſtoli, ut jam in illis poſſideant, quæ ipſi repudiarunt, &
procul à ſe eſſe juſſerunt. Et quis unquam habito reſpectu ad
tempora primitivæ Eccleſiæ putaſſet, vel probabiliter unquam pu-
tare potuiſſet, Apoſtolos, homines pauperes & ab omni ſplen-
dore externo remotos, habituros tales ſucceſſores, qui propter
apparatum ſuum & eminentiora jura cum regibus decertare poſ-
ſent? præprimis ſi Majeſtatis jura, quibus Epiſcopi hodie non
aliter, ac Principes ſeculares, pollent, reſpiciamus. Sed quia 7
hæc jura à ſcopo noſtræ tractationis aliena ſunt, intra fines, qui
Juribus Epiſcopalibus in Jure Canonico præſcripti reperiun-
tur, permanebimus, ubi *primo* in confeſſo eſt, quod in gene-
re hæc capita Juris Epiſcopalis ambitu ſuo complectantur par-
tim *nonnulla*, quæ *de jure divino ſolis Eccleſiæ miniſtris* competunt,
adeoque jure meritoque Epiſcopis, & Clericis iterum relin-
qvuntur, e. g. docere verbum Dei, adminiſtrare Sacramen-
ta, abſolvere à peccatis & ſimilia, partim *alia*, quæ ad *ſolum*
pertinent *Magiſtratum politicum*, aut eum potius, qui τὸ Κύριον
in republica habet, ut adeo Epiſcopo, quà tali, nullatenus
attribui queant, ut ſunt juriſdictio & ſimilia, partim porrò
alia ad totam Eccleſiam, quatenus corpus ex magiſtratu, clero
& populo collectum conſtituit, pertinentia, ut eſt electio miniſtro-
rum Eccleſiæ, partim denique alia *ad Miniſterium & Magiſtratum
conjunctim* pertinentia, ut ſunt viſitationes Eccleſiarum, & cognitio-

nes de cauſis excommunicationum, prout ex inſpectione & perluſtratione ſingulorum Jurium Epiſcopalium plus quam apertius conſtabit, quæ omnia ſub prædictis Juris Epiſcopalis capitibus ſibi ita propria fecerunt Epiſcopi, ut magiſtratui & populo nihil amplius reſiduum ſit, neque Principes aliter accedere poſſint, quam ut exequantur ſolùm, quod Epiſcopis commodum &
8 conveniens viſum fuerit. *Secundo* certisſimum eſt, diverſiſſimas *Canoniſtarum* circa diviſionem horum Capitum intercedere differentias, dum alii *unum*, alii *duo*, alii *tria*, alii verò *quatuor* Juris Epiſcopalis agnoſcunt membra, ut prolixius apparet ex illis, quæ jam antea in hujus *Diſcurſ. cap. 2. n. 15. & ſeq.* propoſuimus, ad quorum majorem declarationem impræſentiarum addendum, quod tradit *Innocent. IV. Pontifex ad cit. c.* 18. ✠. *de Off. jud. ordin.* Epiſcopus unam legem habere ſcil. diœceſanam, ſub qua comprehenditur cum jurisdictione totum Jus Epiſcopale, quod in diœ-
9 ceſin exercet Epiſcopus. Sed poſtquam *Honorius Pontifex in cit. c.* 18. duplicis Legis tam Diœceſanæ, quam jurisdictionis, mentionem fecit, totum Jus & poteſtatem Epiſcopi in duplici hoc jure conſiſtere, poſt *Gl. ad c. dilectus.* 18. *verb. de Lege Jurisdictionis &c.* putarunt multi *Canoniſtæ*, interq́ eos etiam *Azor. Inſt. Moral. p. 2. lib. 3. c. 32. q. 2.* (quamvis in præced. *c. 30. q. 5.* ſupperaddat quo-
10 que Ordinem) atq; *Wagnereck. ad d. c. dilectus not. 2.* Sed cum differentia *L. Diœceſanæ* & *Jurisdictionis* aliis non bene doctrinalis videatur, ideo nonnulli Jus Epiſcopale potius partim *Ordinis*, partim *Jurisdictionis* eſſe cenſuerunt, juxta principia iſta *Canonum*, quibus ſuffragatur *Gregor. IX. Pontifex in c. aqua. pen.* ✠. *de Conſecr.*
11 *eccleſ. vel altar.* add. *Mareſ. ad Cucch. Inſt. jur. Can. lib. 1. tit. 12.* Alii vero Ordinis, Jurisdictionis & Dignitatis eſſe dixerunt, quæ tria capita poſt *Anton. de Butrio* agnoſcunt *Felin. in cit. c. dilectus. n. ult. Proſper. Fagnan. ad id. cap. n. 4. atque Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. cap. 11. n. 95.* Alii tandem moti non ſolum per *alleg. c. dilectus. & c. aqua,* ſed & per doctrinam *Butrio* atque *Felini*, ut media quaſi incederent via, quatuor conſtituerunt capita, atque *Ordini*, *L. Diœceſanæ*
12 & *Jurisdictioni Dignitatem* quoque adjecerunt. Sed quæcunq; tandem Juris Epiſcopalis efficiantur capita, hanc ipſam tamen diſtinctionem commentitiam ac nude ſolum magiſtralem, nec etiam neceſſariam eſſe cenſemus. Fatemur equidem, & in confeſſo eſſe

lar-

Digitized by Google

largimur, Juris Epiſcopalis plures hactenus fuiſſe & hodienum
eſſe poteſtates, quibus, tanquam partibus ſuis, conſtituitur; Aſt
easdem omnes Jus Epiſcopale ſignificare, atque poteſtatem Epi-
ſcopalem, tanquam Jus diœceſanum & commune, quod in ſpiri-
tualibus atque eccleſiaſticis quoad univerſam diœceſin Epiſcopus
habet, conſtituere videmus, ut adeo diſtinctionem hanc, cum
multa confuſione traditam, plane præterire, ſicque ea negata,
ſcopulos omnes, qui in vaſto Juris Canonici oceano occurrunt,
facilè evitare queamus. At enimvero, quia per recentiores Pon- 13
tificum decretales ſi non confirmatur, aliquo tamen modo innui-
tur, atque hactenus per Canoniſtarum dogmata, utut, ſecun-
dum antea dicta, diverſimode, comprobata, ſicque jamdiu com-
muniter recepta eſt, noluerunt quoque Doctores Evangelicæ re-
ligionis eandem rejicere, ut præter ea, quæ hanc in rem à *Laurent.*
Obm. Carpz. aliisque tradita ſunt, videre licet ex *Wiber. de jur. Con-*
ſiſt. c. 7. ſect. 1. & ſeq. atque Brunnem. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 6. membr.
12. n. 2. & ſeq. Quare, præſuppoſita hac hypotheſi, jam neceſ- 14
ſarium erit, ut *prius in genere* diſpiciamus, *quomodo* hæc diverſa
Juris Epiſcopalis capita à ſe invicem differant, & *quænam poſtmo-*
dum jura unicuique in ſpecie accenſeri debeant, qua in re præci-
puè maximus Canoniſtarum reperitur diſſenſus, à quo nec recen-
tiores immunes ſunt, dum ea, quæ magis ſunt Diœceſeos, affin-
gunt Ordini, quæ Ordinis, jurisdictioni, quæ Jurisdictionis, Diœ-
ceſi, & quæ dignitatis, jurisdictioni; ut quæ cujusque propria
ſint, ex illorum traditis vix ac ne vix quidem cognoſcere valea-
mus. Quod *prius*, adeoque differentiam (1) inter *Ordinem* & *Ju-* 15
risdictionem concernit, non ſine ratione à ſe invicem diſtingui cœ-
perunt, ideo quia poteſtas Ordinis in quamplurimis articulis di-
vinitus conceſſa, jurisdictionis vero aliunde, & ex imperio ſecu-
lari aſcita fuit, ſed, quæ cujusque jura ſpecialia ſint, in eo æque
ac in aliis Canoniſtarum invenimus diſſenſiones, dum nonnulli
poteſtatem Eccleſiaſticam internam, quam communiter Ordinis
eſſe dicimus, referunt ad jurisdictionem externam, adeoque ju-
risdictionis in ſpecie eſſe dicunt, pœnitentias injungere, pœniten-
tes abſolvere & alia, de quibus videre poteſt *Barboſ. lib. 1. jur. Ec-*
cleſ. cap. 1. *n. 20.* atque paſſim. Hinc eſt, quod non ſolum *Mar-* 16
tin. Azpilcuet. Navarr. ad c. novit. ✠. *de judic. n. 83.* poteſtatem

 Eccle-

Eccleſiaſticam ſextuplicem eſſe credat, ſicque aliam ordinis, aliam adminiſtrandi Sacramenta, & præcipuè ſacramentum pœnitentiæ, aliam fori exterioris, & ſic conſequenter conſtituat; ſed etiam, quod *Barboſ. lib. 1. de Offic. & poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 1. n. 15.* Sacramentorum collationem jurisdictionis eſſe tradat; Alii denique, qui in ſola L. Diœceſana & jurisdictionis totum Jus Epiſcopale conſiſtere aſſerunt, omnia, quæ alioquin Ordinis eſſe dicuntur, ad jurisdictionem referre velint. Sed non ſine cauſa ſibi
17 mirabile videri dicit *Innocent. IV. ad cit. cap. dilectus*, quod jurisdictionis dicatur eſſe collatio Sacramentorum, quam enim jurisdictionis rationem ineſſe dicemus illi negotio, in quo nullum locum habet Magiſtratus jus dicentis poteſtas? quod ut removeat, inſimulque *ad c. aqua. 9. ✠. de Conſecrat. eccleſ. vel altar.* reſpondeat *Panormitan. ad d. c. dilectus. n. 3. circa fin.* illa, quæ alioquin ſunt Ordinis Epiſcopalis, habito reſpectu ad perſonam ordinati, jurisdictionis eſſe dicit, eam ob cauſam, quod propter jurisdictionem, quam in ſuos ſubditos Epiſcopus exercet, hi ab eo & non ab alio Sacramenta percipere debeant, *Panormitanum* laudat ac ſequitur *Engel*, qui itidem *lib. 1. Coll. jur. Can. tit. 28. n. 36.* propterea, quod Epiſcopus non alienis, ſed ſuis tantum ſubditis regulariter actus Ordinis impertiri poſſit, jurisdictionem actus Ordinis comprehendere tradit. At enim vero ex hac conciliatione nil aliud apparet, quam quod vocabulis iſtis maxime abutantur In-
18 terpretes Juris Canonici. Quomodo porrò (2) Lex Diœceſana & jurisdictionis differant, quæve jura cuivis capiti aſſignanda ſint, in eo majorem Interpretum invenimus diſcordiam. Et quidem *quoad differentiam* multi *L. Diœceſanam* cum *jurisdictionis Lege* pro iisdem habent, Legemque Diœceſanam nihil aliud eſſe dicunt, quam jurisdictionem & poteſtatem Epiſcopalem, quam in ſua diœceſi Epiſcopus exercet, vid. poſt *Anton. de Butr. Proſper. Fagnan. ad cit. c. dilectus. ✠. de Off. jud. ordin. n. 4.* Utut enim in *Concilio Ilerdenſi*, celebrato *Sec. VI. can. 3.* Diœceſanæ Legis injiciatur mentio, alio tamen plane ſit ſenſu, quam prædictæ diſtinctionis Autores volunt. Verba *can. Gratian.* particulatim recenſet *in c. 1. cauſ. 18. q. 1.* nec non *in c. cum pro utilitate. 34. c. 16. q. 1.* atque, prout *in Concil.* concepta ſunt, ita ſe habent: *De monachis id obſervare placuit, quod Synodus Agathenſis vel Aurelianenſis noſcitur decreviſſe; hoc tantum-*

Digitized by Google

tantummodo adjiciendum, ut pro Eccleſiæ *utilitate, quos Epiſcopus probaverit, in Clericatus officio, cum Abbatis voluntate, debeant ordinari. Ea vero, quæ in jure monaſterii de facultatibus offeruntur, in nullo Diœceſana Lege contingantur. Si autem ex laicis quispiam à ſe factam baſilicam conſecrari deſideret, nequaquam ſub monaſterii ſpecie, ubi congregatio non colligitur, vel regula ab Epiſcopo non conſtituitur, eam à Diœceſana Lege arrideat ſegregare*, quæ verba communiter ita explicant Canoniſtæ, *Patrum Ilerdenſium* hanc mentem & intentionem fuiſſe, quod Lege quidem jurisdictionis teneantur monachi ad obſervanda ea, quæ ſunt Ordinis & jurisdictionis, reliquis vero juribus Epiſcopalibus omnibus ſint exempti, quæ L. Diœceſanæ nomine comprehenduntur, ſed ſine ratione verba *in can.* perſpicue limitata generaliter accipiuntur. Provocant namque *Patres Ilerdenſes ad Concilium Agathenſe & Aurelianenſe 1.* in quibus monachi diſertis verbis Epiſcopis ſubjiciuntur, quod comprobant, hocq; ſolum adjiciunt, ut monachus in clerum ab Epiſcopo recipiatur cum Abbatis voluntate, & porro, ut Epiſcopus non attingat ea, quæ per oblationes deſtinantur monaſteriis, quorum alteram partem alioquin Lege Diœceſana, id eſt, jure ſuo Epiſcopali vindicare poterat Epiſcopus, id quod jure ſingulari in provincia Tarraconenſi, in qua Concilium Ilerdenſe habitum eſt, propter ſummam veterum monachorum paupertatem, indroductum videtur. Verba ergo *L. Diœceſana* & hic, & in ſubſequentibus, *quod nemo ex laicis, qui à ſe factam baſilicam conſecrari deſiderat, eum à Lege Diœceſana audeat, ſegregare*, nihil aliud indicant, quam ipſum Jus Epiſcopale. Quare hic locus ad confirmationem diſtinctionis inter L. Diœceſanam & jurisdictionem nihil conducit. Neque hæc diſtinctio aliis principiis Canoniſtarum congruit, juxta quæ omnis poteſtas Ordinis & jurisdictionis eſſe dicitur, nec Lex Diœceſana à jurisdictione diſtinguitur, cum hæc intra diœceſin, tanquam Lex Diœceſana, exerceatur. *Samuel. Mareſ. ad Anton. Cucch. Inſt. jur. Canon. lib. 1. tit. 12. verſ. quorum omnium.* Soli ergo *Honorio Pontifici in d. c. dilectus.* 18. ✠. *de Offic. jud. ordin.* vel accepto ferenda, vel etiam tunc nata eſſe videtur, poſtquam monaſteria plurima Ordinariorum jurisdictioni, contra priſcos Canones & æquitatem ſubduci cœperunt, ut poſt *Fileſac.* fuſe hoc docentem, tradit *Mareſ. cit. loc.* Et quia hæc differentia jam ita

20

21

rece-

recepta eſt, ut ſententia, in horum uno jure lata, alteri non præjudicet, ceu fatentur omnes Repetentes, interque eos *Andr. Butrio Imol. Felin. Panormit. Innocent. Hoſtienſ.* aliique quos laudat ac ſequitur *Barboſ. ad ſæp. alleg. cap. dilectus. 18. Confer. Cucch. Inſt. jur. Canon. cit. lib. 1. tit. 12.* Ideo jam ulterius γνωρίσματα, & *ſigna*, ex quibus, quæ L. Diœceſanæ aut Juriſdictionis ſint, cognoſcere
22 queamus, examinanda veniunt. *Gloſſ. ad d. c. 18. verb. de Lege Juriſdictionis &c.* certis regulis rem ita declarare voluit, ut illa ſint *Legis Diœceſanæ*, quæ *in recipiendo* conſiſtunt, à quibus monaſteria ſunt ipſo jure exemta; *juriſdictionis* vero illa, quæ *in dando aut conferendo* verſantur, ut ordines & ſimilia, à quibus monaſteria jure communi libera non ſunt, ſed privatis ſolum Romanorum Pontificum privilegiis, religioſorum Ordinibus conceſſis. Et hæc theorica *Gloſſæ* placet quoque *Bald. in l. ſi quis ad declinandum. 49. de Epiſc. & Cler. n. 3.* dicenti, illam non eſſe totaliter ab interpretatione nominis alienam, *Mar. Socin.* & aliis interque eos *Præpoſit. in c. 1.*
23 *c. 10. q. 1.* ubi ait, *ſe legendo d. c. dilect. eam ſemper tenuiſſe.* Sed alii hanc differentiam, quam *Gloſſa* conſtituit, improbant, propterea quod hac ratione monaſteria non eſſent libera à Lege Diœceſana, quippe quæ jure communi ſolvere debent expenſas, quas facit Epiſcopus viſitandi cauſa, ſive *procurationes, per c. ſopitæ. 14. & c. venerabili. 23.* X. *de Cenſib.* quæ procurationes tamen in recipiendo conſiſtunt, perinde ut quarta funeris in recipiendo conſiſtunt, perinde ut quarta funeris in recipiendo fundatur, & tamen monaſteria illam jure communi Epiſcopo præſtare tenentur, juxta
24 *c. requiſiſti. 15.* X. *de teſtam.* Quare *Innocentius IV. Pontifex ad c. 1,* X. *de ſtat. Monach. n. 1. & 2.* jura ad Epiſcopos ſpectantia non alia ratione L. Diœceſanæ & Juriſdictionis eſſe dicit, quam quod ſic aſſumta ſint à jure, propterea in hac materia *propriam, generalem ac invariabilem doctrinam* dari poſſe negat, cum in juribus antiquis non reperiatur hæc diſtinctio, quod aliqua ſint de L. Diœceſana, aliqua vero de Lege Juriſdictionis; ſed ſolum *in d. decretali nova*, quæ tamen rem plene non declarat, ſed tantummodo nonnullorum jurium mentionem facit. Unde concludit, ſolum *in expreſſis à jure* faciendam eſſe diverſitatem inter has leges, cum unica ſit lex Epiſcopi, ſub qua comprehenditur lex diœceſana. Et
25 quia in jure Canonico *in c. 34. cauſ. 16. q. 1.* cautum eſſe putat, ut mona-

Digitized by Google

monaſteria non ſubſint Epiſcopo quoad Legem Diœceſanam, ſecundum hanc hypotheſin ad L. Diœceſanam pertinere credit illa, à quibus monaſteria de jure exempta reperiuntur, reliqua vero ſpectare ad L. Jurisdictionis, quam doctrinam *Innocentii*, tanquam meliorem *Gloſſæ*, atque communiorem, ſequuntur *Hoſtienſ. Anchoran.* aliique relati *à Proſper. Fagnan. ad d. c. dilectus, n. 3. præcipue vero Abbas Panormit. ad cit. c. dilectus, n. 4.* ubi fidem regularum Gloſſæ ulterius infringit. Unde fluit, quod *Cacch. Inſt. jur. Can. lib. 1. tit. 12.* Legis Diœceſanæ illa eſſe dicat, à quibus monaſteria de jure exemta eſſe conſtat, illa autem, quibus etiam monaſteria adſtricta ſunt, ad Jurisdictionis Legem referat; & quod *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. p. 1. tit. 1. cap. 1. num. 15.* Legis Diœceſanæ eſſe doceat perceptionem cathedratici, partem oblationum, charitativum ſubſidium, cæteraque omnia, à quibus monaſteria jure communi ſunt exemta; Legis vero jurisdictionis ea, quæ obedientiam, ſubjectionem, reverentiam, inſtitutionem, correctionem, reformationem, jurisdictionem, Sacramentorum collationem, cæteraque omnia complectuntur, in quibus monaſteria L. Diœceſanæ jure communi ſubjiciuntur. Sed quod in poteſtate adminiſtrandi Sacramenta nihil inveniatur, quod juris dicendi rationem habeat, jam antea autoritate *Innocent. IV. ad c. dilectus. 18. ✠. de Off. jud. ord.* innuimus. Præterea teſtatur *Wagnereck. ad cit. c. dilectus. n. 4.* quod in exemtis aſſignandis non 27 pauca ſint controverſa, & quod conſuetudo multa abrogârit, aut immutârit; Quapropter differentiam per hanc regulam declarat: Ea, à quibus monaſteria omnia (antequam exemtiones univerſales inducerentur) erant immunia, pertinent ad L. Diœceſanam, reliqua ad jurisdictionem, utraque autem comprehenduntur ſub juribus Epiſcopalibus. *Gonzal. Tellez. ad d. c. dilectus. 18. num. ult.* 28 diſtinguit inter ea, quæ ratione diœceſeos ad Epiſcopum ſpectant, & inter ea, quæ ad ipſum, ut Epiſcopum, pertinent; Priora L. Diœceſanæ eſſe, poſteriora verò ex Lege jurisdictionis competere, hocque modo diſcrimen *Honorii* inter L. Diœceſanam & jurisdictionem accipiendum eſſe dicit. Tandem alii, propter hæc ipſa *Canoniſtarum* diſſidia, non aliter fere, niſi per exempla, diſtinctionem L. Diœceſanæ & Jurisdictionis expediunt, ea tamen iterum diverſitate, ut nec in his conveniant, præcipue poſtquam disquiri

cœpit, utrum quarta decimarum, ſubſidium charitativum, jus mittendi clericos in negotiis eccleſiaſticis, publicarum proceſſionum indictio, & ſimilia alia, Epiſcopo competant L. Diœceſana, an L. Jurisdictionis. In *tanta* ergo *quoad differentiam genuinam*
29 *aſſignandam Canoniſtæ verſantur incertitudine*. Denique quod differentiam *Status* à reliquis capitibus attinet, ejus quidem in Jure Canonico, etiam recentiori, nullibi fit mentio, niſi ad illum referre velimus, quod Epiſcopi dignitate præcellere dicantur *in c. ex multa. 9. ✠. de vot. & vot. redemt.* nec non, quod Epiſcopatus non ſimpliciter dignitas, ſed dignitatis potius honorumque culmen, apex & faſtigium *in c. venerabilis. 37. ✠. de præbend. c. ult. diſt. 59. & c. ſi per ordinationem. 5. diſt. 63.* vocetur, unde quoque hoc membrum multi, nec ſine ratione, omittunt, præprimis cum pleraque jura Epiſcopis ratione dignitatis conceſſa ſint, ut adeo, quatenus illa jura poteſtatem quandam Epiſcopalem inducunt, ad tria
30 ſuperiora membra congrue referri poſſint. Qui vero *Statum ſeu dignitatem*, quæ Epiſcopo ratione ſtatus ſui competit, ad Jura Epiſcopalia communiter referunt *Dd.* atque *poſt Anton. de Butrio Felin. ac Proſper. Fagnan. ad ſæp. alleg. c. dilectus. num. 4.* Jus Epiſcopale ad ea, quæ ſunt Ordinis, Jurisdictionis & ſimplicis Poteſtatis ſeu dignitatis, reducunt, quibus ſuffragatur *Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 11. n. 95.* Ideo per dignitatem nudam, ſine poteſtate Epiſcopali, ad quam priora membra ſpectant, conſideratam, adhuc aliud Juris Epiſcopalis, tanquam ex juribus prioribus reſultans, *caput* conſtituere, tandemque diſtinctionem hanc magiſtralem Juris Epiſcopalis in *quatuor partes*, tanquam ubivis receptam, tolerare, atque, modo congruis exemplis explicetur, ita
31 admittere poſſumus, ut *in genere ad poteſtatem Ordinis* referantur *poteſtas publice docendi & prædicandi verbum divinum*, nec non *adminiſtrandi Sacramenta, poteſtas Clavium, ſive ligandi & ſolvendi, poteſtas ordinandi, inveſtiendi & alia; Legi Diœceſanæ* adſcribantur *ſubjectio & reverentia*, quam omnes diœceſeos incolæ Epiſcopo præſtare tenentur, nec *non adminiſtratio & gubernatio rerum atq; bonorum Eccleſiaſticorum, viſitatio, decimarum perceptio, cura Scholarum, viduarum, pupillorum*, & ſimilia; *Jurisdictioni* accenſeantur *audientia Epiſcopalis*, &, quæ ex ea reſultat, *deciſio cauſarum, diſpenſatio, ſuſpenſio ab officio, remotio, degradatio* cum aliis pœnis & cenſuris Canonicis; tan-

Digitized by Google

tandemque *Status ac dignitatis eſſe* dicantur *tituli*, *privilegia*, *immunitates & prærogativa graduum*, quibus Epiſcopi inter cæteros clericos & laicos pollent. *vid. Laurent. Obm. de Jur. Epiſc. §.16.& ſeq. Carpzov. lib. 1. definit. Eccleſ. 4. Brunnem. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 6. membr. 12. n. 2. & ſeq. Weber. de Conſiſt. c. 7. ſect. 1. & ſeq.* atque *Dn. Ziegler. de Epiſcop. c. 9. n. 8.*

CAPUT IIX.

De quibusdam Ordinis Epiſcopalis Juribus.

Summaria.

1. Circa *Jura Ordinis Epiſcopalis* declaratur (1) generalis ſignificatio Ordinis.
2. Nec non (2) ſpecialior, ubi quomodo ab ordinatione differat.
3. (3) Quomodo denotet poteſtatem presbyterialem, nec non (4) Epiſcopalem.
4. Unde deſcribitur *Ordo Epiſcopalis*.
5. In genere recenſentur ea, quæ ad Ordinem pertinent.
6. Quorum nonnulla, teſte *Barboſ.* tantum Epiſcopo conſecrato competunt.
7. Nonnulla vero aliis ex conſuetudine, delegatione & privilegio.
8. Nonnulla tandem Epiſcopis jure divino, cætera jure Canonico conceſſa eſſe, tradit *Azor.*
9. Plura ad officium Epiſcopi Ordinis ratione, teſte *Barboſ.* pertinere videntur.
10. Quam in rem diſtinguitur inter illa, quæ ſunt Ordinis in ſpecialiori & generaliori ſignificatione.
11. Poſteriori ratione nonnulla ex Ordine presbyteris & Epiſcopis ſunt communia nonnulla Epiſcopis reſervata.
12. Utraque ſpecialiter recenſentur.
13. Horum quædam non niſi Miſſa interveniente, quædam vero ſine Miſſa ab Epiſcopis, ſola *Stola* indutis, peraguntur.
14. A Stola denominationem ſuam habent *Jura Stola*, quæ explicantur.

15. Et fundatur vel in Clericorum exactione, vel in parœcianorum oblatione.
16. Referuntur aliàs ad jura Parochialia.
17. Ordinis (1) eſt poteſtas prædicandi, quod munus præcipue Epiſcopis incumbit, ob *text. 1. Timoth. 3.*
18. Rejicitur contraria hujus text. explicatio, & prius aſſertum ulterius confirmatur.
19. Permittit tamen *Innocent. III.* ut propter occupationes aliis hoc munus concedere poſſint.
20. Ob negligentiam Epiſcoporum hanc ſpartam occuparunt Monachi.
21. In *Concilio Tridentino*, ſed caute admodum, repetierunt Epiſcopi, quibus ſe Regularium Generales oppoſuerunt.
22. Per ipſius decreta iterum prædicandi munus Epiſcopis injunctum eſt, cui tamen praxis Epiſcoporum hodierna repugnat.
23. Ad quam ſtabiliendam nonnulli Scripturæ ac Patrum dicta de doctrina per alium intelligunt.
24. Ad Ordinem (2) pertinet poteſtas adminiſtrandi Sacramenta.
25. Ordinis (3) eſt poteſtas confirmandi baptizatos, ubi de duplici oleo Eccleſiæ Catholicæ.
26. Unctio in confirmatione non ex inſtituto divino, ſed ex libera receptione dependet.
27. Atque poſtmodum per ſingulare oleum & ſolennia verba peragi cœpit.
29. Quæritur, an de Jure Canonico confirmatio etiam ſacerdotibus, an ſolis Epiſcopis competat.
30. In *Concil. Trident.* hæc controverſia deciſa eſt, ſed tamen per verba, quæ ambiguam recipiunt interpretationē.
31. *Canoniſtæ* Epiſcopum pro miniſtro ordinario confirmationis habent.
32. Ob *Innocent. III.* conſtitutionem Vicariorum opera uti cœperunt Epiſcopi.
33. Hinc confirmationem per Vicarios atque prædicationem verbi divini, nec non adminiſtrationem Sacramentorum per alios peragunt, reſervata ſibi ſola cura legitimæ adminiſtrationis.
34. Unde (4) Ordinis eſt poteſtas conſtituendi Miniſtros Eccleſiæ & Vicarios.
35. In Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſio-

Digitized by Google

feſſionis prædicant verbum Dei & adminiſtrant ſacramenta Paſtores ac Superintendentes.

36. Cura tamen circa conciones competit illis, qui jure Epiſcopali gaudent.

37. Confirmatio baptizatorum in quibusdam Eccleſiis Aug. Confeſſ. in uſu eſſe deſiit, in quibusdam vero pie obſervatur.

38. Ordinis (5) eſt poteſtas Clavium, quæ omnibus Apoſtolis eorumque ſucceſſoribus communis fuit.

39. Propria tamen ſacerdotum, excluſis Monachis.

40. Ratio hujus excluſionis proponitur.

41. Sed poſtmodum Monachi quoque ad ſacerdotium fuerunt conſtituti.

42. & 43. Imo ſingularibus artibus poteſtatem clavium ad ſe traxerunt.

44. Quid de Monachis circa poteſtatem clavium ſtatuerit *Concil. Trident.* allegatur.

45. Certos pœnitentiæ caſus ſibi Epiſcopi, interque eos Pontifices reſervarunt.

46. Hæc caſuum reſervatio in *Concil. Tridentin.* confirmata eſt, additur, quæ ad delictum, ut reſervari poſſit, requirantur.

47. Cum caſibus reſervatis ad Epiſcopos tranſiit poteſtas imponendi pœnitentiam publicam.

48. Rigor pœnitentiæ per ejusdem redemtiones & poteſtatem reconciliandi, Epiſcopis datam, imminutus eſt.

49. Redemtio fit vel pretio vel corporis afflictionibus.

50. Quod alienum eſt à priſtina diſciplina, præprimis, ſi alii pro aliis flagellis ſe cædant.

51. Poteſtati clavium acceſſit quoque facultas concedendi Indulgentias, quam tamen ad jurisdictionem referunt Canoniſtæ.

52. Illas rejecerunt Eccleſiæ Aug. Confeſſ. atque poteſtatem clavium omnibus ſacerdotibus conceſſerunt, reſervata ei, qui Jus Epiſcopale exercet, pœnitentia publica.

53. Sacerdotes tamen, æque ac in Catholicis Eccleſiis, ad ſigillum Confesſionis adſtricti ſunt.

54. Cautela, quam circa illud *Farinac.* ſuppeditat, rejicitur.

55. Proponuntur caſus excepti.

56. De confesſionibus, & quod Confeſſarius temere mutandus non ſit, plura relative.

1. JUris Epiſcopalis capitibus, hactenus in genere conſideratis, ut nunc ea, quæ *Ordinis* in ſpecie eſſe perhibentur, ſubjiciamus, propoſiti noſtri ratio ſuadet, ubi tamen ante omnia, quid *Ordinis*, non invulgati, ſed juris Canonici ſenſu ſumti, nomine intelligatur ac veniat, declarandum erit. Et quidem, quod (1) in generali ſignificatione ordinari cenſeantur omnes illi, qui quovis modo divinis conſecrantur officiis, ut hoc reſpectu mulieres quoque ac viduæ, ad certum actum Eccleſiaſticum conſtitutæ, in ordine, ſive ordinatæ eſſe dicantur, apparet *ex can. ult. diſt. 32.*

2 Specialiter verò Ordo vocatur (2) qui certo ſacro & ſolenni ritu ab Epiſcopo ad miniſterium divinum peragendum confertur, atq; ab Ordinatione in eo differt, quod ſignificet gradum poteſtatis ac miniſterii Eccleſiaſtici, qui per ordinationem, quæ ab Eccleſiæ Catholicæ Doctoribus inter ſacramenta recenſetur, confertur. *Laymann. Theol. Moral. lib. 5. tract. 9. c. 2. num. 1.* hocque reſpectu Ordines in majores & minores dividuntur, pariterque diſquiritur, an Epiſcoporum dignitas, ad ordinem referri poſſit, de qua quæ-

3 ſtione vid. *Diſcurſ. noſtr. c. 4. n. 27.* (3) ſpecialius Ordinis eſſe cenſentur poteſtas, quæ ordini presbyteriali ac epiſcopali, vi ordinis ita propria ſunt, ut à reliquis ordinibus exerceri nequeant, qua occaſione tandem (4) inter Epiſcopos & presbyteros tale iterum diſcrimen *Canoniſtæ* conſtituunt, ut quædam Epiſcopis ſolis *ratione Ordinis, in ſpecie ſic dicti*, competere dicant, quæ à presbyteris nul-

4 lo modo peragi poſſunt. Unde Ordinis nomine illas ſolum ſubintelligunt poteſtates, quæ Epiſcopis ratione *Ordinis ſeu Conſecrationis Epiſcopalis* ita adſcribuntur, ut à reliquis Clericorum ordinibus peragi nequeant. vid. *Vallenſ. ad tit. X. de tempor. ordin. §. 1. n. 10. Dn. Ziegler. ad lib. 1. Inſt. Jur. Can. Lancelot. tit. 9. n. ult.* quæ ratio eſt, quod *Engel. in Coll. Jur. Canon. lib. 1. tit. 27. n. 36.* poteſtatem Ordinis ab ordine & charactere Epiſcopali, hunc vero à ſacerdotio & conſecratione dependere, eamque poteſtatem in tribus præcipue conſiſtere tradat, ſcil. *in confirmando, ordinando & conſecrando*, quæ veſtibus & ornamentis pontificalibus exercetur.

5 Ob quam cauſam alii Canoniſtæ non niſi Ordinis eſſe dicunt (1) *Clericorum ordinationem* (2) *virginum benedictionem* (3) *altarium & Eccleſiarum conſecrationem. Vid. Lancelot. lib. 2. Inſt. Jur. Canon. tit. 20. §. ult.* quibus *Azor. p. 2. Inſt. Moral. lib. 3. c. 30.* adjungit *confirma-*

tio-

Digitized by Google

tionem baptizatorum, chriſmatis confectionem, conſecrationem olei infirmorum, aliaque relata *in c. quamvis. 4. diſt. 68.* quæ omnia plenius recenſet *Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 11. n. 95. & ſeq.* atque illa 6
iterum duplices conditionis eſſe dicit, ita quidem, ut *nonnulla* tantum *Epiſcopo conſecrato*, neutiquam vero alii competant, quamvis ipſi plena adminiſtratio Epiſcopatus conceſſa ſit, utputa ſunt chriſma conficere, & baptizatorum frontes chriſmate ſignare, ubi tamen chriſmatis nomine etiam reliqua olea catechumenorum & infirmorum ſubintelligit, baſilicas ſive templa & altaria conſecrare, & conſecrata, ſi violata fuerint, reconciliare, ordines clericis conferre, Epiſcopos conſecrare, atque ſolenniter iterum degradare, *nonnulla* vero, etſi proprie & præcipue ad Ordinem Epiſcopalem pertineant, ita tamen comparata ſint, ut alteri non Epiſcopo conſvetudine, delegatione, aut privilegio concedi poſſint, qualia eſſe cenſet: minores ordines & primam tonſuram conferre, virgines moniales poſt profeſſionem, & completo 25. ætatis anno, ſolenniter conſecrare, publice pœnitentes in miſſa reconciliare, pœnitentias publicas injungere, campanas benedicere, calices, patinas, corporalia, repræſentantia ſyndonem, qua Chriſti corpus involutum erat, & pallas, calici imponendas, de quibus vid. *Laym. Theol. moral. lib. 5. tract. 9. cap. 6. n. 11.* veſtimenta ſacerdotalia & alia utenſilia Eccleſiæ benedicere, aut conſecrare, &c. Horumque omnium rurſus quædam jure divino, Chriſti au- 8
toritate & inſtitutione, utputa chriſmatis confectionem, confirmationem, Clericorum conſtitutionem & conſecrationem; reliqua vero Jure Canonico tantum Epiſcopis conceſſa eſſe tradit *Azor. cit. lib. 3. c. 30. q. 6.* An recte, hac vice, cum ex aliis locis affatim pateat, non diſquiremus. Quia vero longe plura ſunt, quæ ad 9
curam & officium Epiſcoporum, Ordinis ratione, ſpectare videntur: idcirco *Barboſ. cit. cap. 11. n. 2. & ſeqq.* officium ac munus Epiſcopi, præter has, quas vocat poteſtas Ordinis, partim (1) in *cultu divino & religione Chriſtiana conſervanda*, partim (2) in *paſcendis* & regendis *ovibus* ſibi commiſſis conſiſtere dicit. *Prioribus* accenſet ea, quæ fidem ac venerationem Dei, divinorum officiorum celebrationem, & Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, nec non ea, quæ ad harum

rerum

Digitized by Google

rerum miniſtros, res & loca Eccleſiaſtica pertinent; *poſterioribus* vero prædicationem verbi Divini aliaque annumerat, quæ ſane arguunt, quod plura Ordini Epiſcopali accenſeri debeant.
10 Quapropter ante omnia, ad ambiguitatem vocabuli removendam, diſtinguendum eſt inter illa, *quæ ſunt Ordinis ſpecialiter ſumti*, pro poteſtate Epiſcopis ſolis propria, & inter illa, quæ ſunt *Ordinis in latiori ſignificatu*, quatenus ſcil. vi ipſius ordinationis ſeu conſecrationis miniſtris Eccleſiæ competunt. *Priori ſenſu* ea ſolum Ordinis dici poſſunt, quæ Epiſcopis, dignitatis & eminentiæ cauſa, relicta ſunt; *Poſteriori* vero adhuc plura Ordinis eſſe poſſunt ac debent, præprimis cum ordo Epiſcopalis eſſentialiter includat or-
11 dinem presbyterii, eique ſuperaddatur, ut ipſum augeat, prout liquet ex traditis *Laymann. cit. lib. 5. tract. 9. c. 3. n. 5. & 6.* Hacque poſteriori ratione in Ordine quædam occurrunt, quæ *Epiſcopis cum presbyteris ſunt communia*, quædam vero, quæ *ſolis Epiſcopis ſunt reſervata*, de quibus *Dn. Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 2. n. 7.* notanter ſcribit, in Ordine illa juris divini inſtitutioni accepto ferenda eſſe, quæ cum presbyteris ſunt communia, ſi qua enim deinceps propria ſint facta Epiſcopis, & presbyteris ademta, conſtitutionibus Eccleſiaſticis & humano arbitrio id tribuendum eſſe.
12 Atque in hoc ultimo ſignificatu ſequentia *Ordinis* eſſe dicuntur: (1) *Poteſtas publice docendi & prædicandi verbum Divinum*, (2) *Adminiſtrandi & diſpenſandi divina Sacramenta*, (3) *Baptizatos confirmandi*, (4) *Talia munera aliis, tanquam vicariis, committendi.* (5) *Remittendi & retinendi peccata, quæ poteſtas clavium dicitur*, (6) *Ordinandi, examinandi, confirmandi & conſecrandi perſonas Eccleſiaſticas, nec non ad officia parochialia inveſtiendi & introducendi*, (7) *Conſtituendi ſalaria miniſtris Eccleſiæ, & ad ſuſtentationem neceſſariam beneficia, titulos, præbendas, canonias conferendi*, (8) *Loca ſacra ædificandi & conſecrandi, nec non inſtrumenta ſacra conſecrandi*, (9) *Loca religioſa conſtituendi, illisque privilegia & immunitates concedendi*, (10) *Abbates, Abbatiſſas & ſacras virgines benedicendi*, (11) *Populo in publico benedicendi*, (12) *Agenda & ſtatuta Eccleſiaſtica condendi*, & ſi qua forte plura huc pertinentia occurrunt, de quibus ſummarim videri poſſunt *Laurent. Ohm. de Jur. Epiſc.* §. 16. *Weber. de Conſiſtor. cap. 7. ſect. 1. atque Dn. Brunnem. lib. 1. Jur. Eccleſ. cap 6. membr. 12. num. 1.* qui tamen *Jus viſitandi Eccleſias* ſubjectas minus congrue ad

Digitized by Google

ad Ordinem referre videtur, ſiquidem conſtans aliorum doctrina hoc jus viſitandi L. Diœceſanæ eſſe credit, cum diœceſeos gratia Epiſcopo competat. *vid. c. decrevimus. 10. cauſ. 10. quæſt. 1.* Hæc- 13
que jura rurſus, ex doctrina Catholicorum, ita comparata ſunt, ut vel non niſi *Miſſa* interveniente peragantur, utputa ſunt: Ordinatio, virginum, Abbatum aut Abbatiſſarum conſecratio aut benedictio, ſolennem pœnitentiam agentium Eccleſiæ facta reconciliatio; vel etiam *ſine Miſſa ab Epiſcopis, ſola ſtola* indutis, expediantur, utputa, ſi calices & alia vaſa conſecret, loca religioſa conſtituat, baptizatos confirmet, aliaque faciat, de quibus videri poſſunt *Hoſtienſ. in Summ.* Jur. *Canon. lib. 1. de autor. & uſ. Pall. n. 1. Azor. p. 2. Inſt. moral. lib. 3. c. 34. q. 5. in fin. Engel. lib. 1. Inſt. jur. Canon. tit. 37. n. 5.* Eſt autem *Stola* veſtimenti ſacri genus, Epiſcopis æque ac reliquis Clericis uſitatum, & quidem quod ſacerdotibus ex utroque latere, diaconis ex ſiniſtro dependet, ſignificans jugum Chriſtianæ obedientiæ per patientiam & animi fortitudinem, ut loquitur *Laymann. lib. 5. Theol. moral. tract. 5. c. 6. n. 14.* ubi de veſtibus ſacris, amictu ſcil. ſeu ſuper-humerali, alba, cingulo, manipulo, ſtola & caſula, quibus ſacrificantes induti eſſe debent, fuſius agit. Atque ab hac Stola denominationem ſuam 14
acceperunt *Jura Stolæ*, ſive exactiones de Stola, quæ alioquin etjam nomine *Stola κατ' ἐξοχὴν* indigitantur, vid. *Wagnereck. ad c. 12. X. de præb. & dignit. n. 2.* ac nihil aliud ſunt, quam ſpontaneæ oblationes Clericis pro adminiſtratione Sacramentorum factæ, ſive, ut alibi loquitur *Wagnereck. ad c. 42. X. de Simon. n. 1.* ea, quæ dantur pro exequiis, benedictionibus & ſimilibus. Fundantur 15
autem vel in *mera Clericorum exactione*, vel in *liberali oblatione* & donatione fidelium, atque parœcianorum, utrumque conſvetudine induci poteſt, ita quidem, ut exactio ac conſvetudo exigendi, ſecundum Cononum rigorem, Clericis interdicta, oblatio autem, & conſvetudo ex ea nata, pro laudabili habeatur à Pontifice in *ad Apoſtolicam. 42. X. de Simon.* cum fundetur in pia voluntate fidelium, qui ejuſmodi conſvetudinem ex devotione & gratitudine erga Eccleſiam ejusque miniſtros introduxerunt, quale initium veriſimiliter quælibet oblationes ſtolæ habuerunt. Quapropter ad ipſius obſervantiam populus cogi poteſt, ſi non jure actionis, ſaltem ex officio judicis, juxta *Gloſſ. Panormitan. Felin.*

 alios-

Digitized by Google

aliosque, quos hanc in rem allegat *Barboſ. ad d. c. 42.* [illegible]. *de Simon,*
16 *n. 2.* Suffragatur *Wagnerek. ad c. c. 42. n. 1. in fin.* Annumerantur
aliàs hæc jura Stolæ juribus Parochialibus, quippe quæ in *realia,*
& hæc ipſa *perſonalia jura Stolæ* ſubdividuntur, ad quorum illu-
ſtrationem conducit ſingularis *Receſſus*, qui inter eminentiores
quosdam *Imperii Status*, ad componendas varias controverſias, an-
te viginti & quod excurrit annorum ſpatium, interpoſitus eſt,
cujus verba huc facientia ita ſe habent: Und nachdem auch dieſer
Zweiffel vorgefallen/ wie man ſich beyderſeits ratione Jurium Paro-
chialium künfftig gegen einander zu verhalten haben möchte/ ſo iſt Krafft
dieſes verglichen worden/ daß die jura realia, als da ſeynd die Wit-
thums-Zehend und andere dergleichen Fälle bey einer jeden Pfarre/ wo-
hin dieſelbe jederzeit gehörig geweſen/ ohne Unterſcheid der Religion
verbleiben: So viel aber die Jura perſonalia Stolæ belanget/ weiln
ſich vor dißmal kein vorſtändiges Mittel zu einem beſtändigen Vergleich
bezeiget/ iſt die Sache dahin geſtellet worden/ daß/ bis auf künfftige wei-
tere Handelung/ ermeldte jura Stolæ an dem Ort entrichtet werden ſol-
len/ wo die Perſon/ welche ſolche bezahlen ſoll/ nach geſtaltſame ihrer
Religion die Geiſtliche Verrichtung empfähet/ alſo daß die Catholiſchen
Unterthanen die Jura Stolæ denen Catholiſchen Prieſtern/ die Augſpur-
giſche Confeſſions-Verwandte aber ihren Paſtorn und Pfarrern ver-
reichen ſollen/ ohngeachtet ein oder die andere ſolche Perſon anderwerts
17 hingepfarret wäre/ &c. Hæc incidenter de *Juribus Stolæ.* Nunc ut
iterum ad priora redeamus, illa quoque, quæ Ordinis eſſe diximus,
paulo uberius explicanda veniunt. Et quidem quod (1.) *poteſta-
tem docendi* & prædicandi verbum Dei concernit, eſt ſane hoc præ-
dicationis officium & docendi munus, tum Epiſcopis, tum pres-
byteris commune, atque jam olim commune fuit in veteri Ec-
cleſia; Inter ſacerdotes tamen præcipue Epiſcopis congruit, at-
que tam neceſſarium officii Epiſcopalis eſt requiſitum, ut *Apo-
ſtolus. 1. Timoth. III. v. 2.* aſſerat, *oportere Epiſcopum eſſe διδακτικὸν,
ſive doctorem*, ad hoc, ut ſecundum *Tit. 1. v. 9. potens ſit exhortari*
18 *doctrina ſana, &, qui contradicunt, convincere.* Nec audiendi ſunt,
qui ob verbum *διδακτικὸς* docibilem tantum volunt eſſe Epiſco-
pum. Licet enim Epiſcopus non tantum docere, ſed etiam quo-
tidie diſcere, ac in doctrina proficere debeat, quia is melius do-
cet, hæc tamen intentio Pauli non fuit, quippe qui docendi fa-

culta-

cultatem exigit. Qua propter *in c. Epiſcopus nullam. 6. diſt. 88.* præcipitur, ut verbi divini prædicationi vacet Epiſcopus, nec tolerandum, ſed reprobandum eſſe dicit *Innocent. III. in c. inter cætera. 15. ✠. de Off. jud. ordin.* ſi propter defectum ſcientiæ huic muneri præeſſe nequeat. Quia tamen propter occupationes mul- 19
tiplices, adverſas valetudines, aliasque occaſiones ſæpius in hoc ipſo munere impediuntur Epiſcopi, permittit ipſis *in cit. cap. 15.* Pontifex, ut idoneos viros ad prædicationem conſtituant, quod tamen *Barboſ. cit. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 13. n. 22.* ad ſolas Cathedrales Eccleſias reſtringit, ut in cæteris conſuetudo nominandi vel præſentandi Paſtorem, aliis conceſſa, non excludatur. Sed hoc 20
prædicandi officium, quod etiam excluſis presbyteris ſibi ſoli quondam adſcribere voluerunt Epiſcopi, poſterioribus temporibus plane negligere cœperunt, & cum horum veſtigiis inſiſterent alii presbyteri, factum eſt, quod tandem hanc provinciam occupaverint Monachi, (quibus tamen antiquitus poteſtas prædicandi prorſus interdicta erat, cum juxta effatum *Gratian. in c. monachus. 4. cauſ. 16. q. 1.* monachus non docentis, ſed plangentis habeat officium,) atq; in hoc munere perſtiterint usq; ad tempora *Concilii Tridentini.* In hoc vero amiſſam concionandi ſpartam 21
repetierunt Epiſcopi, non tam, quod monachis prædicandi munus inviderent, quam potius, quod hi à Jurisdictione Epiſcopali exemti eſſe vellent, & nihilominus quotidianos interciperent reditus, admodum caute tamen, non ut ipſis deinceps concionari licitum eſſet, ſed ut de idoneis tantummodo concionatoribus populo proſpicerent, horumque curam haberent, poſtularunt, quibus tamen regularium Generales neglectum paſtoris officium magna cum παῤῥησίᾳ objecerunt, quam litem prolixius deſcribit *Petr. Suav. in Hiſt. Concil. Trident.* Tan- 22
dem Patres *Concil. Trident. ſeſſ. 5. de reform. cap. 2.* hanc controverſiam quidem ita deciderunt, ut *omnes Epiſcopi, Archi-Epiſcopi, Primates & alii Eccleſiarum Prælati teneantur per ſe ipſos prædicare ſanctum Evangelium, ſi impediti legitime non ſint;* ſed quam parum efficax fuerit decretum hoc, experientia mox comprobavit, ac teſtantur querelæ *Claud. Eſpencai, Theologi Pariſienſis,* quas recenſet *Dn. Ziegler. de Epiſc. cit. lib. 3. c. 3. n. 15.* Hinc cum 23
hodiernam Epiſcoporum praxin ſacræ Scripturæ atq; Patrum dictis

Digitized by Google

repugnare videamur, nonnulli ea loca non ita accipienda eſſe cenſent, ac ſi nemo Epiſcopus eſſe queat, qui non docet, aut docere non poſſit, cum multi ſint veri ac optimi Epiſcopi, qui, legitimis impedimentis conſtricti, docere nequeunt, & tamen ſuo officio ſatisfaciunt, dum per idoneos miniſtros plebem ſuam in doctrina erudiunt, ſed eo ſolum modo, ut qui neque per ſe neque per alium docere curat, indignus ſit paſtoris officio, ſed quid de iſta explicatione ſentiendum ſit, ex traditis *Dn. Ziegler. cit. c. 3. n.*
24 *5.* patebit. (2) *Poteſtas adminiſtrandi ſacramenta* Epiſcopis æque incumbit, ac aliis presbyteris, *per c. tabernaculum. 2. diſt. 1. de conſecrat.* quare vel ipſi Sacramenta adminiſtrare, vel etiam curare debent, ut à miniſtris idoneis cum omni reverentia & debito ho-
25 nore diſtribuantur. *Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 11. n. 52.* Idem dicendum (3) eſt de *poteſtate confirmandi baptizatos*, ad cujus majorem declarationem conducit, quod Eccleſia Catholica in baptiſmo, confirmatione, conſecratione Epiſcopi, ordinatione ſacerdotum, nec non in conſecratione Imperatorum & Regum, extrema unctione, ut & in conſecrationibus Eccleſiarum, altarium atque vaſorum ſacrorum unctiones adhibeat, quæ peraguntur vel per ſimplex oleum olivarum, quod oleum catechumenorum & infirmorum appellatur, quia per id baptizandi & infirmi agonizantes unguntur, vel etiam per chriſma, ex oleo & balſamo confectum, quod adhibetur in confirmatione, conſecratione Epiſcopi, eccleſiæ, altarium, quæ unctiones myſticas ſuas ſignificationes habere dicuntur, prout liquet ex illis, quæ hanc in rem tradit *Engel. lib. 1. Coll. Jur. Canon. tit. 9. n. 1. & 2.* qui ipſe confitetur, has unctiones apertis ſacræ Scripturæ textibus deſtitui, earundem tamen antiquiſſimam & hactenus ab Apoſtolis in Eccleſia Catholica continuatam
26 traditionem eſſe credit. Sed, licet ipſi largiamur, ex antiquis Eccleſiæ documentis conſtare, in collatione baptiſmi non manuum tantum impoſitionem adhibitam, ſed junctam ſimul fuiſſe unctionem, eandem tamen neutiquam ex inſtituto divino, utputa textibus ſacræ Scripturæ canonicis deſtituti, deducere poſſumus. Libere proinde, ad inſtar aliarum ceremoniarum, recepta fuit, ut commonefaceret baptizatos, quod impoſterum gerere ſe debeant, ut reges, ſacerdotes & athletæ ſpirituales, cui receptioni poſtmodum ſingulare chriſma, ſive oleum, non niſi ab Epiſcopo conſecra-

Digitized by Google

ſecratum, aut benedictum, ſuperaddi, eaque unctio in fronte
manu Epiſcopi per Crucis figuram hiſce fieri cœpit verbis: *Signo
te ſigno crucis, & confirmo te chrismate ſalutis, in nomine Patris, Fi-
lii & Spiritus ſancti, Amen, &c.* de quibus omnibus prolixius vide-
ri poteſt *Laymann. Theol. Moral. l. 5. tr. 3. c. 2. n. 4. & c. 3. n. 10.* De 27
hac confirmatione, an ſolis Epiſcopis competat, an vero cæteris
Eccleſiæ miniſtris communis ſit, ſumma cum contentione diſce-
ptatum fuit inter *Jacobum Sirmondum*, Jeſuitam, & Doctorem
quendam Sorbonicum, qui ſub *Petri Aurelii* nomine ſtylum in Je-
ſuitas exacuit, quorum *prior* chriſmationem etiam à presbytero
peragi poſſe ſtatuit, cui tamen *Aurelius* contradixit. Occaſionem
contentioni præbuit *can. 1. Concil. Arauſican.* 1. quem *Gratian.* ſuo
Decreto in c. nullus. 125. de conſecrat. diſt. 4. inſeruit; Sed de ipſius
vera lectione & conſtructione verborum, nec non expoſitione &
genuino ſenſu, tanta lis agitatur, quam vix quisquam, propter
intervenientia partium ſtudia, componere poterit; Quapropter 28
controverſo huic teſtimonio magis perſpicuum, quo presbyteris
poteſtas confirmandi conceſſa legitur, ſuperadditur à *Gratiano in
c. pervenit. 1. diſt. 95. ex Gregorii Magni l. 2. Epiſt. 26.* Verum cum
Gregorii aſſerto contrariam *Leonis* ſententiam atque *Gelaſii* prohi-
bitionem *in can. ſubſeq. 2. diſt. 95.* ſubjiciat, tandem ſequentem
annectit ἐπιλέγων: *Sed iſtud Gregorii pro ſcandalo ſedando ſemel con-
ceſſum legitur. Illud autem Leonis Papæ & Gelaſii, uſu approbante præ-
valuit, niſi forte ubi aliquorum conſuetudo admiſit, ut in abſentia Epi-
ſcopi, extrema neceſſitate cogente, ex conceſſione Gregorii presbyteri ba-
ptizatos in fronte liniant: Probibitio vero Leonis & Gelaſii in eo caſu
intelligatur, cum Epiſcopi præſentes ſunt, vel cum non cogit ultima ne-
ceſſitas.* Diſplicet quidem hæc *Gratiani* conciliatio *Anton. Auguſt.* 29
*l. 1. de Emend. Gratian. dial. 17. in verbis: Diſplicent hæc omnia. Nam-
que ordinarii miniſtri hujus ſacramenti ſunt Epiſcopi, ut in Concilio Tri-
dentino dicitur.* Verum parum conveniens eſſe videtur, ex Con-
cilii Tridentini decretis Pontificum anteriorum reſcripta explicare.
In *Concil. Trident. teſt. Petr. Suav. in Hiſtor. illius Concil.* hæc contro- 30
verſia iterum tanta animorum contentione moveri cœpit, ut et-
iam Patres iſtius Concilii eandem directo decidere dubitaverint,
ſed ſolummodo, conſilii loco, anathematiſmum hunc in modum
ſeſſ. 7. de confirm. c. 3. conceperint: *Si quis dixerit ſanctæ confirmatio-*

Digitized by Google

nis miniſtrum ordinarium non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemvis ſimplicem Sacerdotem anathema ſit, quæ verba ambiguam patiuntur interpretationem, ut vel non excludant miniſtrum extraordinarium, ſcil. presbyterum, abſente Epiſcopo; vel hanc ſubſumtionem inferant, non poſſe eſſe alium miniſtrum, niſi ordinarium,
31 adeoque parum tutum hujus deciſionis exitum oſtendunt. Interim miniſtrum ordinarium confirmationis ſolum Epiſcopum Canoniſtæ communiter conſtituunt, licet fateantur, quod Papa ex plenitudine poteſtatis ſuæ eandem etiam ſimplici ſacerdoti committere poſſit. Vid. *Laymann. cit. tract. 5. c. 6. n. 1. & 2.* Et quamvis etiam permittant presbyteris, oleo ſanctificato ungere infirmos. Vid. *Gratian. cit. loc. atq; Concil. Trident. ſeſſ. 14. de extrem. unction. cap. 3.* ubi demonſtratur, proprios unctionis miniſtros eſſe vel Epiſcopos, vel ſacerdotes ab ipſis ordinatos, attamen hoc ipſum oleum ab Epiſcopo benedictum eſſe debet, quod ob verba *Concil. Trident. cit. ſeſſ. 14. de extrem. unct. c. 1.* contra diſſentientes cum aliis, quos laudat & ſequitur, defendit *Laymann. dict. l. 5.*
32 *tract. 8. c. 2. n. 1.* Sed quamvis hanc confirmationem ſibi reſervaverint Epiſcopi; nihilominus ob conſtitutionem *Innocentii III. in c. inter cætera, 15, X. de Off. jud. ordin.* (qua ipſis coadjutores, ut antea dictum, non ſolum in prædicationis officio, ſed etiam in audiendis confeſſionibus, pœnitentiis injungendis, ac cœteris, quæ ad ſalutem animarum pertinent, conſtituere permiſſum eſt,) tam in divinis miniſteriis celebrandis, quam in jure dicendo aliorum opera, uti, viroſque idoneos, quibus tuto poſſint vices ſuas mandare, eligere cœperunt. Vid. *Cucch. Inſt. Jur. Canon. lib. 1. tit. 25.* qui propterea Vicarii nominantur, atque in multiplici ſunt differentia, uti jam antea in *c. 4. n. 55.* demonſtravimus, atque uberius comprobat *Engel. in Coll. Jur. Canon. lib. 1. tit. 33.* Quæ ratio
33 eſt, quod non ſolum confirmationem per Vicarios generales, die Weihe-Biſchöffe/ peragant; ſed etiam, exceptis nonnullis miſſis ſolenníoribus, quas, ſi ob conditionem ſuam alioquin non prohibeantur, diebus feſtivis celebrant, totum prædicationis officium cum adminiſtratione ſacri Baptiſmatis atque ſacræ Euchariſtiæ, quæ duo pro Sacramentis tantum agnoſcunt Auguſtanæ Confeſſioni addicti, ſolis presbyteris conceſſerint, nil niſi curam, ut à perſonis idoneis cum debita forma & tempore legitimo miniſtrentur, ſibi

ſibi reſervantes, ita tamen ut conceſſiones vel à ſemetipſiis vel
ab anteceſſoribus factas revocare poſſint, quod contra Mendi-
cantes, qui ab Epiſcopis munus prædicandi in Eccleſiis Cathedra-
libus in perpetuum impetrari poſſe credunt, notandum eſſe do-
cet *Wagnereck. ad cit. c.* 15. Ex quibus omnibus jam (4) *poteſtas* 34
non ſolum aliis committendi prædicationem verbi divini, atque
adminiſtrationem Sacramentorum, ſed etiam conſtituendi vica-
rios profluit, per *cit. c. inter cætera.* 15. X. *de Offic. jud. ordin.* quæ
in Germania noſtra, ubi Epiſcopi ut plurimum inſimul Status
Imperii ſunt, extra omnem controverſiam obtinet. Hucque ſpe-
ctat, quod Status Imperii Proteſtantes apud *Hortled. de Bell. Germ.*
tom. 1. lib. 1. c. 37. §. 358. propoſuerunt: Daß die jenigen / ſo in Teut-
ſcher Nation den Biſchöflichen Nahmen tragen / nun ſo lange Zeit he-
ro / für ſich ſelbſt / gemeiniglich weiters nicht verſehen und verrichten /
dann das euſſere Politiſche Regiment der Lande und Leute / ſo zu den
Biſthumen kommen ſind / ihrer auch wenig dahin gezogen ſind / daß
Sie die Biſchöfliche Seel-Sorge mit Predigen / Sacrament halten
und reichen ꝛc. durch ſich ſelbſt verſehen und verrichten möchten. ꝛc.
Quomodo verò commiſſio vicariis ab Epiſcopis facta, in illis,
quæ Ordinis ſunt, comparata eſſe debeat, & an generalis ſuffi-
ciat, an ſpecialis requiratur, *Azor. p. 2. l. 3. c. 45. q. 9. atque Bar-*
boſ. de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 54. *n.* 83. innuunt, qua de re
circa modum exercendi Jus Epiſcopale plura dicturi ſumus. In 35
Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis *Poteſtas prædicandi verbum Dei*
& adminiſtrandi Sacramenta exercetur quidem per *Paſtores anima-*
rum, eorumque Inſpectores ac *Superintendentes*, qui poſteriores
particula quadam Juris Epiſcopalis gaudent, inſimulque hac fru-
untur poteſtate, quod Studioſos Theologiæ, quorum profectus
exploratos habent, ad exercitia concionatoria, ſecundum ea,
quæ hanc in rem tradit *Carpz. lib. 2. def. Eccleſ.* 256. & 257. admit-
tere, nec non, ſi miniſter Eccleſiæ obierit, vacante paſtoratu cu-
ram Eccleſiaſticam vicinis ſacerdotibus injungere queant, juxta
Ordinat. Eccleſ. Elect. Saxon. tit. von *Immunitatibus* und Freyheiten
der Kirchen-Diener. Vid. *Carpz. l. 1. def. Eccleſ.* 162. *n.* 3. *& ſeq.*
Quia tamen cura ſacræ liturgiæ, cujus præcipua pars eſt verbi 36
divini expoſitio & legitima populi in fide & diſciplina informatio,
ad

Digitized by Google

ad Epiſcopi munus ſpectat, ea propter illis, qui Jure Epiſcopali gaudent, haud immerito relinquitur diſpoſitio circa conciones concedendas, vel interdicendas, ut neque Patroni jus circa eas ſibi vindicare, aut ſacris & diſpoſitioni circa cultum divinum ſe immiſcere, *Carpz. lib. 1. def. Eccleſ. 69.* nec etiam ipſi Paſtores conciones de novo inſtituere, intermittere, aut præſertim pœnitentiales prolongare poſſint. *Carpz. lib. 2. def.* Eccleſ. *261.* Conſimili modo ad hanc Ordinis curam ſpectat, ut polemica in concionibus modeſte, parce & citra contumeliam proponantur. Vid. *Receſſ. Imp. de anno 1530.* §. Wir haben. *55. Inſtrum. Pac. art. V. §. 49.* nec non ut in elenchtico uſu imprimis abſit privata vindicta, ex qua non ſolum ſcandalum oritur, *Carpz. lib. 1. def. Eccleſ. 66.* ſed & injuria ei fit, contra quem talia effunduntur. *Carpz. lib. 3. def.*

37 *98.* Quod *Confirmationem baptizatorum* attinet, ea quidem in pleriſque Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis in uſu eſſe deſiit; multæ tamen Eccleſiæ ipſam retinuerunt, non quidem ut Sacramentum, nec etiam quatenus per unctionem chriſmatis peragitur, ſed ut ceremoniam piam atque utiliſſimam, qua baptizati, poſt quam adulti facti ſunt, prius examinantur in capitibus Chriſtianæ religionis, atque interrogantur, an in fide Chriſtiana & ſtudio pietatis ope Spiritus Sancti usque ad terminum vitæ conſtanter commorari velint. Hæc cum adulti ſe voce & manu facturos promittunt, Paſtores Eccleſiæ ipſis manum imponunt, & precibus cum tota Eccleſia Deo commendant, quæ ceremonia, tanquam ſatis pia, laudem omnino promeretur, imo optandum eſſet, ut cum majoribus ſolennitatibus, præſentibus præprimis Patrinis, qui pro adulto jam olim fidem interpoſuerunt, perageretur. Vid. *Chemnit. in Exam. Concil. Trident. p. 2. tit. de Confirm. p. 113. atque*
38 *Brunnem. lib. 2. jur. Eccleſ. cap. 1. memb. 4. n. 2.* (5) *Poteſtas remittendi & retinendi peccata,* ſive ſolvendi ac ligandi, non immerito per *poteſtatem Clavium* denotatur. Claves ſiquidem regni cœlorum, quas Salvator noſter Petro & Apoſtolis tradidit, nihil aliud innuunt, quam ſpiritualem poteſtatem remittendi ac retinendi peccata, quæ ad Eccleſiæ regimen perneceſſaria eſt, necque major ex hac clavium traditione autoritas, quam quæ in ligando & ſolvendo conſiſtit, adeoque omnibus omnino Apoſtolis communis fuit, deduci poteſt. Idem enim, quod *Petro* dictum reperitur *Matth.*

16. verſ.

Digitized by Google

16. verſ. 19. in omnibus Apoſtolis *Matth. 18. v. 18.* in verb.: *Quæcunque ligaveritis in terra &c.* repetitum, atque per hoc poteſtas univerſali Eccleſiæ communis ad ſucceſſores transmiſſa eſt, ut eam habeant omnes Eccleſiæ miniſtri legitime vocati & ordinati, & quidem ſine ulla exceptione, ut adeo jure divino cuiquam ſeorſim ullius peccati remiſſio reſervata non ſit. Propria tamen quondam 39
fuit hæc poteſtas presbyterorum, ut nec monachi illam ſibi aſſerere poſſent, quod ſatis comprobat *Paſchalis II. ad Victorem, Bononienſem Epiſcopum, apud Gratian. in can. pervenit. 9. c. 16. q. 1. in verb.: Valde miramur, quod quidam Monachi & Abbates in parochia veſtra contra ſanctorum Patrum decreta Epiſcopalia jura & officia ſibi arroganter vindicant: videlicet pœnitentiam, remiſſionem peccatorum, reconciliationem, decimas & Eccleſias: cum absque proprii Epiſcopi licentia, vel Apoſtolicæ ſedis auctoritate hoc nullatenus præſumere debeant, ſicut in Chalcedonenſi Concilio de hujusmodi à ſanctis Patribus cautum eſt, & ſub anathematis vinculo monachis omnibus prohibitum.* Ab i- 40
nitio enim omnes monachi laici erant, ideoque clericis inferiores habebantur, atque, cum ſolitudini, pœnitentiæ & contemplationi eſſent penitus dicati, extra monaſteria commorari & Eccleſiaſticis ordinibus ſe immiſcere prohibebantur, per *c. placuit. 8. c. 16. q. 1.* ubi additur, quod ſicut *piſcis ſine aqua caret vita, ita ſine monaſterio careat monachus*, in quo ſtatu usque ad tempora Euſebii, Zozimi & Syricii, teſte *Gratian. ad can. hinc eſt. 39. c. 16. q. 1.* permanſerunt; ſed poſtea, procedente tempore, cœperunt in monaſteriis presbyteri creari, ut rem divinam peragerent, atque cæteris monachis Sacramenta miniſtrarent, ſecundum quam conſvetudinem plures intelligendi ſunt *text. in hac ipſa c. 16. q. 1. præcipue can. pervenit.* 1. Tandem monachi, qui ad ſacerdotium fue- 41
runt conſtituti, auſi quoque ſunt, Epiſcopi autoritate & Abbatum conſenſu, extra monaſterium officia presbyterorum obire, hucque pertinet, quod *Bonifac. in c. ſunt nonnulli. 25. cap. 16. q. 1.* illos reprehendat, qui monachos ſacerdotalis officii dignitate indignos eſſe, neque pœnitentiam dare aut abſolvere poſſe, aſſerunt. Vid. *Barboſ. ad can. 3. c. 16. q. 2.* Eodem tamen modo, quo facultatem 42
concionandi, & hanc Clavium poteſtatem, ob negligentiam presbyterii, ad ſe traxerunt, quod omnium optime explicat *Matth. Pariſ. Monach. Albanenſ. in Anglia in Chron.* cujus verba recitat *Dn.*

Ziegl. de Epiſc. l. 3. c. 3. §. *11.* quod quidam *de Fratribus Minorum & de Ordine Prædicatorum* ſe in territoria aliorum clam ingeſſerint, ſub prætextu ſui officii adimplendi, ſed poſtea, vel infirmitatem, vel aliud quid ſimulantes, diutius permanſerint, miſſas clandeſtinas celebraverint, atque confeſſiones multorum receperint, etiam in præjudicium presbyterorum, it. quod *Fratres Prædicatores* impetratis à *Greg. IX.* & *Innocent. IV.* privilegiis, ſe nimis impudenter ingerentes, rogitaverint ſingulos, etiam ſæpe viros religioſos: *Es ne confeſſus? Quibus ſi reſponſum fuiſſet: etiam, à quo? à Sacerdote meo. Et quis ille idiota? nunquam Theologiam audivit, nunquam in Decretis vigilavit, nunquam unam quæſtionem didicit enodare. Cæci ſunt & duces cæcorum. Ad nos accedite, qui novimus lepram à lepra diſtinguere, quibus ardua, quibus difficilia, quibus Dei ſecreta patuerunt.* Multos igitur, præcipue nobiles & nobilium uxores, his rationibus, ut, ſpretis propriis ſacerdotibus & Prælatis ipſis, Prædicatoribus delicta ſua confiterentur, commotos eſſe
43 dicit *Pariſ.* His ergo artibus involarunt hanc Clavium poteſtatem monachi, ſibique poſtmodum aſſeruerunt per privilegia ſummorum Pontificum, quale privilegium confeſſarii Ordinum mendicantium, ut quoscunque Chriſti fideles, auditis eorum confeſſionibus, à quibuscunque peccatis abſolvere poſſint, per certam Bullam conceſſum eſſe, docet *Laymann. Theol. moral. l. 5. tract. 5.*
44 *c. 10. n. 18.* Et quamvis in *Concil. Trident. ſeſſ. 23. c. 15. de reform.* decretum reperiatur: *Nullum, etiam regularem, poſſe confeſſiones ſecularium, etiam ſacerdotum audire, niſi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Epiſcopis per examen alias idoneus judicetur & approbationem promereatur.* Attamen *Laymann. cit. tract. 6. c. 11. n. 3.* Epiſcopum peccare credit, ſi regularibus, maxime Ordinum mendicantium, à Prælatis ſuis Epiſcopo præſentatis, approbationem ſine juſta cauſa denegare velit; imo regulares mendicantes, in caſu rejectionis ab Epiſcopo factæ, nihilominus ad confeſſiones etiam ſecularium audiendas ob privilegium admittendos eſſe, contra diſſentientes cum allegatis iterum deducit *Laymann. cit. loc. n.*
45 *4. & 5.* Nec ſolum monachi hanc clavium poteſtatem invaſerunt, ſed & Prælati atque Epiſcopi, certos ſibi *reſervantes caſus* peccatorum mortalium externorum, quibus poteſtatem presbyterio communem inſigniter reſtrinxerunt, quæ caſuum reſervatio omni juris

ris divini deſtituitur fundamento, atque ſola nititur opinione & perſvaſione, quod ad hoc, ut valeat & efficax ſit abſolutio, non ſufficiat poteſtas ordinis, aut quod miniſter habeat legitimam vocationem, ſed quod requiratur inſuper poteſtas jurisdictionis in perſonam abſolvendam, ex quibus principiis Pontifices non tantum à poteſtate jurisdictionis, quam conceſſerunt Epiſcopis, caſus quosdam exceptos ſibique reſervatos eſſe voluerunt; ſed etiam porro Epiſcopis, ut ſibi nonnullos reſervarent, permiſerunt, quos exercere ſacerdotibus inferioribus, etiam poteſtate jurisdictionis pollentibus, haud quaquam fas eſſet. Hancque *caſuum reſervationem* confirmavit *Concil. Tridentin. ſeſſ. 14. cap.* 7. ubi magnopere ad Chriſtiani populi diſciplinam Patribus pertinere viſum eſſe dicitur, ut atrociora quædam & graviora crimina non à quibusvis, ſed à ſummis duntaxat ſacerdotibus abſolverentur, tandemque prolixius poſt allegatos declaravit *Laymann. c. tract. 6. c. 12. per tot. præcip. n. 2.* qui tamen ad hoc, ut peccatum ab Epiſcopo alioque Prælato reſervari poſſit, requirit (1) ut ſit mortale, (2) externum, & (3) opere conſummatum. Sic exinde, quod in veteri Eccleſia de enormibus flagitiis relatio ad Epiſcopos fieret, ut ex ipſorum conſilio tutior proferri poſſet ſententia pœnitentiæ, Pontifices & Epiſcopi caſus reſervatos compoſuerunt, ab illisque inferioris conditionis presbyteros planè excluſerunt. Quot autem caſus Pontifices & Epiſcopi ſibi reſervaverint, ex allegatis Doctoribus relative proponit *Barboſ. ad Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 7. n. 4. & ſeq.* 46

Cum hac caſuum reſervatione ad Epiſcopos tranſiit *poteſtas impenendi pœnitentiam* publicam ob gravia peccata, cenſura Eccleſiaſtica digna. Hinc pœnitentibus legem & modum, ſicque non tantum locum, ſed etiam tempus, obſervatis tamen decretis Eccleſiaſticis, præſcribere poſſunt, juxta *can. 5. Concil. Ancyran.* qui inſertus reperitur *Capitul. Car. & Ludov. lib. 7. cap. 3.* Ne tamen ad nudum Epiſcopi beneplacitum modus pœnitentiæ referatur, ac ſi licitum eſſet, qualemcunque pœnitentiæ externæ formam decernere, præſcribitur *eod. lib. 7. Capitul. Car. & Ludov. c. 204.* qualiter ſe gerere debeat Epiſcopus. 47

Erat hic modus pœnitentiæ in veteri Eccleſia ſat rigoroſus; qui tamen ſucceſſive per invaleſcentes pœnitentiæ redemtiones remiſſus, ſicque diſciplina Eccleſiaſtica valde imminuta eſt. 48

Digitized by Google

eſt. Non ſolum enim Epiſcopis conceſſa fuit facultas *pœnitentes reconciliandi*, quam poteſtatem propterea, & quod ſacerdoti ſimplici non competierit, cum impoſitione pœnitentiæ publicæ ad Ordinem Epiſcopalem refert *Barboſ. lib.* 1. *Jur. Eccleſ. c.* 11. *n.* 103. ſed & receptas legimus ſatisfactiones, quibus quis breviori tempore redimere potuit longioris & plurimorum annorum pœnitentiæ
49 terminum. Utque tam pauperes quam divites compendio iſto frui poſſent, duplex & pro ditioribus, & pro pauperioribus excogitata eſt methodus redimendi: *altera pretio*, quibus divites redimunt annos, quos lex Eccleſiæ præſcripſit, altera per *corporeas afflictiones*, quibus pauperes & alii breviori tempore plurimorum
50 annorum remiſſionem acquirunt, quod quam alienum ſit à priſtina diſciplina & intentione primitivæ Eccleſiæ, quilibet facilè colligere poterit, præprimis ſi, ut quandoque fieri ſolet, accedat conductio aliorum, qui mercede interveniente pro conductoribus flagellis humeros ſuos cædunt, ſicque vicariam operam in pœni-
51 tentia peragenda ſuſcipiunt. Tandem huic clavium poteſtati acceſſit *facultas concedendi Indulgentias*, quam quidem pleniſſimam tribuunt *Canoniſtæ* Pontifici Romano, magis vero adſtrictam Epiſcopis, &, ut reliquos excludant miniſtros Eccleſiæ, ad vulgarem ſuam diſtinctionem confugiunt, vigore cujus poteſtatem indulgentiarum non tam ab Ordine, quam Jurisdictione potius Epiſcopali dependere aſſerunt. Quare ſub capite Jurisdictionis de hac indulgentiarum conceſſione plenius dicturi ſumus. Interim quas turbas priori ſeculo in Imperio noſtro excitaverint, & quomodo anſam reformationi dederint indulgentiæ, ex hiſtoria Eccleſiaſtica
52 notiſſimum eſt, atque ſine dubio neminem latebit. Easdem Eccleſiæ Auguſtanæ Confesſionis plane rejecerunt, atque poteſtatem clavium omnibus Eccleſiæ miniſtris conceſſerunt, ut ſibi proprium quid hac in poteſtate eorum Inſpectores atque Superintendentes vindicare haud posſint. Ne tamen per indifferentem pœnitentiæ publicæ impoſitionem damnum Eccleſiæ inferatur, non ſine cauſa ejusdem impoſitio ſuperioribus, Jura Epiſcopalia exercentibus, eorumque Conſiſtoriis, ſpeciatim vero in Electoratu Saxoniæ Conſiſtorio ſupremo reſervata eſt, teſte *Carpz. lib.* 2. *def.*
53 *Eccleſ.* 84. *n.* 3. *& ſeq.* Cæteroquin æque, ac in Eccleſiis Catholicis, ſacerdotes *ad Sigillum Confeſſionis*, ſive ad ſecreta, in confesſione

ne

ne ipſis revelata, celanda adſtricti ſunt, quam in rem inter alia illud Lutheri ſæpius allegatur: Darſim ſoll ich ſagen / iſt Sie abſolviret / da weiß ich D. Martinus nicht üm / ſondern Chriſtus weiß es / mit welchen Sie geredet hat / dann ich höre nicht Beichte / abſolvire auch nicht / ſondern Chriſtus. Et quidem *de Jure Canonico* certiſſimum eſt, quod ſacerdos, cui confeſſio facta eſt, non debeat ea, quæ ipſi in confeſſione dicta ſunt, effutire, ſub pœna depoſitionis, per *c. ſacerdos. 2. diſt. 6. de pœnit. & c. omnis.* 12. ✠. *de pœnit.* etiamſi magiſtratus ipſum rogaverit, aut plane ſummus Pontifex, uti tradunt *Canoniſtæ*, requiſiverit. vid. *Laymann. Theol. moral. lib. 5. tract. 6. c.* 14. *per tot.* ubi hoc ſigillum Confeſſionis prolixius declarat. Suppeditat quidem *Farinac. Prax. Crim. q.* 51. *n.* 114. *cum* 54
Innoc. Panormit. aliisque *cautelam* pro Confeſſario, ut ſi aliquid propalare velit, hoc non ſub *ſigillo confeſſionis*, ſed tantum ſub *ſecreto* accipiat, qua cautela etiam ſæpius multi miniſtri *Eccleſiarum Auguſtanæ Confeſſionis* utuntur, dum propalationem hoc modo excuſant: Er hat mirs nur vertrauet / aber nicht gebeichtet; ſed utrobique eandem ad ſilentii fidem adeſſe obligationem, plenius demonſtravit *Dn. Stryck. in Diſſert. de Credent. revelat. cap. 2. n. 58. & ſeq.* Poteſt tamen, non obſtante hoc ſigillo, (1) ſacerdos noti- 55
tiam ejus, quod in confeſſione ejus audivit, aliunde hauſtam omnino manifeſtare, nec non (2) ob id, quod in confeſſione dictum eſt, ſi in grave alicujus vel reipublicæ damnum vergat, generalem admonitionem, ut vigiletur, interponere, qua in re tamen maxima cautione & circumſpectione opus eſt, ne ex tali admonitione confeſſus indiciis gravetur, de quibus limitationibus vid. *Laymann. cit. c. 14. n. 3. &* 11. denique etiam (3) in confeſſione revelata, ſi innocentiam rei promoveant, indicare, prout *Facultas Theologica & Juridica Jenenſis menſ. Aug. A.* 1624. Miniſterio Mühlhuſino reſpondit. Plura de confeſſionibus, & quod con- 56
feſſarius temere mutandus non ſit, *juxta c. fin. diſt. 6. de pœnit.* vid. apud *Carpz. alioſq; rerum Eccleſiaſticarum Auguſt. Confeſſ. Scriptores*, præprimis *Brunnem. lib. 2. jur. Eccl. c. ult. utque lib. 2. c. 1. membr. 4. §. 3. ibique Dn. Stryck. in not.*

Digitized by Google

23. (5) ut triplex ſcrutinium ſive examen intercedat, de quo agitur.
24. (6) ut accedat conſecratio per impoſitionem manuum & unctionem.
25. (7) ut Ordinatio fiat ad certum titulum, etiam patrimonii
26. ac menſæ.
27. (8) ut fiat inductio in poſſeſſionem, ubi quid per eam hic intelligatur.
28. Ritus inſtitutionis pro diverſitate Clericorum ſunt diverſi.
29. Inveſtitura verbalis eſt Epiſcopi, realis ſive introductio Archidiaconi, quandoque etiam Epiſcopi.
30. Traditionem temporalium nonnulli adſcribunt Epiſcopo, alibi tamen ſibi Domini territorii vindicant.
31. In Eccleſiis Evangelicis Ordinationem præcedit (1) Electio ſive nominatio.
32. (2) Concio piraſtica, ſive probatoria.
33. Jus nominandi tamen quandoque etiam non Patronis competere poteſt.
34. (3) Vocatio, quæ regulariter fit literis, quandoque ſolis verbis.
35. (4) Præſentatio.
36. (5) Hanc excipit Ordinatio, quæ mediante examine peragitur, (quod examen rectius præcederet vocationem.)
37. (6) Et quidem ab illis, quibus ab Epiſcopis & Conſiſtoriis conceſſa eſt, per preces & impoſitionem manuum.
38. (7) Ordinationi ſuccedit Confirmatio, prævio juramento & ſubſcriptione, ubi de reverſalibus, literis & ſumtibus Confirmationis.
39. Subſequitur (8) inveſtitura & introductio, de cujus ritibus.
40. Applicantur hactenus dicta ad conſtitutionem miniſtrorum ſecundariorum Eccleſiæ.
41. Ordinis (7) Epiſcopalis eſt *ſuſtentatio Clericorum*, quæ debetur ex fructibus beneficii Eccleſiaſtici.
42. Beneficium Eccleſiaſticum deſcribitur & dividitur. Vocatur alias præbenda.
43. Objective præbenda dividitur in præbendam & quotidianas diſtributiones.
44. Præter ædes ergo Parochiales debentur Clericis pro ſuſtentatione præbendæ; quæ unde colligantur.
45. In ſubſidium ad ſuſtentationem adſtringuntur Parochiani.

46. Ad

Digitized by Google

nec non benedictio reliquarum rerum ad templa pertinentium, atque Campanarum.

66. Quam benedictionem etiam ſolus Epiſcopus peragit.

67. Species Conſecrationis eſt Benedictio.

68. (9) Ordinis Epiſcopalis eſt *conſtitutio & conſecratio Cœmiteriorum.*

69. Quæ eadem fere habent immunitatis privilegia, ac Eccleſiæ, quæ paucis & relativè proponuntur.

70. In Eccleſiis A. C. ædificantur Eccleſiæ autoritate eorum, qui Jura Epiſcopalia exercent, non neglecto aſſenſu Patroni & Parochianorum.

71. Solennitates tamen Juris Juſtinianei & Canonici non adhibentur, ſed ſtructura piis ſuſcipitur precibus, poſito quandoque à Superiore primo lapide.

72. Conſecratio porro ædium ſacrarum non negligitur, ubi latius, quomodo peragatur.

73. Reconciliatio in uſu non eſt.

74. Reconſecratio tamen per pias preces in caſu templi exuſti admittitur.

75. Cœmiteria autoritate eorum, qui Jura Epiſcopalia exercent, conſtituuntur.

76. Imo ne eorum quidem autoritatem amplius neceſſariam eſſe cenſet Dn. *Stryck*, utut melius eſſe fateatur, ad iſtorum quoque conſenſum recurrere.

77. Ceſſante conſecratione Canonica in Eccleſ. A. C. multa ceſſant Canoniſtarum paradoxa, non tamen immunitates ædium ſacrarum.

78. & ſeq. Multi Proteſtantium Jus aſyli templis & cœmiteriis denegant.

80. Sed licet hodie merito reſtringatur Jus Aſyli,

81. Non tamen quilibet, ſed tantum Superior, Jura Epiſcopalia habens, delinquentem è templis & cœmiteriis extrahere poteſt.

82. (10) Ordinis Epiſcopalis eſt, permittere, ut *exſtruantur monaſteria & religioſæ domus.*

83. Hæc permiſſio eſt inſtar reliquiarum priſtini Juris, quod Epiſcopis per exemtiones monaſteriorum ademtum eſt.

84. Pertinet porro (1) ad hoſpitalia religioſa, quæ ſine licentia Epiſcopi exſtrui nequeunt.

Cc 85. Non

Digitized by Google

85. Non religioſa quilibet ædificare poteſt, ſed curæ & jurisdictioni Epiſcopi tamen ſubjiciuntur.

86. Curare quoque debet (2) Epiſcopus, ut ſcholæ exſtruantur.

87. Ubi de Academiis, à quorum conceſſione dependeant.

88. & (3) alia pia loca, quæ recenſentur, & generali hoſpitalium nomine veniunt.

89. Tandem (4) Epiſcopi ſolius eſt, Confraternitates pietatis admittere.

90. In terris A. C. Juris Epiſcopalis eſt cura ſcholarum & Academiarum.

91. Nec non hoſpitalium aliorumque piorum locorum.

92. Ordinis (11) Epiſcopalis eſt *Benedictio Abbatum, Abbatiſſarum, virginum & populi*, ubi quid,

93. Et quotuplex ſit Benedictio.

94. Benedictio Abbatum, Abbatiſſarum & virginum peragitur ab Epiſcopis, ita ut poſterioribus tradatur velum conſecrationis, de quo relative.

95. Hæc benedictio tamen non eſt de eſſentia Abbatum & Abbatiſſarum.

96. Redditur ratio, ob quam in Abbatiſſis locum habeat, & in Abbatibus recepta ſit benedictio, & quid tribuat.

97. Benedictio ſolennis populi eſt pars Ordinis Epiſcopalis, cujus gratia quondam Epiſcopis, occurrentibus facta eſt capitis ſubmiſſio.

98. An Epiſcopus extra ſuam diœceſin benedictionem peragere poſſit.

99. A. C. Eccleſiæ vota monaſtica Juris Canonici reprobant, adeoque hoc reſpectu nullos amplius monachos habent.

100. Abſolute monaſteria non rejiciunt, ſed certo potius modo tolerant, benedictio tamen monaſtica neceſſaria non eſt.

101. Benedictione populi adhuc utuntur, ſed omnibus Presbyteris concedunt.

102. (12) Ordinis Epiſcopalis certo reſpectu eſt *poteſtas condendi Statuta & Ordinationes* Eccleſiaſticas.

103. Condere debet Epiſcopus ſtatuta, convocata ſynodo, aliàs ſunt tantum temporalia.

104. In Eccleſiis Evangelicis Principes, qui Jura Epiſcopalia exercent, habent poteſtatem promulgandi Agenda & Ordinationes Eccleſia-

cleſiaſticas, quæ ſec. Web. differunt.
105. Tria ad Ord. Eccleſ. Dn. Fritſch. requirit, inter extantes tamen major optanda eſſet conformitas.

HActenus, quod (1) *poteſtas prædicandi* verbum divinum, (2) 1
adminiſtrandi ſacramenta, (3) *confirmandi* baptizatos, (4)
conſtituendi miniſtros Eccleſiæ, eorumque vicarios, qui prædicationem illam atque adminiſtrationem peragant, nec non
(5) poteſtas Clavium Ordinis Epiſcopalis ſint, deduximus; Nunc ad 2
reliquas Ordinis hujus functiones progredimur, quarum (6) *Conſtitutio* & *Ordinatio Miniſtrorum Eccleſiæ* eſt, cujus ratione graviſſima inter Catholicos atque Auguſtanæ Confeſſioni addictos intercedit controverſia, dum priores, ut poſterioribus ægre faciant, ſubinde urgent, Eccleſiarum Evangelicarum miniſtros haud legitime vocatos, ac proinde ipſorum miniſterium inefficax, abſolutionemque nullam eſſe, nec verum eos corpus ac ſanguinem Domini, ſed communem tantum panem ac vinum in adminiſtratione S. Cœnæ, non ſine ingenti animarum defraudatione, diſtribuere. Aſt cum noſtri inſtituti non ſit, controverſiis Theologicis 3
nos immiſcere; Idcirco hoc negotium Theologis diſcutiendum committimus, quamvis diffiteri nequeamus, quod efficacia verbi divini & ſacramentorum non tam à vocatione miniſtrorum, quam ab ipſo potius verbo prædicato, & ſacramentis adminiſtratis dependeat, dummodo à parte Auditorum ſalvifica fides accedat, qua verbum & ſacramenta ſibi ſalutariter applicant, atque hæc functio non cuivis promiſcue, uti equidem apud nonnullos Heterodoxorum moris eſt, concedatur, ſed idonei & probi miniſtri, ſecundum ritus Eccleſiæ Apoſtolicæ & primitivæ, conſtituantur. Sola proinde *Vocationem* miniſtrorum Eccleſiæ, non 4
quidem immediatam, quæ dudum in Eccleſiis deſiit, ſed mediatam concernentia jura conſiderabimus. Sunt quidem 5
varii modi, quibus beneficia Eccleſiaſtica de Jure Canonico acquiruntur, utputa *primo Electio* ac *Poſtulatio*, quas excipit confirmatio ſuperioris, quam quidem juxta *Conſtit. Nicol. III. in c. cupientes. 16. de Elect. in 6.* electi à Pontifice in perſona impetrare debent, ſed hoc ipſum Epiſcopi ac Prælati Germaniæ hactenus non obſervarunt, verum per Procuratores potius, ſive Agentes, in ipſa Curia

Romana conſtitutos, transmiſſo electionis vel poſtulationis pro-
ceſſu , rem confecerunt. *Wagnereck. in Exegeſ. Concord. Germ. §.*
6 *Item placet in fin.* *Secundo Inſtitutio* ad nominationem & præſen-
tationem Patroni facta. *Tertio Collatio* ſive conceſſio Eccleſiæ
vel beneficii libera, à ſuperiore peracta, quæ, ſecundum regulas
Cancellariæ Apoſtolicæ, atque in Imperio noſtro per *Concordata*
Nationis Germanicæ, Pontifici reſervata eſt, prout in *noſtr. Diſcurſ.*
de Concord. Nat. Germ. c. 2. n. 14. & ſeq. deduximus, inſimulque hoc
modos jam antea *in c. 5. huj. Diſcurſ. n. 3. & mult. ſeq.* enarravimus.
7 Omnes tamen generali *Vocationis* verbo continentur. Confer. cum
Bellarmin. Becan. Tanner. quos laudat, *Dn. Niemann. de vocat. Mi-*
niſtr. Eccleſ. Aug. Conf. th. 16. Hos *Ordinatio* ſequitur, per quam
Clerici, perinde ac Chriſtiani per baptiſmum, fiunt. *Franciſc. de*
Roye Inſt. Jur. Can. lib. 1. tit. 10. in pr. Non equidem, quod Or-
dinatio unquam à Chriſto inſtituta, aut ad ſubſtantiam miniſte-
rii Eccleſiaſtici abſolute, vel ita neceſſaria ſit, ut eo quoque tem-
pore, quo ob obſidionis aut peſtis metum fieri nequit, legitime
8 vocatus miniſterio ſuo fungi prohibeatur; Sed quod propter ſa-
lutares, quos adjunctos habet fines, & propter antiquam Eccle-
ſiæ Apoſtolicæ conſuetudinem temere omittenda haud ſit. Hæc
enim ex libertate Chriſtianæ Eccleſiæ miniſtros per impoſitionem
9 manuum quaſi inauguravit. Sicut autem ex variis Scripturæ lo-
cis apparet, electionem miniſtrorum Eccleſiæ, tempore Apoſto-
lorum, à tota Eccleſia factam fuiſſe, qui mos poſt Apoſtolo-
rum tempora diu in Eccleſia obtinuit, ut ex Patribus, Conciliis,
aliisque rebus geſtis late oſtendit *Marc. Anton. de Domin. lib. 3. de*
Republ. Eccleſ. c. 3. à n. 3. usque ad n. 78. Ita quoque Ordinatio, ſi
inſtitutum Apoſtolorum reſpiciamus, toti competiit presbyterio,
prout colligere licet *ex. 1. Timoth. 4. verſ. 14.* ubi editiones celeb-
riores Presbyterii vocabulo utuntur, & comprobat actus ſimilis in
ordinatione Pauli & Barnabæ celebratus *Act. 13. v. 1. & ſeq.* ita qui-
dem, ut ſenior actionem dirigeret, reliqui vero inſimul decerne-
10 rent & manus quoque imponerent. Sed, cum, procedente tem-
pore, lege Eccleſiaſtica diſcrimen inter Epiſcopos & Presbyteros
invaluiſſet, ad ſolos quoque Epiſcopos poteſtas ordinandi tranſiit,
& quidem ſi *Chryſoſtom.* ſequamur, non aliter, quam per occupa-
tionem aut uſurpationem. Ita enim rationem redditurus, cur

Apo-

Digitized by Google

Apoſtol. 1. Tim. 3. ab Epiſcopis illico ad diaconos tranſeat, omiſſo ordine presbyterorum, inter alia loquitur: Τὴν γὰρ χειροτονίαν μόνην αὐτῶν ἀναβεβήκασι, καὶ τοῦτο μόνον δοκοῦσι πλεονεκτεῖν τοὺς πρεσβυτέρους. Id eſt, *ſola enim impoſitione manuum aſcenderunt Epiſcopi ſupra Presbyteros, & hoc ſolum lucri videntur praripuiſſe Presbyteris*, quo in loco verba ἀναβεβήκασι, id eſt aſcenderunt, ſive transgreſſi ſunt conditionem Presbyterorum; atque πλεονεκτεῖν, quod cum accuſativo ſignificat fraudare, circumvenire, vi rapere, ſufficienter innuunt, hanc ordinandi poteſtatem titulo non ſatis bono ad Epiſcopos perveniſſe, ſed in eo Presbyteros ab Epiſcopis, ut mollius loquamur, ſi non defraudatos, ad minimum circumventos fuiſſe, idque conſuetudinem haud improbaſſe, prout totam Epiſcoporum ὑπεροχὴν ad conſuetudinem refert *Hieronym. in Epiſt. ad Tit. c. 1.* Hoc 11
modo Ordinatio ad Epiſcopos tranſiit, ut jam à multis retro ſeculis nullæ fere in hoc negotio presbyteris fuerint relictæ partes, ſed ſolus miniſter ordinarius factus ſit Epiſcopus, etiam in Clericis ordinum minorum. *Vid. Concil. Nicæn. II. c. 14. Conc. Hiſp. II. c. 5. & 7. can. quorundam. 14. diſt. 23. atque Conc. Trid. ſeſſ. 23. de ref. c.*
7. Competens tamen eſſe debet Epiſcopus, ut ipſi Clericus ordi- 12
nandus ſubjiciatur. Neque enim alterius diœceſeos Clericos ſine literis dimiſſoriis ordinare poteſt. *can. Apoſt. 34. Concil. Sardic. cap. 19.* aliàs ordinatio non ſolum irrita eſt. *Concil. Antiochen. I. c. 13. Carthaginenſ. V. cap.* 13. ex eoq; *Gratian. in c. ſi quis. 2. diſt. 58.* Sed & ipſe Epiſcopus à collatione Ordinum per annum ſuſpenditur, licentia data ſubditis, ut, ſuſpenſione durante, libere à vicinis Epicopis ordines accipere posſint. *c. eos. 2. ✠. de temp. ord. in6. Conc. Trid. ſeſſ. 23. de ref. cap. 8.* Quatuor autem modis Clericus 13
Epiſcopo ſubjicitur, vel ratione *originis*, ſi in diœceſi Epiſcopi natus ſit. *c. cum. nullus. 3. de temp. ord. in6.* vel ratione *domicilii*, quod in iſta conſtituit, *d. c. 3.* vel ratione *beneficii*, quod in diœceſi ab Epiſcopo posſidet. *tit. c. 3.* vel denique ratione *triennalis familiaritatis*, quod in familia aut ſervitiis ſumtibus Epiſcopi per triennium vixerit, ejusq; quaſi commenſalis factus fuerit. Vid. *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. c. 9.* Nati vero vel habitantes in loco nullius diœ- 14
ceſeos à vicino Epiſcopo ordinari; Regulares quoque Ordinum exemtorum ordinationem ab Epiſcopo illius diœceſeos recipere debent, in qua monaſterium ſitum eſt, vel à viciniori, ſi locus nul-

Digitized by Google

lius ſit diœceſeos. Quod ſi verò Diœceſanus abſit, vel non habeat ordinationes; poſſunt Abbates dimiſſoriales literas ad alium Epiſcoporum regularibus ſuis concedere. Vid. *Barboſ. ad Concil. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c. 15. n. 11. atq; Engel. in Colleg. Jur. Can. lib. 1. tit. 1. n. 33.* niſi ipſi gaudeant poteſtate ordinandi, quod ſint preſbyteri ab Epiſcopo benedicti, quo caſu tamen propriis ſolum regularibus conferre poſſunt, juxta *Concil. Trident. dict. ſeſſ. 23. de reform. c. 10.* ubi vid. *Barboſ.* Plura de miniſtro ordinationis quoad tempora moderna videri poſſunt apud *Laymann. Theol. mor. lib. 5.*
15 *tr. 9. c. 9. per tot.* atque *Engel. cit. tit. 1. n. 11. & ſeq.* Neque hæc ordinatio abſque ritibus externis peragitur, qui olim quidem precibus atque manuum impoſitione abſolvebantur. Hæc poſterior enim adhibita fuit apud Hebræos tam in publicis ac ſolennibus victimarum conſecrationibus, quam benedictionibus privatis; Quapropter eam, tanquam ceremoniam bonam & utilem, Apoſtoli eorumque ſucceſſores nec male retinuerunt: Sed ſequior ætas & recentior Juris Canonici diſpoſitio unctionem, aliaque plu-
16 ra obſervanda ſuperaddidit. Hinc (1) requiritur, ut legitima ordinandorum præcedat *vocatio*, atque *collatio* beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ propterea dividuntur in *collativa*, qualia ſunt, quæ per collationem ſummi Pontificis aut Epiſcopi obtinentur, *electiva*, ad quæ aliquis per vim electionis aſſumitur, uti ſunt: Epiſcopatus, Abbatiæ, Præpoſituræ, atque *Patronata*, quæ ad præſentationem Patroni dantur. Vid. *Engel. in Coll. Jur. Can. lib. 3. tit. de Præbend.*
17 *n. 6.* Ex jure namque Patronatus hunc honorem acquirit Patronus, quod ſine ipſius præſentatione & voluntate beneficium Eccleſiaſticum valide conferri nequeat, modo Patronus ad præſentandum tempus in jure Canonico conceſſum obſervârit, quod in Patrono Eccleſiaſtico eſt ſex, in laico quatuor menſium, per *c. un. in fin. de Jur. Patron. in 6.* cujus initium equidem nonnulli interque eos *Wameſ. Conſil. Jur. Pontif. 471. n. 1.* ex die vacationis non notitiæ & ſcientiæ numerant; alii tamen impedito & ignoranti rectius currere negant, ſive impedimentum juris ſive facti fuerit. *Garc. de Benef. p. 10. c. 2. n. 17.* ibidq; plures, quibus ſuffragantur *c. 5.*
18 *in fin.* ✠. *de Conceſſ. Præb. & c. 3.* ✠. *de ſupplend. neglig. Prel.* Intra hoc tempus Patronus quidem ſeipſum præſentare nequit, licet ſit Clericus, ne ſe ingerat functionibus Eccleſiaſticis, quamvis via ſup-

ſupplicationis ab Epiſcopo petere poſſit, ut ſibi beneficium conferatur. *Barboſ. ad c. per noſtras. 26. X. de Jur. Patron. n. 1. & ſeq. nec non n. 5.* filios tamen, vel conſanguineos ſuos, præſentare non prohibetur, non obſtante *c. 15. X. de Jur. Patron.* quod non de præſentatione, ſed uſurpatione beneficii, propria auctoritate facta, loquitur. Vid. *Engel. in Colleg. Jur. Canon. lib. 3. tit. de Jur. Patron. n. 3.*
Idem dicendum de regularibus, modo horum conſentiant ſuperio- 19
res. Hinc monaſteria plurima, quæ Jus Patronatus acquiſiverunt, ut reditus ſuos per præbendas beneficii augeant, religioſos præſentare, atq; ab Epiſcopis ut functionibus Eccleſiaſticis & curæ animarum, etiam extra monaſteria, præponantur, impetrare ſolent; Verum cum *Miſſiones* ejusmodi, prout vulgo audiunt, non perpetuæ, ſed ad nutum Prælatorum, quibus religioſi ſub ſunt, revocabiles, atq; curæ animarum multis modis damnoſæ exiſtant, hactenus ſæpius per conventiones cum Ordinariis & Epiſcopis interpoſitas receptum legimus, ut religioſi à functionibus parochialibus extra monaſteria excludantur. (2) Quoad *perſonas* ordinandorum neceſſa- 20
rium eſt, ut ſint *baptizati* & confirmati. *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de ref. c. 4. mares* non fœminæ, quibus Eccleſiaſticis miniſteriis ita interdictum eſt, ut nec intra cancellos altaris conſiſtere, nec ad illud, propter prohibitionem *Concil. Laodic. c. 44.* accedere, nec etiam ſacra vaſa contingere queant, etſi moniales ſint, *per c. 1. in fin. X. de cohab. mulier.* (3) Ut ſint *capaces rationis & juſtæ ætatis*, quæ ta- 21
men ob varios ordines diverſa eſt. Vid. *can. de iis. 5. diſt. 28. & c. in ſingulis. 2. diſt. 77. Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. c. 12. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. p. 2. alleg. 11. n. 1.* atque *Engel. lib. 1. Jur. Canon. tit. 3. de æt. qualit. & ord. præfic. n. 2.* porro, ut non ſint illigitime nati, obligati ad ratiocinia, corpore vitiati, infames, vel alio modo irregulares, de quibus in multis *lib. 1. Decret. titulis* agitur. (4) Ratione temporis, ut non niſi *diebus Sabbathi* aut *domi-* 22
nica ordinationes peragantur, *per c. quod à Patribus. 4. & ſeq. diſt. 75.* & quidem illis, quæ recenſentur *in can. ult. cit. diſt. 75.* ob rationem, quod his temporibus ſolennia obſerventur jejunia, & à jejunis atque jejunantibus Ordines conferri debeant, quod conſuetudine primum cœpit, verſum tamen eſt ita in neceſſitatem, ut vix toleretur alicubi contraria conſuetudo, juxta ſententiam *Alexandri III. Pontific. in. c. ſane 2. X. de temp. ordin.*

(5) Ut

Digitized by Google

23 (5) Ut accedat triplex *ſcrutinium* ſive examen, quorum *primum*, de
quo vid. *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. c. 5.* uſus Germaniæ non
recepit, teſte *Engel. cit. lib. 1. tit. 2. de ſcrutin. in ord. fac. n. 1.* Per *al-
terum*, quod Epiſcopo ſecundum ſtatuta veterum Canonum in-
cumbit, atque confirmatur *in cit. Concil. Trident. d. ſeſſ. 23. de reform.
c. 7.* Epiſcopus, antequam Ordines conferat, in genus, æta-
tem, inſtitutionem, mores, doctrinam & fidem ordinandi inqui-
rit, quod quomodo peragatur, tradit *Engel. cit. tit. 2. n. 3. & ſeq.*
Tertium deniq; quod in ipſa ordinatione inſtituitur, per reſpon-
ſum Archi-Diaconi abſolvitur, de quo agitur *in c. un. de ſcrutin. in
ord. fac.* in quo tamen uſus recepit, ut diaconus ordinandi mini-
24 ſtrans loco Archi-Diaconi reſpondeat. (6) Ut fiat *conſecratio* per
impoſitionem manuum & ſacram unctionem, quæ impoſitio ma-
nuum χειροθεσία nominatur, de qua, an χειροτονία differat,
videri poſſunt *Dn. Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 8.* atque *Dn. Schilter. lib.
1. Inſtit. Jur. Canon. tit. 14.* Confer. *Strauch. amænit. Jur. Canon. eclog.
3. c. 11.* Sacra verò unctio quomodo tum in Epiſcopis, tum pres-
byteris peragatur, demonſtrat *Vallenſ. ad tit. X. de ſacr. unct. n. 5.*
Eandem tamen ordinationis tantummodo accidentalem, ſed an-
tiquiſſimam ceremoniam eſſe, *Laymann. ſæp. cit. tract. 5. c. 12. n. ult.*
fatetur. Plura de hac conſecratione præcipue Epiſcoporum cogno-
ſci poſſunt ex illis, quæ tradit *Engel. lib. 1. Jur. Can. tit. de Elect. &
Elect. pot. n. 55. & ſeq.* (7) Opus eſt, ut ordinatio ad certum titu-
lum & ad certam Eccleſiam fiat. Quare jam olim, cum plures
ordinati Clerici non alligarentur certis Eccleſiis, *Patres Concil.
Chalcedon. can. 6.* decreverunt: Neminem ordinari poſſe abſolute
non habito reſpectu ad Eccleſiam, quæ ratio eſt, quod *Urbanus II.*
ordinationem, *ſine titulo* factam, pro irrita habuerit. Conf. *text.
1. F. 6. in pr.* atq; *c. auctoritate. 4. X. de Inſtitut.* Sed poſtmodum
etiam Ordinationes generales ſine titulo invaluerunt, ut adeo du-
plex conſtitui ſoleat titulus, *Eccleſiæ* ſive monaſterii, ac *patrimo-
nii*, quorum poſterior, ut ſcil. Clericus, habens patrimonium, eo
utatur pro titulo, canonibus incognitus fuit, ſed circa tempus
Alexandri III. Pontificis *juxta c. Epiſcopus. 4. X. de præbend.* inva-
luit, atque confirmatus eſt *per Conc. Trident. ſeſſ. 21. de reform. c. 2.*
Sub hac tamen cautela, ſi patrimonium ad vitam degendam ſuf-
26 ficiens ſit. In Germania quoque, ubi præſertim in parochiis coo-
pe-

Digitized by Google

peratores neceſſarii, nec beneficia ſimplicia adeo frequentia ſunt, uſu obtinuiſſe tradit *Engel. lib. 1. jur. Can. tit. 3. de ætat. qual. & ord. Præf. num. 14.* ut ad ſolum *titulum menſæ* ordinationes fiunt, qui titulus æque à perſonis laicis, ac Eccleſiaſticis, conſtitui poteſt, modo fiat cum obligatione rerum, & hypotheca certorum bonorum, ut ex eorum reditibus Clericis ſufficienter provideatur, quod ex prudenti arbitrio Epiſcopi dependet. Plura de hoc titulo menſæ vid. *apud Engel. cit. loc.* Tandem ordinationem (8) excipere 27 debet *Inductio in poſſeſſionem*, quæ, in conceſſione beneficii ad præſentationem Patroni facta, vocatur inſtitutio, & in præſentato adeo neceſſaria eſt, ut ſi propria autoritate ante inſtitutionem beneficium occupet, & fructus percipiat, jus ex præſentatione quæſitum amittat, *c. avaritiæ. 5. de Elect. in 6.* Quia verò inſtitutio duplex eſſe perhibetur, ali., per quam titulus beneficii confertur, quando Epiſcopus præſentato literas confirmatorias impertitur, alia vero, per quam actualis beneficii poſſeſſio confertur; Idcirco inſtitutionis loco non tam priorem, quæ ad confirmationem potius pertinet, quam poſteriorem intelligimus, quæ alioquin etiam inveſtitura Canonica vocatur, cujus ritus pro diverſitate locorum varii ſunt. In Epiſcopis & Prælatis fit per tra- 28 ditionem baculi paſtoralis, annuli & birreti, ſive mitræ bicornis. Baculi fit mentio *in c. nullus, 27. de conſ. diſt. 1.* atque vocatur alioquin ferula paſtoralis, pedum paſtorale, & cambuca. Pontifex tamen hoc baculo non utitur, tum propter hiſtoricam, tum propter myſticam rationem, ut loquitur *Innocent. III. in c. un. §. fin. ✠. de ſacr. unct.* quas rationes deducunt *Strauch. amœnit. jur. Canon. ſemeſt. ult. ecl. 7. c. 8. Becman. in Not. dign. diſſ. 15. c. 2. §. 1. & ſeq.* ubi inſimul de aliis Epiſcoporum inſignibus agit. In cæteris Clericis variant ritus. Alicubi inveſtiendi coram Epiſcopo, vel Vicario, aut Conſiſtorio ipſius profeſſionem fidei, quam omnibus beneficiatis injunxit *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 12.* & juramentum obedientiæ & fidelitatis Epiſcopo præſtare debent, quo facto ipſis imponitur birretum, adjunctis verbis inveſtituram ſignificantibus, tandemque inveſtitus actualiter in poſſesſionem beneficii inducitur, quæ verbalis & realis tamen inveſtitura alibi in ipſo loco Parochiæ peragitur, dum Parochianis ad divina convenientibus proponitur in Eccleſia novus Parochus, qui & ibi-

Digitized by Google

dem juramenta fidei & obedientiæ præſtat, ac inſignia parochia-
29 lia accipit. Hæcque inſtitutio ac inveſtitura regulariter ad Epiſcopum loci, in quo beneficium ſitum eſt, ejusque officiales pertinet, *per c. ex frequentibus. 3. X. de inſtit.* quamvis per conſuetudinem & privilegium etiam inferiores Prælati acquirere posſint, *juxta c. cum veniſſent. 6. X. eod.* introductio vero & inveſtitura realis de jure Archi-Diaconi in ſpecie eſt, ſecundum *c. ut noſtrum. 9. X. de offic. Archi. Diac. Wagnereck. ad rubr. X. de Inſt. n. 3.* Aliquando tamen etiam ad Epiſcopum ipſiusque delegatum pertinet, teſte *Engel. lib. 3. tit. de Inſtit. n. 6.* quæ ratio eſt, quod ſæpius à Commiſſario Epiſcopi ſimul inveſtitura verbalis & realis peragatur. *Engel.*
30 *cit. loc.* Omnia hæc excipit inveſtitura & traditio temporalium, quæ fit per deductionem novi parochi in domum parochialem, & traditionem clavium, redituum & fructuum parochialium. Hanc multis in locis Patroni, Advocati Eccleſiarum & Domini territoriorum, excluſo Epiſcopo, ſibi vindicant; Alii tamen ipſis denegant, cum Patrono, præſertim laico, præter præſentationem & inſpectionem, in ordine ad exceſſus Epiſcopo denunciandos, nullam poteſtatem in beneficiatum ac beneficium concedant, ad normam *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. c. 9.* Plura qui de hac Clericorum conſtitutione atque proviſione beneficiorum Eccleſiaſticorum deſiderat, evolvat *Nicol. Garſ. Hiſpan. tract. de benefic. qui part. 4. & ſubſeq.* de ea, ejusque requiſitis, copioſiſſimè diſſerit.

31 In Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis quoad conſtitutionem miniſtrorum Eccleſiæ, quædam Ordinationem antecedunt, quædam vero excipiunt. Et (1) quidem præcedit legitima *vocatio*, ad quam, ſi Eccleſia ſit patronata, pertinet *nominatio*, per quam perſona, à Patrono electa, Eccleſiæ ſive populo in ſuggeſtu ad videndum & audiendum ſiſtitur. Vid. *Finckelthuſ. de Jur. Patron.*
32 *c. 2. n. 13. Carpz. lib. 1. def. Ecclef. 24. n. 3.* & quidem ita (2) ut in ſuggeſtum ad videndum & audiendum, ſive ad concionem piraſticam, prout communiter audit, nominatus admittatur, ad quam conſenſus Superintendentis, qui hanc facultatem jure delegati à Superioribus, Jus Epiſcopale exercentibus, habet, in quibusdam locis requiritur, juxta *Carpz. lib. 1. def. Eccl. 35.* quod tamen in Marchia in uſu non eſt, ſed ad hanc concionem illorum neceſſarius eſt conſenſus, qui jus ſuffragii in Eccleſia habent, *Brunnem. lib. 1. Jur. Eccl.*

Eccl. c. 5. §. 15. Neutiquam vero hæc concio probatoria omittenda eſt, cum ex ea poſtmodum colligantur ſuffragia Eccleſiæ miniſtrorum & Parochianorum, qui interrogantur vel per Superintendentem, vel etiam alicubi per Patronum. *Carpzov. lib. 1. def. Eccl. 35. n. 8. Schilt. cit. tit. 13. §. 34.* ut adeo in vocatione triplex ſtatus concurrat, patronus, clerus & populus. Ille perſonam Cleri, is & populo nominando, iſte in medium conſulendo, hic approbando, aut cauſas quare non allegando. *Tabor. de Regim. Imper. Eccleſ. th. 38.* Sic hactenus dicta monſtrant, quod jus nominandi etiam eligendi comprehendat, quamvis electio, ſalva Juris Patronatus ſub- 33
ſtantia, abeſſe nequeat, ad ipſius vero naturam duntaxat referatur jus nominandi, ſive offerendi, recommendandi, das Vorſchlagungs-Recht/ unde etiam alteri quam Patrono, competere poteſt. Vid. *Inſtrum. Pac. art. 7. §. 1.* & eatenus præſentatio, ſed abuſive vocatur, quia non eſt talis, quæ fit Epiſcopo, ejusque Conſiſtorio, ſed quæ fit Patrono. Ita Principes Patroni ſolent ab aliis nominatos eligere, & Conſiſtorio præſentare. *Schilter. Inſt. Jur. Canon. lib. 1. tit. 13. §. 9. & 10.* His peractis ſequitur *(3) Vocatio*, vel 34
à Patrono, vel ab eo, cui jus vocandi ſpecialiter conceſſum, facta. Nam & hanc ſæpius ſolent habere Collegia Senatorum, Communitates & Parœciani, cum tamen Jus Patronatus ſit penes Principem. Vid. *Schilt. cit. loc. §. 11.* Hæc regulariter peragitur per literas, quandoq; etiam ſolis verbis, utputa in Organicorum & Cuſtodum conſtitutione. *Carpz. lib. 1. def. Eccleſ. 81.* Vocatum (4) cum literis Vo- 35
cationis Patronus præſentat, vel Conſiſtorio, vel etiam Superiori, qui Jura Epiſcopalia habet, ad ordinationem & confirmationem, qui actus vocatur *Præſentatio. Carpzov. cit. lib. 1. def. Eccleſ. 43. & 46.* Alicubi vero præſentationem conjunctim cum Patrono Superintendens peragit. *Carpzov. lib. 1. def. Eccleſ. 46.* quod locale tantummodo eſt, quamvis ob rationes à *Carpzov.* allegatas confiteatur. *Brunnem. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 5. §. 18.* expedire, ſi Cleri vel Superintendentis teſtimonium præſentationi ſuæ addat Patronus. 36
Præſentationem hanc, ſi vocatus antea miniſterio Eccleſiaſtico functus non fuerit, excipit (5) ipſa *Ordinatio*, quæ peragitur prævio Examine, quod eſt actus Epiſcopi, Conſiſtorii, aut illorum, quibus hoc committere ſolent, quo tam in doctrinam, quam in mores &

vitam vocari inquirunt, ut conſtet, an idoneus ſit præſentatus. Sed ut hoc examen vocationem præcedat, rationi magis conſentaneum eſſe cenſent *Gerhard. de miniſt. Eccl.* §. 169. atque *Brunnem. cit. c.* 5. §. 23. quia is, qui præſentatus eſt, non facile poteſt ſine
37 ſumma ignominia repelli. Quod ſi ergo præſentatus in examine dignus & idoneus repertus fuerit, (6) *Ordinatio*, (quam Epiſcopi ac Conſiſtoria boni ordinis gratia quandoque permittunt Superintendentibus, Decanis aliisque Inſpectoribus Eccleſiarum, qui cum miniſterio Eccleſiarum opus illud ſolenniter peragunt. *Carpz. lib.* 1. *def. Eccleſ.* 51. *n.* 6. quandoque vero cum Examine Theologis ac Miniſtris Eccleſiaſticis in Academiis concedunt,) ſolenniter inſtituitur per preces ſacras, benedictionem, & impoſitionem manuum, tanquam ceremoniam vetuſtiſſimam; Unctio vero, quæ apud Catholicis in uſu eſt, non adhibetur, de qua ut & de cœteris ordinationis ſolennitatibus videri poteſt *Gerhard. d. l.* §.
38 159. *& ſeq.* Ordinationi ſuccedit (7) *Confirmatio* ab Epiſcopo & Conſiſtorio facta, confirmandus tamen duo præſtare debet, *juramentum* religionis, & *ſubſcriptionem* articulorum, qui viſitatorii vocantur. Quandoque etiam reverſales exhibere, vel Edictis Principum ſubſcribere jubetur, quod non improbat *Brunnem. cit. c.* 5. §. 26. utut multæ paſſim de eo audiantur querelæ, modo liberam doctrinæ confeſſionem, nec non elenchum modeſte tractandum permittant. In cæteris enim ceremoniis Chriſtiani faciles eſſe debent, cum Principes, tanquam Epiſcopali dignitate muniti, circa formam externam vel ceremonias jure ſuo recte utantur. Conf. *Dn. Stryck. in not.* Literæ vero Confirmationis dandæ & in originali relinquendæ ſunt Paſtori, ut iis legitime ſe vocatum & confirmatum eſſe probare queat. *Carpz. lib.* 1. *def. Eccleſ.* 52. Sumtus ordinationis & confirmationis ex Eccleſiæ fiſco vel à Parœcianis ſolvendi ſunt. *Carpzov. d. lib.* 1. *def. Eccleſ.* 53. *Brunnem.*
39 *d. lib.* 1. *c.* 5. §. 25. Demum ſubſequitur (8) *Inveſtitura & introductio* confirmati in Eccleſiam, autoritate Juris Epiſcopalis, præſcitu tamen Patroni atque Parochianis præſentibus, peragenda, ita quidem, ut, certo die è ſuggeſtu denunciato, adhibitis vicinis Paſtoribus, tanquam teſtibus, conveniant Superintendens ac Patronus, quibus præſentibus literæ confirmationis publicæ prælegantur, confirmato extradantur, Paſtor novus toti Eccleſiæ ſiſta-

tur

tur & introducatur, adjunctis ſeriis adhortationibus, quibus tum Paſtor, tum parœciani officii ſui admonentur. Vid. *Carpz. lib.* 1. *def. Eccleſ. 54. n. 6.* quæ ceremoniæ tamen non ubivis in uſu ſunt, ſicut & hæc ipſa inveſtitura de ſubſtantia miniſterii ſacri non eſt, facile tamen omitti haud debet, cum tanquam actus pius atque rationabilis legis inſtar obtineat. Vid. *Mev. p. 3. dec.* 133. ubi inſimul *def.* 134. taxat morem, vigore cujus alicubi hæc inveſtitura per Politicos peragitur, cui ſubſcribit *Brunnem. cit. lib.* 1. *cap.* 5. §. 27. Hæc, quæ ad conſtitutionem Eccleſiæ miniſtrorum pri- 40
mariorum pertinent, in plurimis communes quoque ſunt miniſtris ſecundariis, ludimoderatoribus, cuſtodibus, & aliis, quoad ſubſtantialia ſcil. non quoad ſolennitates. Itaque eligi ſolet cuſtos ſæpius à communitate cum conſenſu Domini Jurisdictionalis & Paſtoris, electus vocatur etiam absque literis, atque Conſiſtorio præſentatur; Vel ſi circa electionem controverſia occurrat, Conſiſtorium eligit & transmittit perſonam ad probam peragendam; examen porro cum confirmatione à Conſiſtorio, ad quod proprie pertinet, aliquando Superintendenti committitur; cautio præterea à cuſtodibus propter ornatum Eccleſiaſticum, aliasque res cuſtodiæ ipſorum commiſſas, exigitur, niſi de fide eorum notorie conſtet, tandem juramentum Religionis præſtare debent hi miniſtri ſecundarii, quod tamen alicubi ad eorum captum temperatur. Vid. *Carpzov. lib.* 1. *def. Eccleſ.* 76. & *ſeq.* atq; *Schilter. cit. lib.* 1. *tit.* 15. §. *ult.* Hæc, quia primaria fere Juris atq; Ordinis Epiſcopalis pars circa conſtitutionem miniſtrorum Eccleſiæ occupata eſt, ex Jure Canonico & Conſtitutionibus Eccleſiaſticis Evangelicorum Statuum paulo prolixius demonſtranda fuerunt.

Quia vero Epiſcoporum quoque eſt, ut presbyteris & mini- 41
ſtris Eccleſiæ, legitime conſtitutis, de congrua vitæ ſuſtentatione proſpiciant, per *c. inter cætera. 15. X. de offic. jud. ord.* Ideo Ordinationem jam excipit (7) titulus *Suſtentationis* & *conſtitutio Salariorum*, quæ adeo neceſſaria eſt, ut Epiſcopus ordinans aliquem ſine titulo, usque dum beneficium aſſequatur, eum de ſuo alere atque titulum menſæ conſtituere debeat, modo ordinatus ex ſuo patrimonio non habeat congruam ſuſtentationem, quo caſu ad titulum patrimonii facta eſſe cenſetur Ordinatio, prout jam antea

Digitized by Google

tea monuimus. Conf. *c. non liceat.* 2. *c. Epiſcopus.* 4. *c. de monachis.* 17. & *c. cum ſecundum.* 16. ✠. *de Præb.* atque *Gonzal. Tellez. ad d. c.* 4. Hucque pertinet, quod aliquis ſine certo titulo ſeu officio ordinari nequeat, *per can.* 1. & 2. *diſt.* 70. Conſtituitur autem hæc congrua ſuſtentatio vel ab Epiſcopo, vel à Prælato cum Capitulo in Eccleſia collegiata, ut cum *Borell. lib.* 1. *dec. c.* 29. demonſtrat *Brunn. lib.* 2. *Jur. Eccl. c.* 4. §. 3. & quidem ante omnia ex fructibus beneficii, pro quibus conſequendis officium Judicis Clericus implo-
42 rare poteſt. *Wagner. ad c.* 12. ✠. *de præb.* Beneficium hoc nihil eſt aliud, quam jus percipiendi proventus Eccleſiaſticos, ratione ſpiritualis officii perſonæ Eccleſiaſticæ collatum, aliasq; vocatur *Titulus*, *Canonia* atque *Præbenda*, quamvis Canonia quoque ſimpliciter dicta ſit tantummodo jus habendi ſedem in choro, & vocem in capitulo. Vid. *Engel. in Coll. Jur. Canon. lib.* 3. *tit. de præb.* 15. *n.* 1. hocq; reſpectu, nec non habita ratione ad ipſum officium Eccleſiaſticum, beneficia Eccleſiaſtica varie dividuntur, in majora, quæ vel dignitatem, vel perſonatum vel officium annexum habent, & minora, in ſimplicia & curata, in ſecularia & regularia, aliave plura, de quibus videri poteſt *Vallenſ. ad tit.* ✠. *de*
43 *prabend.* §. 2. *per tot.* Objective quoq; Præbenda ſumta ſignificat canonicam portionem, quæ de communi bonorum proventuumque Eccleſiaſticorum maſſa ſumitur, atq; ſingulis Canonicis, ſive beneficium habentibus, pro rata portione præbetur, per *c.* 9. ✠. *de Conſtit.* & tradita *Vallenſ. ad tit.* ✠. *de præb.* §. 1. *n.* 1. inque hac ſignificatione dividitur in ipſam præbendam & quotidianas diſtributiones, *c. licet.* 32. ✠. *de prabend.* cujus poſterioris generis illæ ſunt præbendæ, quæ ſingulis diebus, ſeptimanis & menſibus per Oeconomos inter Canonicos & Clericos in Eccleſia reſidentes & liturgiam exercentes, diſtribuuntur, ac manualia *in c.* 16. *de V. S.* & victualia *in c. de catero. in* 7. ✠. *de Cler. non reſid.* vocantur, nec ab abſentibus, etiam ob juſtam cauſam & Theologiæ ſtudium, percipiuntur, vid. *cit. cap. de catero.* 7. ✠. *de Cler. non reſid.* ibique *Gonzal. Tellez. n.* 3. & *ſeq. Petr. Gregor. Tholoſan. lib.* 15. *Synt.*
44 *jur. univerſ. cap.* 22. Præter ædes ergo, quibus ſacerdotibus, nec procul ab Eccleſiis, proſpiciendum eſt. *Concil. Carthag. IV. c.* 14. debentur Clericis præbendæ, hæ, ac congrue ſuſtentationes, quæ colliguntur vel ex agris parochialibus, quorum uſusfructus pertinet

tinet ad miniſtros Eccleſiæ. *c. fn. de offic. Ordin. in 6.* vel ex aliis prædiis ac reditibus Eccleſiaſticis, vel etiam ex decimis Parochianorum. Ex his enim ſibi tantum vindicare poſſunt, quantum ad ſuſtentationem neceſſarium eſt, quisquis tandem illas, vel ex privilegio, vel ex alio quovis titulo percipiat, cum ad ſuſtentationem Clericorum introductæ ſint. Vid. *c. fin. ✠. de Paroch. Wagnereck. ad c. 12. ✠. de prabend. verb. congruam ſuſtentationem.* Parochiani tamen, quibus ſacramenta adminiſtrantur, ſi vel nullas ex privilegio ſolvant decimas, vel nimis exiguas, atque alii proventus deficiant, in ſubſidium ſacerdotibus ad alimenta obſtricti ſunt, *per c. omnis, 69. de conſecrat. diſt. 1. Wagnereck. cit. loc.* niſi ad titulum patrimonii vel menſæ, prout in antecedentibus monuimus, ordinatio facta ſit. De quantitate vero præbendæ ante omnia ex Eccleſiæ matricula conſtabit, nec in eam imputari debent fructus incerti, ſive pedum altaris, aut jura ſtolæ, cum ſubinde contingat, oblationes iſtas & fructus ſtolæ variari pro multitudine & paucitate Parochianorum, nubentium, naſcentium, nec non morientium. Quod ſi vero præbenda per bellum, incendium aliumque caſum conſumatur, itidem Parochiani per collectam Eccleſiæ ejusque miniſtris ſubvenire debent. *Panormitan. ad c. 11. in fin. ✠. de prabend.* Cum hæ collectæ, licet bona Parochianorum alioquin exhauriantur publicis atque bellicis collectis, neminem depauperent, ſed ditent potius. *Brunnem. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 4. §. 6.* Plura *de Benefic. Eccleſ. atq; Prabend.* vid. *apud. Nicol. Garſ. in ſuo tract. de benef. p. 1. & 2.* 45 46 47

48 In Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis itidem miniſtris Eccleſiæ, tum primariis, tum ſecundariis, Principes & Status, Jura Epiſcopalia exercentes, non ſolum de ædibus, ſed etiam de congrua ſuſtentatione proſpicere, atque curare debent, ut augeatur potius, quam diminuatur. *Carpzov. lib. 1. def. Eccleſ. 98. Brunnem. lib. 2. Jur. Eccleſ. cap. 5. §. 2.* ibiq; *Dn. Stryck. in annot.* Ad ædes, præter muſeum, quænam, ut partes integrales, pertineant, docet *Carpz. lib. 2. def. Eccl. 350. n. 8.* In his tamen uſum ſolum, non uſumfructum habent Miniſtri Eccleſiæ, ut aliis locare nequeant, niſi cum conſenſu Conſiſtorii, vel Epiſcopi, ſicut nec epulas nuptiales in illis celebrare, *Carpz. lib. 2. def. Eccleſ. 253. & ſeq.* aut alio modo iſtis abuti poſſunt, quin potius multis in locis ſartas tectas, German. 49

in

Digitized by Google

in Dach und Fach/ conſervare debent. *Carpz. d. lib. 2. def. Eccleſ.*
50 *352.* Quoad ſuſtentationem Parochis, præcipue paganis, jam ab antiquo certi agri parochiales ſunt aſſignati, quorum uſumfructum habent, ut illos elocare queant, & quia ut plurimum magna pars ſalarii Miniſtrorum Eccleſiarum ruralium in reditibus agrorum parochialium conſiſtit, ſe Parochiani culturæ ſubtrahere nequeunt, quam in rem totales Parochiæ ſubditi, der Frohn- und Dienſt-Leute der Pfarrer/ operas gratis, reliqui vero æqua mercede præſtare, nec, niſi confectis parochialibus rebus, aliis elocare debent. Vid. *Carpz. d. lib. 2. def. Eccleſ.* 355. *& ſeq.* Conſultius tamen Paſtoribus decimis fructuum provideri, dicit *Brunnem. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 15. n. 6.* ut eo ardentiores preces concipiant ad De-
51 um, pro benedictione divina Parœcianis elargienda. Ubi agri deficiunt, vel Parochiæ aſſignati non ſunt, ſalarium præſtatur Clericis vel in certa quantitate pecuniæ, vel colligitur ex proventibus Parœcianorum, qui obligati ſunt ad præſtationem canonis, cenſus frumentarii, decimarum, panum, nummorum miſſalium, groſſorum manſariorum, aliarumque præſtationum, qua in re jura ac conſuetudines cujusq; loci obſervari, & ex matricula Eccleſiæ quantitas & qualitas ſalarii, cui illa inſerenda eſt, æſtimari de-
52 bet. Ultra ſalaria Clericis quoque non deneganda ſunt Jura Stolæ, ſive accidentalia, aut ſportulæ Eccleſiaſticæ, quæ pro ſingulis actibus Eccleſiaſticis loco honorarii ſolvuntur vel in pecunia, vel in annona, v. gr. pro benedictione ſacerdotali, baptizatione infantum, concione funebri, ductione funeris (quam ob rem etiam pannus funebris & linteum funebre miniſtris Eccleſiæ ſæpius offertur,) aliisque actibus parochialibus, de quibus itidem ex cu-
53 juscunque loci Ordinationibus Eccleſiaſticis judicandum. Ad hæc jura Stolæ pertinet quoque nummus confeſſionarius, der Beicht-Pfennig/ qui propterea, quod miniſter Eccleſiæ à confitente donarium oblatum haud prohibeatur acceptare, *teſte Carpzov. lib. 1. def. Eccleſ. 118. & ſeq. ac Brunnem. lib. 2. jur. Eccl. c. 5. §. 7.* paſſim invaluit, ita quidem, ut in ipſa confeſſione offeratur; Sed multo conſultius eſt, hanc gratitudinis conteſtationem, extra locum abſolutionis, alio loco peragere. Negari enim nequit, quod pecunia, quam quis in promtu habere debet, ut finita abſolutione eam ſacerdoti tradat, piis meditationibus ſæpius maximum

inji-

injiciat impedimentum, hocque poſterius variis in locis optime receptum eſt, juxta ſententiam *Gerhard. de miniſt. Eccl. §. 329. in fin.* quem ſequitur *Dn. Stryck. cit. loc.* Sicut & ad componendas lites, 54
de inæqualitate accidentalium inter Clericos exortas, æqualitas commodisſimum remedium eſt, ſuadente *Dunt. de Caſ. Conſc. c. 13. ſect. 1. q. 19. verſic.* dieſen vorzukommen. Plura de hac ſalariorum materia vid. *apud Carpzov. & Brunnem. cit. loc.* nec non *Dn. Schilter. lib. 2. Inſt. jur. Can. tit. 8. Stypm. de ſalar. Cler. alioſve plures.*

Porro quia neceſſarium omnino eſt, ut fideles in loco congruo 55
ad Divini Numinis cultum congregentur; Ideo templa quoque exſtruenda ſunt, ſed de Jure Canonico non ſine præſcitu ac conſenſu Epiſcopi, ut adeo ad jura Ordinis quoque (8) hæc concesſio cum *jure conſecrandi* referri debeat. Sane poſtquam Chriſtianis- 56
mum Imperatores profesſi ſunt, ſicque non tutam tantum, ſed & honoratam religionem Chriſtiani effecerunt, quin autoritate ipſorum templa exſtructa fuerint, dubitandum haud eſt, id quod non ſolum diverſa privilegia, quæ templis à Principibus conceſſa ſunt, de quibus vid. *Jacob. Gothofred. in Paratit. Cod. Theodoſ. de Epiſc. Eccleſ. & Cler.* Sed & ratio comprobat, quod templa ac Baſilicæ conſtituant partem territorii, ut à jure talia erigendi & concedendi ſumma poteſtas excludi nequeat. Hucque pertinet *Nicephori Phocæ Impp.* Novella prohibitoria, ne de novo monaſteria, aliæve religioſæ domus exſtruantur, atque *Baſil. Imper.* ſubſequens derogatoria prioris, quæ habetur apud *Leunclav. Jur. Græco-Roman. lib. 2. p. 113. & ſeq.* Conſimili modo prohibuit *SCtum Venetum An. 1337.* ne absque conſenſu Senatus nova templa aut cœnobia conderentur. Aſt ſicut alia jura, ita & hæc poteſtas, Imperato- 57
rum conniventia, jamdudum ad Epiſcopos tranſiit. Quare Juſtinianus, tum de Eccleſiis, tum de monaſteriis atque Oratoriis, lege publica ſancivit, non licere unquam ſine præſcitu aut conſenſu Epiſcopi diœceſani tale ædificium exſtruere. Vid. *Nov. 67. c. 1. & Nov. 131. cap. 7.* Suffragatur *can. Concil. Aurelianenſ.* allegatus à *Gratian. in c. nemo. 9. de conſecrat. diſt. 1.* qui, utut hodie nullibi inter Canones Conciliorum *Aurelianenſium* appareat, repetitus tamen eſt in *Capitul. Car. M. & Ludov. Imp. lib. 5. tit. 229.* Requiri- 58
tur autem hic conſenſus Epiſcopi non propter autoritatem tantum, & quia res Eccleſiaſticæ ejus regimini ſubjectæ ſunt, ſed

Ee etiam,

etiam, ut propter ipſius Eccleſiæ utilitatem inquirat; an (1) adſit
cauſa movens ædificandi. *c. ſi quis, 10. de conſecr. diſt. 1.* ad quam
referunt incrementum populi, commoditatem plebis, quando Pa-
rochiani tempore præprimis hyberno congrue convenire neque-
unt, univerſitatis rationem, ſi plures ſint leproſi, ut Eccleſia cum
cœmiterio indigeant. Vid. *c. cum dicat. 2. & ſeq.* X. *de Eccleſ. ædific.*
ibique *Wagnereck.* (2) an fructus & reditus appareant ſufficientes,
ut ædes ſacræ conſtrui, conſervari & miniſtri ad cultum divinum
neceſſarii ſuſtentari poſſint. *d. Nov. 67. c. 2. c. nemo. 9. de conſecrat. diſt. 1.*
alioquin Epiſcopus, usque dum dos congrua conſtituatur, conſe-
crationem vel differre, *Concil. Wormat. cap. 3. Bracar. 11. can. 5.* atq;
c. pia mentis. 26. c. 16. q. 7. vel etiam ipſe Eccleſiæ de ſuo provide-
re tenetur. *c. cum ſicut. 8.* X. *de conſecrat. Eccleſ.* ubi vid. quæ ube-
59 rius proponit *Gonzal. Tellez.* Conſenſum Epiſcopi, vel expreſſe vel
etiam tacite, juxta *Barboſ. de offic. & pot. Epiſcop. p. 2. alleg. 26. n. 2.*
interpoſitum, comitari debent certa ſolennia, tum in conſtruen-
da Eccleſia, ut vel ipſe vel ejusdem Vicarius locum ædificii acce-
dat, atrium & cœmiterium publice deſignet, ibique crucem cum
precibus figat, tandem vero primum lapidem ponat, *per Gloſſ. ad
c. nemo. 9. de conſecr. diſt. 1. Barboſ. cit. alleg. 26. n. 1.* tum in conſtru-
cta conſecranda. Conſecrationem iſtam non tam ex ſpeciali ju-
ris divini mandato, quam potius ad imitationem conſecrationis
templorum, in veteri Teſtamento peractæ, receperunt Patres pri-
mitivæ Eccleſiæ, ne in hoc & aliis caſibus novitatis opinio Judæos
60 à fide Chriſtiana averteret. Et cum ipſius eſſentialis ritus conſi-
ſtat in ſacræ liturgiæ celebratione, ab initio quoque ceremoniæ
conſecrationis ſimplices fuerunt, peractæ ſolum per preces, hy-
mnos & vota. Verum ſicut Juſtinianus in *Nov. 67. c. 1.* voluit, ut
in conſtruenda Eccleſia Epiſcopus inſimul in loco crucem figeret,
&, publicum faciens proceſſum, cauſam omnibus manifeſtaret;
Ita quoque in *conſecratione* ceremoniis ſimplicibus aliæ ſuperad-
ditæ fuerunt, quæ ſplendidiorem quidem, non meliorem tamen
fecerunt cultum Chriſtianorum, quod ſcil. peragatur vel ab Epi-
ſcopo, vel ab alio, de ipſius licentia, cum aqua ab Epiſcopo be-
nedicta, vino admixta & cineri, aliisque verbis conceptis, quæ
habentur in Pontificali ac Manuali Romano. Vid. *c. aqua. 9.* X.
de conſecr. Eccleſ. vel alt. Barboſ. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 3. num. 28. ac
noſter

Digitized by Google

noſter *Tract. de Jur. Templor. c. 6. n.* 11. *& ſeq.* interque hos ritus ſequioris ſeculi comparet quoque, quod nullius omnino templi conſecratio peragatur absque dedicatione Sanctis & Martyribus facta, quæ quondam tamen ſoli Deo reſervata eſt. Et licet jam inde à ſeculo quarto Sanctorum nomina templis impoſita fuerint, non alio tamen fine hoc factum eſt, quam ut ab invicem diſcernerentur. Nec honor Apoſtolis & Sanctis hac ratione habitus fuit religioſus, aut divinus, ſed charitativus tantum, in honorifica eorum recordatione & commendatione virtutum, quibus excelluerunt, conſiſtens, quæ ab hodierna dedicatione maxime diverſa eſt.

Quæ hactenus de conſecratione Eccleſiarum dicta ſunt, pertinent porro (1) *ad reconſecrationem & reconciliationem templorum*, 61
quæ duo ex mente Canoniſtarum ita differunt, ut reconſecratio locum habeat, ſi de conſecratione non appareat, per *c. ſolennitates.* 16. *& c. Eccleſia.* 18. *de conſecrat. diſt.* 1. aut templum totaliter, vel etiam quoad maximam partem exuſtum aut deſtructum ſit, *per can. Eccleſiis.* 20. *de conſecrat. diſt.* 1. *c. ligneis.* 6. ✠. *de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* ubi vid. *Wagnereck. Gonzal. Tellez. ad c.* 7. ✠. *eod. n.* 4. Reconciliatione vero Eccleſia indigeat, ſi polluta fuerit, vel ſanguinis vel ſeminis humani effuſione, aliisque modis. Vid. *c. conſuluiſti.* 7. *nec non c. ult.* ✠. *eod.* atque *Barboſ. lib.* 2. *jur. Eccleſ. univerſ. c.* 3. *n.* 16. *& mult. ſeq. Zoëſ. ad tit.* ✠. *de conſecr. n.* 4. *& ſeq.* (2) ad conſecrationem *Oratoriorum*, non quidem privatorum, 62
ſed publicorum. Ante nonnulla quidem ſecula invaluit ſacellorum & oratoriorum privatorum uſus, juxta quem opulentiores nec non Proceres, ſtructo in domibus vel palatiis ſuis ſacello aut oratorio, miniſtrum, qui in illis ſacra adminiſtraret, conſtituerunt, ſicque publicos conventus neglexerunt; Sed poſtquam jamdiu *Concil. Laodicen. can.* 57. interdixit, ne oblationes in domibus ab Epiſcopis & presbyteris celebrarentur, quæ prohibitio in variis ſubſequentibus Conciliis repetita eſt, uſus quoque horum Oratoriorum prohibitus fuit, hucque pertinet, quod in *Concil. Pariſienſ. ſub Ludov. Imper. celebr. lib.* 3. *ſub capitulis, quæ à Regis pietate adimpleri flagitarunt*, Epiſcopi inſimul rogaverint, ut presbyteros atque capellas palatinas abrogaret. Interim hoc remanſit, quod oratoria adhuc privati habere poſſint, ſed absque conſecratione &

Digitized by Google

Sacramentorum perceptione. Vid. *c. unicuiq. 23. de conſecr. diſt. 1. c. patentibus. 10. X. de privileg.* Publica verò, in quibus miſſa celebranda, vel Sacramenta adminiſtranda ſunt, autoritate Epiſcopi non ſecus, ac Eccleſiæ, conſtrui, ad cultum divinum dedicari, atque violata vel polluta reconciliari debent. Vid. *Barboſ. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 8. n. 7. & ſeq. Dn. Stryck. ad Brunnem. Jus Eccleſ. lib. 2.*

63 *c. 2. §. 4* Idem dicendum (3) eſt de Capellis, quæ, ſecundum *Gloſſ.* à capris, quaſi earum pellibus olim tectæ fuerint, ſecundum non nullos autem, quod quaſi capiant populum vel laudes, ſecundum alios vero à cappa B. Martini, quam Reges Franciæ ad bella portarunt, ejusque cuſtodes Capellanos dixerunt, vel potius à Francico verbo, quo ſignificatur tegumen ſeu tentorium in caſtris militaribus, in quibus ſacrum audire ſoliti fuerunt Reges Francorum, denominationem ſuam ſortiuntur. Vid. *Azor. Inſt. Moral. part. 2. lib. 3. c. 8. q. 1. & 2. Barboſ. cit. loc. n. 18.* atque *Dn. Zigler. ad Lancel. lib. 2. tit. 22. verb. Capellanus.* Unde quoque à *Brunnem. cit. c. §. 4.* portatiles Eccleſiæ nominantur, quas Imperatores in caſtris ad ſacrorum uſum adhibuerunt; ſed plerumque in Jure Canonico vel pro modica Eccleſia ſumuntur, vel etiam pro loco in Eccleſia cum altari ab aliquo erecto vel dotato, ut pluribus deducit *Barboſ. cit. c. 8. n. 57.* Conf. *Dn. Ziegler. cit. loc.* Quæ ergo in exſtructione templorum ratione Ordinis Epiſcopalis, quoad conſenſum & conſecrationem, neceſſaria ſunt, etiam in portatilibus his, vel modicis templis, aut locis in Eccleſia cum altari erectis, omnino adhiberi debent; præprimis, cum hactenus

64 dicta de conſecratione pertineant quoque (4) ad conſecrationem *Altarium*, tum eorum, quæ ſunt firma & ſtabilia, tum etiam eorum, quæ ſunt viatica & portatilia. Hæc enim itidem ab Epiſcopo peragi debet, per *c. 1. X. de conſecr. Eccleſ. vel. Altar.* & quidem cum ſacra unctione, benedictione atque ſigillo altarium, (quod eſt certus locus ad reliquias Sanctorum & Martyrum deſtinatus per *d. c. 1. X. de conſecr. Eccleſ. vel altar.* cui quoque nomen Epiſcopi conſecrantis, & Sancti, in cujus honorem conſecratur, includitur) nec non cum ceremoniis & ritibus conſuetis, de quibus vid. *Azor. Inſt. Moral. p. 1. lib. 10. c. 27. q. 8.* atque *Barboſ. cit. lib. 2. cap. 7. n. 9.* Hocque ſigillum adeò neceſſarium eſſe volunt Canoniſtæ, ut & pro eſſentia altarium habeant; Negant

gant tamen Theologi Catholici, quos hanc in rem laudat *Wagner. ad cit. c. 1.* præprimis cum nunc excuſet difficultas nanciſcendi certas & exploratas Sanctorum reliquias. (5) ad conſecrationem 65 *vaſorum ſacrorum & linteaminum* Euchariſtiæ, quæ debent eſſe ab Epiſcopo conſecrata, priusquam ad ſacros uſus adhibeantur, per *c. un. §. ult.* ✠. *de ſacr. unct.* Reliqua ornamenta, veſtimenta & mobilia ædium ſacrarum non propriè conſecrari, ſed benedici dicuntur, ſicut & campanæ. Hanc benedictionem autem, perin- 66 de ut conſecrationem, itidem ſolus peragit Epiſcopus per ritus & orationes, quæ inveniuntur in *libro Pontific.* Et quamvis Prælatis regularibus, generalibus & provincialibus, quin imo Guardianis & Prioribus, benedictio ornamentorum Eccleſiæ ex conceſſione Leonis X. cujus mentionem facit *Barboſ. de off. & poteſt. Epiſcop. p. 2. alleg. 26. n. 44.* permiſſa ſit; Pro uſu tamen fratrum ſuorum tantum, non verò aliorum hanc benedictionem ſolennem peragere poſſunt, teſte *Barboſ. cit. loc.* Neque etiam Abbates campanas benedicere poſſunt, cum hæc benedictio fiat per inunctionem olei ſacri, quæ benedictio Ordinis Epiſcopalis eſt. Cauſam vero, ob quam benedicuntur campanæ, ex *Concilio* quodam *Colonienſi*, quale tamen fuerit, non addit, cum plura Coloniæ habita ſint, proponit *Barboſ. cit. alleg. 126. n. 47.* inſimulque allegat *Angel. Rocham*, qui in *ſpeciali tractat. de Campan.* formam & verba conſecrationis hujus recenſet. Sic ergo conſecrationum 67 duo reperiuntur ſpecies, quarum una proprie & ſtricte vocatur *conſecratio*, altera vero *benedictio*, de qua in ſequentibus. Conſecratio iterum eſt vel *Sacramentorum*, vel *perſonarum*, quæ in Epiſcopis quidem proprie dicitur conſecratio, in Abbatibus benedictio, in cæteris clericis ordinatio, vel *rerum*, utputa Eccleſiarum, cœmiteriorum, altarium, vaſorum ſacrorum & linteaminum Euchariſtiæ, it. aquæ baptiſmalis, & olei pro Sacramentis conficientis, cujus conſecrationis originem, ſubjectum, objectum, formam, tempus atque effectum uberius declarat *Barboſ. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 3. n. 12. & ſeq.*

Ex quibus porro apparet, quod Ordinis quoque Epiſcopalis 68 ſit (9) conſtitutio *Cœmiteriorum*, ſive locorum, in quibus fidelium corpora ſepeliuntur, ita dictorum à græco verbo κοιμητήριον, quod ſint quaſi dormitoria mortuorum. quæ perinde, ut Eccle-

Digitized by Google

ſiæ, ab Epiſcopis ſunt deſignanda & ſimiliter conſecranda. Vid. *c. 1. cauſ. 13. q. 1.* atque *arg. c. de Xenodoch. 3.* ✠. *de relig. dom.* Imo contigua Eccleſiæ cum illa conſecrata præſumuntur, quamvis ſpecialiter quoque conſecrari ſoleant, præprimis ſi non ſint contigua Eccleſiæ, ſed ſeorſim, etiam extra urbes, conſtituta; quod Leo per *Novell. 53.* liberari arbitrii eſſe voluit. Inde de cœmiteriorum conſecratione, pollutione & reconciliatione idem omnino, quod de Eccleſiis tradunt Canoniſtæ, tenendum eſſe, aſſerit *Barboſ. lib. 2. Jur. Eccl. c. 9. n. 8.* atq; *p. 2. de off. & poteſt. Epiſc.*
69 *alleg. 27. n. 29.* niſi quod polluto cœmiterio non ſtatim quoque Eccleſia polluta cenſeatur, per *c. un. de conſecrat. Eccleſ. vel. Alt. in 6.* ubi vid. *Wagnereck.* Conſecratione Cœmiteriorum facta, ipſis eædem immunitates debentur, quæ Eccleſiis competunt. Quare nec lites illic à laicis agitari, aut negotiationes, nundinæ, ac fori tumultus peragi debent, juxta *c. decet. 2. de immun. Eccleſ. in 6.* Quænam verò immunitates Eccleſiis competant, latius iterum demonſtrant Interpretes *jur. Canon. ad tit.* ✠. *de jur. immunit.* Ordine eas recenſet *Barboſ. lib. 2. jur. Eccleſ. c. 2. per tot.* quod ſcil. negotia ſecularia, contractus, lites, judicia, publicæ congregationes, ludi theatrales, ſaltationes, convivia aliaque in templis peragi nequeant, præcipue verò, quod non tantum ipſæ Eccleſiæ ſed & loca vicina per triginta vel quadraginta paſſus habeant jus Aſyli. Vid. *c. 1. c. ſanguinis. 5. & ſubſeq. 6.* ✠. *de immunit. Eccleſ.*

70 In Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis ad Principes alioſque Superiores, Jura Epiſcopalia exercentes, eorumque Conſiſtoria pertinet cura & conceſſio templorum exſtruendorum & conſervandorum, ut non, niſi Eorundem autoritate, ædificari ac reparari, altaria exſtrui, aliaque Deo dicari poſſint. *Carpz. lib. 1. def. Eccl. 334. Finckelthuſ. de Jur. Patron. c. 4. n. 32.* Non negligi tamen debet conſenſus Patroni, qui jam ante ædificationem per fundationem, aliumve modum, jus Patronatus acquiſivit, nec etiam Parœcianorum aſſenſus. Quippe Patronus tenetur ad defenſionem Eccleſiæ & rerum Eccleſiaſticarum contra omnem vim & invaſiones, per *c. filiis. 31. & ſeq. cauſ. 16. q. 7.* aliaque onera, de quibus poſt allegatos videri poteſt *Finckelthuſ. de Jur. Patron. c. 6. n. 155. & ſeq. it. n. 160. & ſeq.* Parochiani verò in ſubſidium ad ædificationis ſumtus & operas adſtringuntur, non ſolum *arg. c. de his.*

de his. 4. ✠ *. de Eccleſ. adific. in fin.* ſed etiam *ob Ord. Eccleſiaſt. in primis Elect. Sax. in art. general.* 32. *§.* damit aber die Kirchen. Solennitates, quæ ex diſpoſitione Juris Juſtinianei atque Canonici neceſſariæ ſunt, omittuntur. Licet enim ceremonias, quæ ad decentem ordinem in Eccleſia faciunt, non rejiciant, nec crucis poſitionem reprehendant Eccleſiæ Proteſtantes, modo abſit ſuperſtitionis opinio; Quia tamen plurimi ob ſingularem vim & energiam, quam ipſi adſcribunt, hoc venerabili ſigno Crucis abutuntur, juxta *Dn. Ziegler. ad Lancel. lib. 2. tit. 18. §. 9.* Idcirco illud, quod aliàs magnifaciunt, in hac aſſignatione ſtructuræ haud adhibent, ſed potius pias fundunt preces pro felici ſucceſſu ſtructuræ; In ſignum verò conſenſus interpoſiti Superiores ut plurimum primum in exſtructione fundamentorum ponunt lapidem, cui in ſigillo quodam, pro futura memoria, res quædam certæ inſeruntur, quæ tamen meri arbitrii ſunt. Exſtructione facta, conſecratio ſive benedictio non negligitur. Neque enim improbari poteſt, ut locus ille, in quo fideles ad divini nominis invocationem congregantur, per ſolennem feſtivitatem à communi hominum commercio ſegregetur. Hinc feſtivitas iſta per verbi divini prædicationem, atque concionem benedictionis, Einweihungs-Predigt/ Scripturæ Sacræ lectionem, hymnorum laudes, Euchariſtiæ communionem, atq; Baptiſmi adminiſtrationem peragitur, quamvis poſterius præciſe neceſſarium nemo dixerit, teſte *Dn. Stryck. ad Brunnem. Jus Eccl. lib. 2. c. 2. §. 3. verb. ab Epiſcopo conſecrari &c.* Sicut nec alias ceremonias, quas quandoque adhibere ſolent Superiores, ut conſecrationis actus ſolennior reddatur, cultus divinus extollatur, & exornetur, ſicque imperiti per ſigna externa ad majorem devotionem adducantur. Hæ quidem, teſte *Dn. Zigler. de Epiſc. lib. 3. c. 7.* improbari nequeunt, ſatis tamen eſt, ut precibus & hymnis Deo conſecretur Eccleſia, quæ etiam de Jure Canonico ſufficiunt, ex mente *Clement. apud. Gratian. in can. Eccleſiar.* 14. *de conſecrat. diſt.* 1. Peragitur autem hoc modo conſecratio templorum autoritate Superiorum, qui Jura Epiſcopalia exercent, per ſupremos Paſtores, Superintendentes ſcil. Inſpectores, Decanos & ſimiles. Vid. *Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Ex. 3. th. 70.*

71 (beside "Solennitates"); 72 (beside "Exſtructione facta")

73 Reconſecratio autem cum reconciliatione quam Canones in caſu pollutæ Eccleſiæ introduxerunt, omittuntur, cum multis, interq; eos

eos *Dn. Ziegler. ad Lancel. cit. tit. 18. §. 15.* ſuperſtitioſæ eſſe videan-
tur, &, fatente *Gloſſ.* Eccleſiæ peccatis hominum haud polluantur;
Reconciliatio verò ſit hominum non lapidum, ut adeo hæc ſolen-
nis & ceremonialis expurgatio neceſſaria non ſit. Quare mirum
eſſe dicit *Dn. Ziegler.* cur non à fœmina menſtruata pollui Eccle-
ſiam dixerint Canoniſtæ, ob *Synod. Laodicen.* quæ *can. 44.* propter
74 menſtrui fluxum mulieres ad altare accedere prohibuit. Quod
ſi tamen exuſtum vel deſtructum templum iterum fuerit repara-
tum, cum piis precibus, prædicatione verbi divini, adminiſtra-
tione Sacramentorum & laudibus pro reſtauratione Numini Di-
vino ſolutis, quin ſine ſuperſtitione & opinione meriti, reconſe-
75 cratio peragi poſſit, neutiquam diffitentur. Tandem etiam in
terris Auguſtanæ Confeſſionis Superioris, qui Juribus Epiſcopa-
libus fruitur, ejusque Magiſtratus Eccleſiaſtici autoritate, non
ſolum cœmiteria conſtitui, ſed &, ne profanentur, aut circa illo-
rum uſum modus excedatur, diſponi poteſt ac debet, per tradita
Carpzov. lib. 2. def. Eccleſ. 385. atque *lib. 1. Reſp. 86. per tot.* ubi inſi-
mul demonſtrat, quod Jurisdictio in cœmiteriis non ad judicem
loci ordinarium, ſed ad Superiorem, Jura Epiſcopalia exercentem,
ejusque Conſiſtoria Eccleſiaſtica pertineat, præprimis cum ple-
rumque pro acceſſoriis templorum habeantur, quamvis non
ubivis contigua Eccleſiis ſint. Conſecratione tamen ſpeciali &
aſperſione loci aqua benedicta in conſtitutione cœmiteriorum
Evangelici non utuntur, ſed ſeparant ſolummodo muris, ſeptis-
que ab aliis locis, ne beſtiis pateat aditus, aut alio modo violentur
defunctorum ſepulchra, quæ poſterior cura nonnullis in locis Pa-
tronis commiſſa eſt, teſte *Brunnem. Jur. Eccleſ. lib. 2. c. 6. membr. 12.*
76 *n. ult.* Hocque præſuppoſito, quod nec conſecratio, nec preces,
nec concio quædam ad cœmiterii conſtitutionem neceſſaria ſit, nec
etiam Epiſcopi ac per conſequens ejusdem Conſiſtorii autoritate
amplius opus eſſe vult *Dn. Stryck. in addit. ad Brunnem. jus Eccleſ.*
lib. 2. §. 12. ut adeò dilatatio cœmiteriorum, aut novorum extra
civitatem exſtructio absque ejusdem conſenſu fieri poſſit, modo
Patronus locum deſignaverit, atque Inſpectoris loci ſive Super-
intendentis acceſſerit conſenſus; Melius tamen ſibi conſulere fa-
tetur, qui in conſtitutione cœmiteriorum ad Superiores, Jura
77 Epiſcopalia exercentes, eorumque Conſiſtoria, recurrunt. Cæ-
terum,

Digitized by Google

terium, ceſſante in Eccleſiis Auguſtanis conſecratione canonica,
ceſſant etiam multa Canoniſtarum paradoxa, ſcil. quod cœmite-
rium ſtupro pollutum ſit reconciliandum, quod in cœmiteriis non
ſint ſepeliendi infantes nondum baptizati, nec in templo uxores
in puerperio decedentes, aliaque de quibus *Barboſ. Azor. Durand.*
aliiq; & ex illis *Dn. Stryck. cit. loc.* Nihilominus tamen immunita-
tes Eccleſiis conceſſæ ſuum habent effectum. Hinc nec judicia, nec
alia negotia ſecularia in Eccleſiis aut cœmiteriis peragi, nec etiam
Eccleſiæ metatis gravari debent. Vid. *Tabor. de metat. p. 2. c. 3. th. 9.*
atque *p. 3. art. 2. th. 1.* quam immunitatem ad ædes quoque ſa-
cras dirutas, extra caſum neceſſitatis, extendit *Dn, Schilt. Inſt. jur.*
Can. l. 2. tit. 7. §. 13. diſſentiente *Tabor. cit. p. 3. c. 3. art. 2. th. 1.*
ubi illos nimis prodigos hac in parte eſſe putat, qui privilegium
immunitatis ad diruta & deſtructa templa applicant. Sed de Aſy- 78
lorum jure, an hodienum etiam in terris Proteſtantium Eccleſiis
competat, multi dubitant, propterea, quod in Germania noſtra
delinquentes, ad Eccleſias confugientes, ſecuritatam nullam
nanciſcantur, ſed à Magiſtratu Politico inde avelli poſſint, pro-
ut jam ante duo ſecula docuit *Joh. Petr. Ferr. in Prax. tit. 52. n. 47.*
atque de conſuetudine hac reſtatur *Fab. in Cod. lib. 1. tit. 4. def. 1.*
n. 10. Imo moribus & praxi Chriſtiani orbis hoc receptum eſſe, aſ-
ſerit *Covarr. 2. variar. reſol. c. 20. n. 18.* atque pro communi opi-
nione habet *Clar. lib. 5. Sent. §. fin. q. 30. n. 20.* & quidem partim pro-
pter difficultatem Prælatorum, partim etiam, quod dum horum re-
quiritur & expectatur licentia, ſæpius Clerici aufugiendi anſam de-
linquentibus præbeant. Et quamvis de conſuetudine iſta probabili- 79
ter dubitari poſſit, non tantum, quod inſignes *JCti, Canoniſtæ* & *Caſi-*
ſtæ noſtræ Germaniæ, ſed etiam *Mager. de Advocat. armat.* de hac
conſuetudine in Aſylorum jure nullam planè faciant mentionem;
Attamen eandem per varias comprobat rationes *Myler. ab Ehren-*
bach. de jur. Aſylor. c. 5. n. 7. & 8. tandemque *n. 9.* concludit, quod
hodie apud Evangelicos omnia Jura tam Civilia, quam Canonica de im-
munitate confugientium ad Eccleſias abrogata ſint. Hinc apud Pro-
teſtantes Epiſcopi conſenſum ad delinquentem extrahendum
haud neceſſarium eſſe cenſet *Dn. Stryck. ad Brunnem. lib. 2. jur. Ec-*
cleſiaſt. cap. 2. §. 7. modo Magiſtratus extrahens ordinariam illic
loci juriſdictionem habeat, atque Jus Patronatus. Verum licet

Digitized by Google

largiamur, quod hoc Aſyli jus Eccleſiis conceſſum hodie merito reſtringendum ſit, cum in V. T. Deus ordinaverit quidem aſyla, *Exod. 21. v. 13. & ſeq. Num. 35. v. 11. & ſeq.* ſed, ut contextus evidenter docet, non doloſis delinquentibus, verum caſu ſolum, ſeu citra voluntatem, homicidium committentibus, ne deprehenſi à Vindice ſanguinis vitam iterum perderent, de quo *Selden. de jur. Natur. & Gent. juxt. diſcipl. Ebræor. lib. 4. c. 2.* hodie verò nemo delinquentium, etiamſi in flagrantiſſimo deprehendatur crimine, absque defenſione atque cognitione cauſæ ad ſupplicium rapiatur, ut alias hanc in rem à *Myler. d. cap. 5. n. 10. & ſeq.* adductas taceamus rationes. Neutiquam tamen omni judici, nec etiam ordinario loci, ſed Superiori tantum, qui Jura Epiſcopalia habet, hanc poteſtatem concedere poſſumus. Ut ut enim pœnarum executio ab Epiſcopo aut judicio Eccleſiaſtico in cauſis criminalibus peragi nequeat, poteſt tamen pro iſta vel implorare, vel, quod jam habet, adhibere brachium ſeculare. Quapropter non ad judicem loci ordinarium, ſed ad Conſiſtoria Eccleſiaſtica potius, & Superiores, quia ea conſtituunt, jurisdictionem omnem, adeoque merum quoque imperium in templis & cœmiteriis pertinere, tradit atque per præjudicia confirmat *Carpzov. lib. 1. reſp. 87.* atque *lib. 2. def. Eccleſ. 244.* ubi ex hoc principio deducit, quod Principes, Jura Epiſcopalia & hanc jurisdictionem habentes, infanti in foro templi expoſito alimenta ex fiſco Epiſcopali præſtare debeant. Conſent. *Dn. Schilt. Inſt. Jur. Canon. lib. 2. tit. 7. §. 14.*

81

82 Non ſolum autem poteſtas concedendi ædificationem ædium ſacrarum & cœmiteriorum eſt Ordinis Epiſcopalis; Sed etiam (10) *Conſenſus*, ut *monaſteria*, *aliave religioſa domus* exſtruantur. Nova ſiquidem monaſteria ſine autoritate Epiſcopi, in cujus diœceſi erigenda ſunt, conſtrui prohibentur in *c. quidam. 10. cum ſeq. cauſ. 18. q. 2.* quod comprobatum eſt in *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regul. c. 3.* Hanc licentiam tamen Ordinarii ſive Epiſcopi concedere nequeunt, niſi vocatis prius & auditis Prælatis Conventualibus locorum, ubi monaſteria ædificanda ſunt, aliisque intereſſe quoddam habentibus, juxta *Clement. VIII. Conſtit. Quoniam. de Anno 1600.* quæ obtinet quoque, ſi erigenda ſint monaſteria monialium, ut cum allegatis demonſtrat *Barboſ. lib. 2. jur. Eccleſ. c. 17. n. 7.* Superaddi quoque debet autoritas Summi Pontificis, *per. c. un. de*

de rel. dom. in 6. & c. un. de exceſſ. Prælat. eod. quorum diſpoſitio per *Concil. Trident. cit. c. 3.* abrogata non eſt, teſte *Barboſ. ad d. c. 3. & Concil. Trident. n. 27. it. de off. & pot. Epiſc. p. 3. alleg. 26. n. 1.*
Atque hæ quaſi ſunt reliquiæ, quæ Epiſcopis ex veteri jure in monaſteria ſuperſunt. Antiquitas namque omnia monaſteria, ſive virorum, ſive puellarum, ſubjecta eſſe voluit regimini Epiſcopi, qui diœceſi præeſt. Vid. *Concil. Chalcedon. can. 4.* quod repetitum in *Concil. Arelat. V. c. 6.* Sed hæc Epiſcopalis poteſtas deinceps non ſolum attenuata, ſed etiam alicubi prorſus extincta fuit per exemtiones monaſteriorum, quibus etiam Epiſcoporum ſpontanea conceſſio cauſam dedit, ut demonſtrat *Ziegler. de Epiſcop. lib. 3. cap. 24. §. 10. & ſeq.* 83
Conſimili modo (1) nec *hoſpitalia* ſine licentia Epiſcopi, ſive Ordinarii, ædificanda aut erigenda ſunt, quod de hoſpitalibus religioſis extra omne dubium eſt. Illa enim propterea religioſa vel Eccleſiaſtica dicuntur, quod autoritate Epiſcopi erecta & conſtructa ſint, per *c. adhæc. 4. X. de relig. dom.* Unde quoque gaudent immunitatibus aliisque privilegiis piarum cauſarum Eccleſiarum. Vid. *Gonzal. Tellez. ad. d. c. 4. X. de relig. dom. n. 5. Gabriel. comm. Concl. lib. 6. tit. de pia cauſ. concl. 2. n. 1. & ſeq. Pariſ. vol. 4. conſil. 36. n. 14. & ſeq. Barboſ. lib. 2. jur. Eccleſ. cap. 2. n. 67.* 84
Non religioſa vero ſunt, quæ absque auctoritate Epiſcopi eriguntur, quod cuivis permiſſum eſt, qui etiam ad tempus hoſpitalia in ædibus ſuis conſtituere poteſt, quo caſu quidem loca illa religioſa non fiunt; quia tamen ad pia opera exercenda conſtituuntur, ideo hoc ſufficit ad Jus Epiſcopale ſuſtinendum, & ad jurisdictionem & viſitationem Epiſcopalem fundandam, ut contra *Car. Molin.* circa poſteriora hoſpitalia diſſentientem, demonſtrat *Dn. Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 22. §. 2.* cum ad officium Epiſcopi pertineat, ut pauperibus proſpiciatur, eorumque perinde, ut ædium ad hunc uſum deſtinatarum, cura geratur. Vid. *c. de Xenodoch. 3. X. de relig. dom.* atque *Concil. Aurelian. 1. c. 6.* hocque comprobat *Concil. Trident. ſeſſ. 22. c. 8.* adjecta tamen limitatione, niſi hoſpitalia ſint ſub regum protectione, quia Synodus ſatis confidere videtur curæ & ſollicitudini regum. Vid. *Barboſ. ad d. cap. 8. Concil. Trident. n. 27.* nec non *lib. 2. jur. Eccleſ. c. 11. n. 56.* atque *Gonzal. Tellez. ad d. cap. 4. X. de relig. dom. n. 5.* 85
Quod de hoſpitalibus eſt dictum, pertinet porro (2) ad *Scholas.* Nam cum 86

 maxi-

maxima ad Eccleſiæ conſervationem & fidei Chriſtianæ propagationem ſcholarum ſit neceſſitas & utilitas, jam inde à primis Chriſtianarum rerum principiis receptum fuit, ut teneræ ætati forman-
83 dæ & Clericis inſtituendis quærerentur ingenuarum artium & Theologiæ Profeſſores. Invaluit deinceps conſuetudo, ut non in monaſteriis tantum, ſed etiam in Eccleſiis inſignioribus haberentur ſcholæ. Incubuit verò & adhuc incumbit cura hæc Epiſcopis, ut probat *c. de quibusdam. 12. diſt. 38.* & prolixius iterum demonſtrat *Dn. Zigler. de Epiſc. l. 3. c. 23.* ubi inſimul *§. 12. & ſeqq.*
87 annectit triplices quondam fuiſſe ſcholas. Idem tamen haud dici poteſt de Academiis. Nam quamvis cura Academiarum ad
88 Epiſcopi officium quoque pertineat, *arg. auth. Hab. C. ne fil. pro patr.* Unde Epiſcopi ut plurimum ſolent eſſe Cancellarii Academiarum; Earundem tamen inſtitutio ab Imperatoria dependet conceſſione, juxta communem Doctorum ſententiam, quam adjuvat *Ord. Cam. p. 1. tit. 3. §.* desgleichen / hactenus ſcil. ut poteſtas conferendi gradus & honores Academicos exerceatur. Nam conſtitutio Profeſſorum & aſſignatio redituum, ſicque poteſtas publice docendi à voluntate Principum & Statuum Imperii dependet. Vid. *Joachim. Cluten. Syll. rer. quotid. tb. 21. lit. d. & e.* ubi inſimul agit de Academiis à Pontifice ex conſuetudine recepta in Germania confirmatis, atque *Schweder. in Introd. Jur. publ. part.*
88 *ſpec. ſect. 1. c. 6. n. 4.* (3) *Ad alia pia loca*, utputa Xenodochia, ubi peregrini gratis ſuſcipiuntur, Noſocomia, ubi ægroti curantur à parabolanis, ad ægrotantium curam conſtitutis, Brephotrophia, ubi infantes aluntur & nutriuntur, Procotrophia, in quibus mendici & pauperes ſuſtentantur, Orphanotrophia, ubi orphani aluntur, Gerentozomia, ubi ſenes pauperes & infirmi curantur, Grotonophia, ubi fœminæ debilium ſuſtentrices habitant Leproſoria, in gratiam eorum, qui morbo lepræ laborant, ſeparatim extructa, Eleemoſynarias, ſive loca ad Eleemoſynas facienda deſtinata, utputa quæ generali Hoſpitalium nomine gaudent, licet diverſis nominibus, ſecundum diverſos regionum mores, nuncupentur. Conf. *Rubr. C. de Epiſc. & Cler.* atque *Dn. Zigler. ad Lancelot. lib. 2. tit. 23. §. 1.* ubi hæc loca omnia pro piis habet. Cum locus pius dicatur, in quo pietas & pietatis opera exercentur, dum tamen illa verbo Dei non repugnent, etiamſi abſque Superioris

rioris autoritate fiat. Tandemque (4) ad *Confraternitates* pietatis vel religionis cauſa inſtitutas. Tales enim confraternitates erigere vel earundem ſtatuta confirmare nemo poteſt, inconſulto vel invito Epiſcopo ſive Ordinario, ad quem privative quoad alios hæc conceſſio ſpectat. Vid. pluribus *Barboſ. cit. c. 11. n. 1. & mult. ſeq.* nec non *n. 73. & ſeq.* 89

In Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis Scholæ, Hoſpitalia, aliaque pia loca Eccleſiis quoque accenſentur. Licet enim conſtitutio Præceptorum ab omnibus Magiſtratibus, etiam municipalibus, fieri poſſit, imo in pagis à fidelibus incolis, abſque præſcitu & conſenſu magiſtratus, ſcholæ pro pueris ac puellis ſæpius conſtituantur; Attamen cura hæc informationis & ſcholarum, ut vel inſtituantur, vel inſtitutæ conſerventur, magiſtratui Eccleſiaſtico incumbit, atque inter Jura Epiſcopalia refertur. Vid. *Ord. Eccleſ. Elect. Sax. ſub rubr.* Von Schulen und Schul-Orden. *Carpzov. lib. 1. def. Eccleſ. 9.* atque *def. Eccleſ.* 14. *n. 6.* nec non *lib. 3. def. Eccleſ. 119. n. 5.* Idem ſecundum antea dicta de cura Academiarum, Imperatoris auctoritate erectarum, dicendum eſt, ut demonſtrat *Carpzov. cit. lib. 1. def. Eccleſ. 8.* Quoad Xenodochia videmus equidem, quod in civitatibus, præcipue celebrioribus & populoſioribus autoritate Magiſtratus exſtruantur ejuſmodi ædes publicæ, ut eo melius orphanis, pupillis & minoribus infantibus expoſitis, peregrinis & pauperibus proſpiciatur; Ad curam tamen Epiſcopalem quin Hoſpitalia & ſimilia pia loca, ut ædificentur, exſtructa conſerventur, & proventus eorum non diminuantur, pertineant, omni caret dubio. Hinc non ſolum inſpectio Hoſpitalium aliorumque piorum locorum pertinet ad Jura Epiſcopalia, ſed etiam adminiſtratores Hoſpitalium, utputa Xenodochi, Brephotrophi, Ptochotrophi, aliique, qui ſecundariis accenſentur miniſtris Eccleſiæ, jurisdictioni Eccleſiaſticæ ſubſunt. Vid. *art. Gen. Elector. Saxon. 33.* Von Hoſpitalen / *Carpz. lib. 1. def. Eccleſ. 92. n. 5. & 6. Weber. de Jur. Conſiſt. c. 27. ſect. 28. Brunnem. Jur. Eccl. lib. 1. c. 6. membr. 12. §. 19.* atq; *Dn. Schilter. Inſt. Jur. Can. lib. 1. tit. 10. §. 7. & 9.* De monaſteriis quid ſtatuant Proteſtantium Eccleſiæ, in ſubſequentibus demonſtrabimus. 90 91

Ordinis porro Epiſcopalis (11) eſt *Benedictio Abbatum, Abbatiſſarum, ſacrarum virginum & populi*, circa quam jam antea monui- 92

mus, quod ſit conſecrationis cujusdam genus, ita quidem, ut conſecratio benedictionem contineat, non vice verſa benedictio conſecrationem, cum benedictio non tantum ad perſonas & res pertineat, verum etiam ad hominum actiones, earumque futuros eventus. Alias differentias exhibet *Barboſ. lib. 2. jur. Eccleſ.*
93 *c. 3. n. 53.* Eſt autem benedictio alia *privata*, alia *publica*. *Privata* dicitur, quæ à quolibet fideli erga alterum peragitur; cujus varia paſſim in ſacris veſtigia occurrunt. *Publica* verò deſcribitur à *Laymann. Theol. Moral. lib. 5. tract. 9. cap. 13. n. 3.* quod per ritus ſeu formulas orationum à miniſtris Eccleſiæ, ex ejusdem inſtitutione fiat ſuper perſonis, aut aliis rebus, ad impetrandum hominibus divinæ gratiæ auxilium, liberationem à malo Dæmone, peccatorum remiſſionem & alia dona; Ipſe tamen *Laymann. cit. loc.* confitetur, quod de ejusmodi effectibus nullam Dei ſpecialem promisſionem habeamus. Hæc benedictio publica iterum fit vel cum unctione, ſicque eſt realis, vel ſine unctione, atque dicitur verbalis, ita tamen, ut porro alia ſit rerum, de qua jam antea diximus, & quidem variarum, ut conſtat ex *Barboſ. lib. 3. jur. Eccleſ. c. 3. n. 63.* alia verò perſonarum, e. g. Abbatum, Abbatiſſa-
94 rum, virginum, populi, ſponſorum &c. *Laymann. cit. c. 12.* Benedictio Abbatum & Abbatiſſarum peragitur ab Epiſcopo poſt eorum, earundemque electionem & confirmationem, monialium vero ita, ut ipſis inſimul tradatur velum conſecrationis. Vid. *c. de votis. 11. cauſ. 20. quæſt. 1. cap. 1. §. 1. de ſupplend. neglig. Prælat.* de quo ſacro velamine, quod jam à multis ſeculis virginibus impoſitum fuit, ejusque ritu, & an in viduis quoque velandi obtinuerit conſuetudo, videri poteſt *Dn. Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 9. §. 6. & ſeq.* ubi inſimul §. 7. demonſtrat, quod ad Epiſcopos jus velandi pertineat quidem, ita tamen ut ſi à presbytero velata ſit virgo, actus propterea non reddatur invalidus, quod variis Conci-
95 liorum locis comprobat. Peragitur autem hæc benedictio Abbatum ad Epiſcopo, duobus aſſiſtentibus Abbatibus. *Laymann. cit. c. 13. §. un. n. 17.* Non tamen eſt de ſubſtantia officii Abbatialis, ſed tantum accidens. Quapropter ſi Epiſcopus, tertia vice cum devotione requiſitus, benedictionem ſine rationabili cauſa denegaverit, vel abſens fuerit, Abbas omnia ad ſuum officium pertinentia peragere poteſt, per *d. c. 1. de ſupplend. negl. Pral.* perinde ac ſi eſſet

Digitized by Google

ſi eſſet benedictus. Sicut etiam non omnes Abbates & Abbatiſſæ hac benedictione opus habent, ſed ſolum tunc, ſi in monaſteriis benedicendi conſuetudo recepta ſit, *c. 1. diſt. 69.* quo caſu intra annum benedictionem ab Epiſcopo ſuſcipere debent, alias jure ſuo excidunt. Vid. *c. cum contingat. 11. X. de ætat. & qual. præfic. Clem. ult. de Stat. monach.* Propterea autem Abbatiſſis quoque dari poteſt benedictio, quod non inprimat characterem Ordinis, ut conſecratio, ſed ſit tantum manuum impoſitio deprecatoria, ut loquitur *Engel. in Colleg. Jur. Canon. lib. 1. tit. de Elect. n. 58.* ſive oratio Epiſcopi ſuper Abbatem, arg. *verborum Auguſtin. apud Gratian. in c. manus. 74. c. 1. q. 1.* Ob hanc cauſam vero hæc benedictio in Abbatibus recepta eſt, quod in honore proximè ad Epiſcopos accedant, & quædam etiam de Epiſcopalibus inſignibus & officiis participent. Tribuit enim Abbatibus jus conferendi ordines minores, per *d. c. cum contingat. 11. X. de ætat. & qual. præf. & Clem. ult. de ſtat. Monach.* Vid. *Barboſ. de off. & pot. Epiſc. p. 2. alleg. 27. n. 51. & ſeq. Laym. cit. c. 13. §. un. per tot. Engel. d. tit. n. 58.* atque *Gonzal. Tellez. ad c. 1. de ſupplend. neglig. Prælat.* qui omnes hanc benedictionem fuſius explicant. *Benedictio* populi minus ſolennis ſive *ſimplex* peragitur à 97
Presbyteris in fine miſſæ, non tamen Epiſcopo præſente ſine ipſius conſenſu. *c. cum celebrandas. 65. de conſecrat. diſt. 1.* *Solennis* verò inſtituitur ab Epiſcopis poſt Dominicam orationem ante communionem, atque ſpecialis & propria eſt Epiſcoporum, quam ſolenni quodam ritu peragunt. Imo cum magnam vim ineſſe benedictionibus ſemper crediderint homines, maxime ſi provenirent ab illis, qui cultui divino præfecti eſſent, hinc ulterius factum, ut occurrentibus Epiſcopis caput ſubmitterent Chriſtiani, eum in finem, ut ab iis benedictionem acciperent, de quo more ſubmittendi caput ad benedictionem accipiendam plura vid. *apud Dn. Zigler. de Epiſcop. lib. 3. c. ult. §. 9. & ult.* Num verò Epiſcopus 98
extra ſuam diœceſin ſolennem quoque inſtituere poſſit benedictionem? fluctuant Canoniſtæ, dum alii hoc negant, propterea quod benedictio competat Epiſcopo ratione dignitatis & juriſdictionis, alii contra affirmant, cum ſit potius Ordinis quam juriſdictionis, alii verò has ſententias ita temperant, ut haud peccare dicant Epiſcopum, qui, tranſiens per alienam diœceſin, à perſonis devotis rogatus, illis ſine ſolennitate benedicit. Vid. *Barboſ. de off.*

& pot.

& pot. Epiſcop. p. 2. alleg. 27. n. 63. & ſeq. Reliquas benedictiones, quæ Epiſcopo neque jure, neque conſuetudine reſervatæ ſunt, à presbyteris fieri poſſe, teſtis eſt *Laymann. cit. lib. 5. tr. 9. c. 13. n. 11.*

99 Eccleſiæ Auguſtanæ quid de votis monaſticis ſtatuant, ex *Auguſtan. Confeſſ. art. 6.* liquet. Et cum partim impoſſibilia, partim etiam nullibi in ſacris præcepta videant, pro cultu electitio non probato habent. Inde eſt, quod nec Monachos ratione iſtorum votorum agnoſcant, aut agnoſcere velint, teſte *Dn. Zigler. ad Lancell. lib. 1. Inſt. Jur. Can. tit. 19. §. 8. verb. ad monachalem &c.* ſed monaſteriorum loco ſcholas & noſocomia ſurrogarint. Vid. *Carpzov. lib. 2. def. Eccleſ. 332. n. 14. & 15.* Ex quibus ſat abunde conſtat, quod ritum quoque benedictionis Abbatum, Abbatiſſarum & virginum non receperint, præprimis cum hoc jus Epiſcopis, non tam ex Apoſtolico, quam Eccleſiaſtico potius inſtituto hactenus competierit, ut oſtendit *Blondell. in Apolog. de Epiſc. & presbyt. alle-*
100 *gat. à Dn. Zigler. ad Lancelot. lib. 2. Inſt. Jur. Can. tit. 20. n. ult.* Non rejiciunt quidem illa monaſteria, in quibus monachi vel moniales votis religioſis non adſtringuntur, ſed more Clericorum ſecularium vivunt, ut ex iis iterum abire, ad officia ſecularia aſpirare, vel etiam connubia celebrare poſſint, quæ Catholicorum Abbatiis & Prioratibus quibusdam ſecularibus æquiparantur, German. denen Weltlichen Stifftern; Benedictionem tamen ſolennem æque, ac velum ſacrum ignorant, ſed Abbates & Abbatiſſæ, monachi ac moniales ſolenni ſolum ritu, pro diverſitate locorum recepto, inaugurantur, atque vel in monaſterium introducuntur, vel etiam ad inſpectionem monaſteriorum conſtituuntur.
101 Cœteroquin benedictiones populi non negligunt. Eſt enim benedicendi ritus in Eccleſia Chriſtiana antiquiſſimus, & non ſolum ex Judæorum ſolennitatibus receptus, ſed etiam à Deo ipſo in Vet. Teſtam. præſcriptus *Num. 6. v. 24.* ita quidem, ut ad populum fieret in concione ſublatis manibus, ritu in populo Iſraëlitico uſitato, per *text. Lev. 9. v. 22.* quæ elevatio manus in locum impoſitionis ſucceſſive videtur, ut, ubi ſingulis manus imponi non poſſent, extenſio manuum fieret. Neutiquam tamen benedictioni ſoli effectus, quos recenſet *Laymann. cit. c. 13.* adſcribuntur; Nec illa Epiſcopis duntaxat reſervatur, sed in ædibus ſacris & congregationibus ad cultum divinum inſtitutis à miniſtris Eccleſiæ,

cleſiæ, adhibitis piis precibus, ut plurimum poſt ſacra finita, peragitur. Nec enim dubitat *Dn. Ziegler. cit. c. 34.* formulam benedicendi, *Num. 6. v. 24.* præſcriptam, tunc maximè adhibitam fuiſſe, quando peracta fuerunt ſacra, ut jam dimittendus eſſet populus. Denique (12) Ordinis Epiſcopalis eſſe dicitur *Jus condendi Statuta* atque *Ordinationes Eccleſiaſticas*, ad εὐσχημοσύνην & εὐταξίαν in Eccleſia conſervandam facientes. Nam cum Epiſco- 102

pus cum presbyteris ſuis corpus aliquod & collegium conſtituat, præſertim ſi in Synodo congregati fuerint, ipſis nullatenus denegari poteſt talis poteſtas, quæ corporibus & collegiis licitis alioquin conceditur, atque penes JCtos in confeſſo eſt, propter *l. 1. §. 1. ff. quod cujusc. univ. nom. & l. ult. ff. de corp. & colleg.* modo juri communi non derogent. Hoc unicum enim ſi obſervatur, nulla opus eſt jurisdictione, per *d. l. fin. ff. de corp.* quam ob cauſam ordinis potius, quam jurisdictionis dici poteſt hæc poteſtas condendi Statuta Eccleſiaſtica, non quidem omnia omnino, ſed quæ liturgiæ & altari inſerviunt; quamvis eo reſpectu, quatenus diſciplinam Eccleſiaſticam reſpiciunt, non incongruè jurisdictionis Epiſcopalis præ ſe ferre videantur notam. Conduntur autem 103

in congregatis ſynodis cujusque diœceſeos Epiſcopalis, convocatis ad Synodum presbyteris, ut cum illis deliberationes inſtituantur de cujuslibet Eccleſiæ ſtatu, Parochianorum moribus, aliisque quæ Eccleſiis ſalutaria & proficua deprehenſa fuerint. Hæcque ſtatuta jam ante plura ſecula comprobavit *Concil. Antiſiodorenſe*, in cujus *can. ult.* vocantur definitiones, ex autoritate canonica communi conſenſu & conniventia Epiſcopi, Abbatum & Presbyterorum, conſcripta. Vid. *Dn. Zigler. de Epiſcop. lib. 3. cap. 19. per tot.* Quapropter edicta & ſtatuta, in ſynodo diœceſana cum conſenſu Capituli facta, perpetua, alia verò placita, extra ſynodum ab Epiſcopo propoſita, temporanea eſſe, illiusque obitu expirare, tradit *Barboſ. de off. & pot. Epiſcop. p. 3. alleg. 93. n. 23. & ſeq.* ubi hanc materiam latius tractat, atque ſtatuendi poteſtatem Epiſcopis ita concedit, ut non poſſint quidem contra ſacros Canones, præter illos tamen ſtatuere. Confer. *c. inſtitutionis. 7. c. 25. q. 2. c. 1. de conſecr. diſt. 3. c. ſi quis, 2. X. de major. & obed. c. ult. de conſtit. in 6. cum Aut. à. Barboſ. cit. loc. adductis.*

104 Eodem modo Principes & Status Evangelici, Jura Epiſcopalia exercentes, ad ordinem in Eccleſia conſervandum, hactenus promulgarunt *Agenda Eccleſiaſtica*, vulgò Kirchen-Agenden/ atque *Ordinationes Eccleſiaſticas*, Kirchen-Ordnungen/ quæ ex mente *Weber. de jur. Conſiſt. c. 46.* inter ſe ita differunt, quod Agenda Eccleſiaſtica inſerviant altari & liturgiæ, inſimulque formam præſtandi cultus divini præſcribant; Hæ verò de iis diſponant, quæ & bo-
105 num ordinem, qui Deo gratus eſt, in Eccleſia tuentur. Cæteroquin ad Ordinationem Eccleſiaſticam, ut Eccleſiæ proficua eſſe dicatur, ad ductum *Ordin. Eccleſ. Argent.* quam *jur. ſuo Eccleſ. part. 3. n. 1.* inſeruit, *Dn. Fritſch. in Supplem. Speidel. Beſold. verb.* Kirchen-*Agenda* tria requirit, inſimulque haud immeritò optandum eſſe docet, ut inter varia, quæ in Eccleſiis Evangelicorum extant, Agenda major conformitas ad ædificationem Eccleſiæ reperiatur, quam & Nos vovemus. Tandem ex hactenus dictis facilè colligi poſſe cenſemus negotia, quæ à Nobis omiſſa cæteroquin Ordinis Epiſcopalis eſſe posſint. Finem ergo *huic Cap.* cum ſerio Nominis Divinini cultu, & humillima gratiarum actione pro infinitis beneficiis, imponimus.

CAPUT X.

De L. Diœceſana,

Summaria.

1. Continuatio ad L. Diœceſanam.
2. & 3. Quid nomine ipſius intelligatur.
4. Diœceſeos nomine quid veniat, & quotuplex ſit.
5. L. diœceſana ſumitur vel latè, vel ſtrictè.
6. & 7. Strictè ſumta quomodo differat ab Ordine & Juriſdictione, demonſtratur.
8. & 9. (1) *L. Diœceſana* ſunt *Canonica obedientia, ſubjectio & reverentia*, quæ alioquin differunt, ſed hic pro ſynonymis habentur.
10. Debentur Epiſcopo à Clericis & laicis.
11. A Clericis indiſtinctè, à laicis quoad cauſas Eccleſiaſticas,

12. Etiam

12. Etiam in terris Proteſtantium.
13. Epiſcopus tamen ſine venia in jus vocari poteſt, præprimis de Jure Canonico & hodierno.
14. (2) *L. Diœceſana* eſt *jus Epiſcoporum in bona Eccleſiaſtica.*
15. Demonſtratur, quid circa hanc bonorum curam Eccleſiæ utilius fuerit.
16. Ex hoc jure fluit *primo* Oeconomorum conſtitutio, quorum officium recenſetur,
17. Inſimulque, an Clerici an laici Oeconomi eſſe poſſint.
18. Quod de Oeconomis eſt dictum, pertinet ad Gaſtaldos, Majores domus & Vice-dominos.
19. *Secundo* proviſio, ut rerum Eccleſiaſticarum inventarium conficiatur, atque exactio rationum.
20. *Tertio* diſpoſitio circa contractus Eccleſiæ, quorum antiquiſſimus eſt precariæ ſive præſtariæ.
21. Conſtituitur in bonis Eccleſiæ, etiam quandoq; Principibus.
22. Origo ipſius deſcribitur cum variante natura.
23. Deſcriptio Frantzk. vix omnes hujus contractus variationes exponit, cum & inveniantur precariæ regiæ.
24. *Quarto* facultas conſentiendi in alienationem rerum Eccleſiaſticarum, ubi quid alienationis nomine intelligant jura,
25. & 26. Et quod requirant ad hanc alienationem juſtas cauſas & ſolennitates, quæ recenſentur.
27. In *c. un. Extrav. Comm.* requiritur quoque conſenſus Pontificis, quod tamen in Germania non obſervatur.
28. *Quinto* poteſtas vindicandi illicite alienata.
29. *Sexto* jus concedendi Secularisationem, quæ vel abuſive, vel proprie ſumitur.
30. Jura eandem permittunt in rebus Eccleſiaſticis, non in ſacris & conſecratis.
31. Eccleſiæ quandoque deſtrui poſſunt, erecta in iſto loco cruce.
32. & 33. Jus Epiſcopale *circa bona Eccleſiaſtica* ad Eccleſias Evangelicas & in genere & in ſpecie applicatur quoad *conſtitutionem Oeconomorum.*
34. De quorum inventario, ſæpius duplici, agitur.
35. & 36. Porro *quoad diſpoſitionem circa contractus & alienationem* rerum Eccleſiæ,

Digitized by Google

juxta requiſita Canonum, accedente tamen quandoque conſenſu Patroni.

37. Requiſitis his deficientibus alienatio eſt nulla.

38. Tandem *Seculariſatio* in Imperio fit ab Imperatore & omnibus Statibus Imperii, in ſingulis vero provinciis à Dominis territorii.

39. Juſta interveniente cauſa.

40. & 41. (3) *L. Diœceſana eſt Religioſarum domum proviſio*, indeque dependens inſpectio in præfectos & Clericos.

42. Monaſteria tamen ab hac L. Diœceſana exemta ſunt.

43. Hæc proviſio & inſpectio etjam in terris Proteſtantium locum habet.

44. & 45. (4) *L. Diœceſana* in utroque & Catholicorum & Proteſtantium foro eſt *Cura miſerabilium perſonarum*, ubi, quæ tales ſint.

46. (5) *L. Diœceſana eſt Jus circa ſcholas*, quæ olim fuerunt in triplici differentia;

47. Poſteriores ex privatis ſunt factæ publicæ, quibus præfuit Magiſter ſcholæ, unde adhuc hodie inter Canonicos Scholaſtici invenitur titulus.

48. Illis ſucceſſerunt Academiæ ſive Univerſitates, quarum Cancellarii fuerunt Epiſcopi.

49. Unde (6) *L. Diœceſanæ* adſcribitur *poteſtas creandi Doctores & Magiſtros*, ob rationem adjunctam.

50. Jus Cancellariatus, Epiſcopis in Academiis competens, per exempla demonſtratur, adjecta tamen declaratione.

51. Ratio cur Cleris hæc dignitas præ cæteris ceſſerit.

52. & 53. In terris quoque Proteſtantium Cura ſcholarum & Academiarum ad Jura Epiſcopalia refertur.

54. Circa Cancellariatus tamen functionem uſus variat.

55. (7) *L. Diœceſana* eſt *Jus convocandi Synodos*, ſive Concilia Epiſcopalia.

56. De ſtatu Conciliorum in primitiva Eccleſia ſub Ethnicis Imperatoribus.

57. Poſtmodum Imperatorum Chriſtianorum expreſſo & tacito conſenſu Concilia convocata ſunt.

58. Sed tandem uſurpatione hæc poteſtas ceſſit Pontifici atq; Epiſcopis.

59. & 60. Diſtinctio Conciliorum, quæ ratione Epiſcoporum convocantium intercedit, latius proponitur.

61. Epi-

61. Epiſcopalia inſtituit Epiſcopus, convocando Clericos ſuæ diœceſeos.

62. Ob cauſas Synodales, ubi, quæ tales ſint.

63. Olim bina vice in anno, hodie ſemel.

64. De modo celebrandi hæc Concilia, ubi ſub fin. quod ob rationem propoſitam hodie rariora ſint.

65. Synodorum convocationi quoad *L. Diœceſanam* (8) ſubjungitur *exactio Cathedratici*, ubi unde dicatur.

66. Demonſtratur, quod ſolvatur quoque Epiſcopo non viſitandi.

67. Alias vocatur Synodaticum.

68. Quantitas ejus eſt duorum ſolidorum, ubi, quid per eos intelligamus, ex uſu præprimis Eccleſiarum cognoſcendum.

69. Aliud tamen ab hoc Cathedratico eſt illud, quos alias vocatur Inthroniſticum, ubi quid ſit.

70. Synodaticum non eſt ſublatum per *Concil. Trident.* in ejusdem tamen ſolutione uſus Eccleſiarum inſpiciendus eſt.

71. Ex hypotheſi Eccleſiarum Evangelicarum quomodo Concilia Oecumenica convocari poſſint.

72. In Imperio hoc jus eſt Imperatoris & Statuum Imperii.

73. Jus convocandi Synodos provinciales & Epiſcopales vulgo adſcribitur Superioribus, tanquam Epiſcopis, quod non admittit *Stryck.*

74. Pro re nata inſtituuntur.

75. Superintendentes tamen ſingulis annis Clericos ſuæ diœceſeos convocare tenentur.

76. In locum Synodatici ſucceſſit in E. P. pecunia quotannis in ærarium fraternitatis, Wittben Fiſcum, conferenda.

77. (9) *L. Diœceſana* eſt *Jus viſitandi*, ubi de varia Viſitationum diviſione.

78. & 79. Jus hoc viſitandi competit omnibus, qui loco Epiſcoporum habentur, qui vel per ſe, vel per alios id peragunt.

80. Viſitatio inſtituitur tum propter res;

81. Tum etiam propter perſonas.

82. Quando & quomodo ſit inſtituenda viſitatio.

83. Reliqua ad viſitationem pertinentia relative adjiciuntur.

84. Propter viſitationem debetur *Procuratio*, alias *Circada* dicta, quæ viſitationi

 (10) in

Digitized by Google

(10) in *L. Diœceſana* ſubjicitur.

85. Debetur Epiſcopo ab omnibus Eccleſiis, ubi de exceptis.

86. Toties, quoties viſitatio inſtituitur.

87. & 88. Moderata Procurationis quantitas eſſe debet in victualibus conſiſtens.

89. In Eccleſiis Evangelicis Viſitatio competit Principibus atque Superioribus.

90. Qui illam peragunt per certos Viſitatores.

91. Vel ſemel, vel bis in anno, vel quoties neceſſaria eſt.

92. & 93. Prævia citatione quomodo Viſitatio inſtituatur.

94. Sumtus & procurationes etiam præſtantur ab Eccleſiis.

95. In ſubſidium Viſitationis Paſtores per vices ad conciones coram Superioribus adſtringuntur.

96. (11) *L. Diœceſana* adſcribuntur *reditus Epiſcopales*, interque eos (1) *quarta Decimationum*, ubi quod decimæ & aliæ præſtationes, Parochis debitæ, pertineant ad Ordinem.

97. Circa illas tamen, de quarum diviſione relative agitur, Jus Diœceſanum, in quartæ iſtius perceptione conſiſtens, introductum eſt.

98. Non ad exemplum portionis Aaroni debitæ,

99. Sed ex alia cauſa hæc quarta introducta eſt, quæ deducitur.

100. A quibus debeatur, ubi, quod in ea hodie uſus Eccleſiarum inſpiciendus ſit.

101. Eccleſiæ Evangelicæ, decimis ſæpius immutatis, hanc quartam ignorant.

102. (2) *Portio Canonica Epiſcopalis*, cum qua convenit Hiſpanorum *luctuoſa*.

103. Cur hæc portio dicatur Canonica ac Epiſcopalis.

104. Debetur hæc portio ex *mortuariis*, ubi, quod ſint legata Eccleſiis relicta, & quænam excipiantur.

105. Quantitas regulariter eſt quarta pars.

106. In Catholicis tamen & multo magis in Evangelicis Eccleſiis in uſu eſſe deſiit.

107. & 108. Ab hac diverſa eſt *portio Canonica Parochialis*, aliâs quarta funeralium dicta, atque certa ratione in *Concil. Trident.* approbata, ubi incidenter, quid ſit *mare magnum*.

109. Et hæc quarta in Eccleſiis Evangelicis ceſſat, ubi de legato ad ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiæ.

110. Eligens tamen ſepulturam

extra Parochiam jura Stolæ conſueta præſtare debet.

111. (3) *Chariſterium* ſibi *charitativum Subſidium*, quod tamen contra ſuam denominationem etiam ab invitis extorquetur.

112. Quinam hoc ſubſidium exigere poſſint.

113. & ſeq. A quibus exigi poſſit, vel non, hoc ſubſidium charitativum.

116. Debet eſſe moderatum, & exigi ex juſta cauſa, quarum variæ recenſentur.

117. Plures Canoniſtæ recenſet cauſas, quæ tamen ad neceſſitatem haud referri poſſunt:

118. Sæpius quoque exigi poteſt, pro fructuũ tamen quantitate.

119. In terris Catholicorum adhuc hodie exigitur; in terris Proteſtantium verò Epiſcopis non conceſſum eſt.

120. Relative additur, quæ ab aliis adhuc L. Diœceſanæ adſcribantur.

FUnctiones ad *Ordinem Epiſcopalem* pertinentes nunc, quæ *L.* 1
Diœceſana eſſe perhibentur, vel ipſa diviſione *Juris Epiſcopalis* ſuadente, excipiunt. *Legis* hujus *Diœceſanæ* non ſolum *Honor. III. Pontifex, in c. dilectus. 18.* ✠. *de Off. jud. ordinar.* ſed etiam Patres *Concilii Ilerdenſis* bina vice mentionem fecerunt, quorum verba refert *Grat. in Can. 1. cauſ. 10. q. 1.* atque *in c. cum*
pro utilitate 34. cauſ. 16. q. 1. Sed quid Legis nomen cit. textibus 2
veniat aut deſignetur, nec *Gloſſa* nec alii, quos hanc in rem evolvimus, Juris Canonici declarant Interpretes. Unicus *Gonzal. Tellez. ad d. c. 18. n. ult.* legem in præſenti accipiendam eſſe cenſet pro ratione, ut adeo ex L. Diœceſana dicantur eſſe Epiſcoporum, quæ ad eos ratione diœceſeos ſpectant, cum ad Epiſcopos nonnulla pertineant eatenus, quatenus ſunt Epiſcopi, nonnulla vero propterea, quia habent diœceſin, quæ ex L. diœceſana, id eſt,
ratione diœceſeos deberi dicuntur. Hac in explicatione ipſi equi- 3
dem non refragamur, poſſumus tamen, ſalva Juris analogia, legem quoque perinde ac jus, pro poteſtate ac facultate accipere, quam quis in relatione ad certam perſonam, vel rem, à jure & lege tributam habet, juxta quam quis dicitur ſui vel alieni juris *in pr. Inſt. de his, qui ſui vel alien. jur.* atque habere teſtamenti factionem *in pr. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* vid. *Dn. Maurit. de*

de Princ. jur. publ. c. 1. n. 4. ut ita per L. Diœceſanam intelligamus
poteſtatem & jura; quæ ob diœceſin Epiſcopus exercet. Quapropter in ſimili poteſtatem jurisdictionis conſtituit *Azor. p. 2. Inſt. moral. l. 3. c. 31. q. 1. in pr.* Atque hæc ipſa L. Diœceſana Jus
4 Diœceſanum vocatur paſſim ab Interpretibus. *Diœceſeos* nomine quod diſtrictum exercitio juris Epiſcopalis præfinitum intelligamus, *diviſionemque* in *generalem*, quam Epiſcopi in terris Eccleſiæ, & *ſpecialem*, quam in territoriis Dominorum ſecularium habent,
5 jam antea in *c. 6. num. 9. & ſeq.* explicavimus. Nihil amplius ergo in declaratione terminorum reſtat, quam ut hoc ſolum moneamus, quod *L. Diœceſana* vel *late*, pro tota jurisdictione Epiſcopali, accipiatur, ut in *c. auditis. 3. X. de Reſtit. in integr.* ubi vid. *Panormitan. n. 1. in fin.* atque *c. auditis, 15. X. de Præſcript. Wagnereck. ad d. cap. 3. verſ. reliqua.* vel *ſtricte*, ut hoc loco, quatenus Ju-
6 risdictioni iſti contradiſtinguitur, ab eaque ſeparatur. Quomodo vero hoc fiat *in cap. 7. à num. 22. usq; ad 29.* prolixius deduximus, ex quibus omnibus tamen patebit, quod in genuina differentia aſſignanda, propter diverſiſſimas Canoniſtarum ſententias in maxima verſemur incertitudine. Aſt, quia hæc magiſtralis diſtinctio Juris Epiſcopalis in diverſa L. Diœceſanæ & Jurisdictionis capita adeo invaluit, ut ubique in Scholis, etiam Eccleſiarum Evangelicarum, recepta ſit; exemplis, quænam poteſtates hujus Diœceſanæ Legis eſſe videantur, declarabimus, non repugnaturi tamen, ſi quis certa ratione unum vel alterum exemplum etiam
7 ad jurisdictionem Epiſcopalem referre velit. Ante omnia ergo, ſicut ad *Ordinem* ſummatim referuntur, quæ miniſterium ipſum, miniſtrorum Dei & templorum; locorum ſacrorum & religioſorum conſtitutionem immediate concernunt; Ita quoque ad *L. Diœceſanam* ſpectare videntur, quæ ad inſpectionem & adminiſtrationem diœceſeos pertinent, quæque ex illis, quæ Ordinis eſſe dicuntur, defluunt, ſimulque ad curam Epiſcopi, quoad perſonas & bona Clericorum, pertinent, ſine omni Jurisdictionis nota. Et eatenus non immerito ſuffragamur *Sithm. de Jur. Epiſc. c. 12. n. 1.* Quod vero Canonicam obedientiam non ad jus, ſed ad effectum Epiſcopi conſtituti referat, in eo noſtrum haud promereri poteſt calculum. Nam omnes functiones Epiſcopales legitime conſtitutum Epiſcopum, tanquam effectus ſuam cauſam, comitantur.

Proin-

Digitized by Google

Proinde cum communi potius Canoniſtarum Schola (1) *L. Diœceſana eſſe* dicimus, quamvis & ſuo modo ad Juriſdictionem Epiſcopalem & dignitatis ſtatum pertineat, *Canonicam obedientiam*, quæ conſiſtit in obſervandis Epiſcopi monitis & mandatis, *c. dilecta, 12.* ✠. *de Maj. & obed.* nec non *ſubjectionem* ſcil. in ſpiritualibus, *juxta Innoc. ad c. conquerente. 16.* ✠. *de Off. jud. ordin. n. 3. in verb. ſubjectionem*, ex qua fluit *reverentia*, quæ conſiſtit in honore, qui Epiſcopo in aſſurgendo, caput inclinando, genu flectendo, ſimilique modo exhibendus &c. Hæcque tria, quæ in *cit. c. conquerente. 16.* ✠. *de Off. jud. ordin.* ſeparatim recenſentur, adeoque pro ſeparatis habentur *à Fagnan. ad. d. c. n. 12. & ſeq.* non inique conjungimus, cum unum ex altero profluat. *Proſper.* quidem *Fagn.* 9
ad c. his quæ. 11. ✠. *de Maj. & obed. n. 8.* inter *obedientiam*, tanquam in extra judicialibus in Synodo præſtandam, tandemque *honorificentiam* ulterius diſtinguit, hancque poſteriorem in verbis quoque conſiſtere dicit, ſed ipſe fatetur, quod ſynonyma ſint, & majoris ſolum declarationis gratia *in d. cap. 11.* ✠. *de Maj. & obed.* propoſita inveniantur. Hanc ergo obedientiam, ſubjectionem 10
& reverentiam omnes in diœceſi Epiſcopo, tanquam reverendiſſimo, prout *in. c. 1. d. 23.* vocatur, præſtare debent, ſive ſint clerici, ſive etiam laici, cujuscunque conditionis, adeoque etiam Principes. *c. omnes. 4.* ✠. *de Maj. & obed.* Quare ſi quis hanc ſubjectionem Epiſcopo denegaverit, ab Eccleſia abjiciendus, & tanquam *acephalus*, qui ſine capite vivere vult, judicandus eſt. *c. nulla. 8. diſt. 93.* Atque ad hanc ipſam obedientiam per Eccleſiaſticam cenſuram, ſicque etiam per excommunicationem & bannum, ut extorres à Deo ſint & conſortio fidelium, per *c. ſi autem. 11. c. 11. q. 2.* & tradita *Weber. de jur. Conſiſt. c. 7. ſect. 2.* compelli poſſunt diœceſani, ſecundum reſcriptum Pontificis *in c. quod ſuper. 9.* ✠. *de Maj. & obed.* ubi vid. *Wagnereck.* Hæc tamen inter cleri- 11
cos & laicos quoad hanc reverentiam & ſubjectionem, intercedit differentia; quod illam clerici quoad omnes indiſtincte cauſas, exceptis feudalibus, Epiſcopo debeant, laici vero propter cauſas ſolum Eccleſiaſticas; ſive, ut loquitur *Panormitan. ad d. c. conquerente. 16. n. 2.* in his, quæ concernunt animam, prout jam antea circa perſonas Juri Epiſcopali ſubjectas *in c. 6. n. 55.* declarationis gratia monuimus; qua ſuppoſita, Epiſcopo, ratione Ju- 12

rium Epiſcopalium, à diœceſeos ſubditis eadem, & quidem multo magis in terris Proteſtantium, debetur reverentia, quæ alioquin Principi præſtanda eſt ſeculari. Quod enim Principi territorium, id Epiſcopo diœceſis eſt, *ut arg. c. omnes baſilicæ. 10. c. 16. q. 7.* tradit *Dn. Stryck. in addit. ad Brunnem. Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 6. membr.*
13 *12. §. 3.* Unde colligunt *Dd.* atque cum illis *Laurent. Ohm. de Jur. Epiſc. th. 16. lit. E. in fin.* absq; venia in jus vocari non poſſe Epiſcopos, inſtar parentum, quod *Zaſ. ad l. generaliter. 13. ff. de in jus voc.* omnibus omnino Sacerdotibus, tanquam patribus ſpiritualibus, tribuit. Aſt cum *in cit. l. 13.* non quælibet reverentia, ſed ſpecialis, & talis ſolum veniæ impetratio expoſcatur, quæ ratione naturali ex cauſa conjunctionis aut beneficii accepti inter in jus vocantem & vocatum intercedit, *per l. 4. & ſeq. ff. & l. 2. C. de in jus voc.* ac tradita *Frantzk. ad ff. eod. tit. n. 14.* merito veniæ impetrationem in Epiſcoporum & Clericorum perſonis haud neceſſariam eſſe cenſemus, perinde ut in Domino feudi, cum hoc ſpeciale jus extendendum non ſit. Vid. *Lauterb. Concl. for. ex. 5. concl. 14.* quamvis de Jure Canonico, quo non privata, ſed judicialis cognita eſt citatio atque in jus vocatio, hæc quæſtio vix ac ne vix quidem uſum habere poſſit, niſi penes Superiorem Epiſcopi recepta ſit in jus vocatio privata, quæ adhuc hodie quibusdam in locis, permittente judice, obſervatur, ut teſtantur *Petr. Peck. de jur. ſiſtend. c. 19. n. 3. & 5. Dn. Eyben. ad Perez. C. de in jus voc. n. 3.* atque *Lauterb. in diſſert. de Nunc. c. 3. th. 8. n. 4.* (2) *L. Diœceſana* eſſe perhibetur
14 *Jus*, quod competit Epiſcopis *in bona Eccleſiaſtica*, atque in genere conſiſtit *in adminiſtratione, diſpoſitione & gubernatione rerum & bonorum Eccleſiæ*, tam mobilium, quam immobilium. Vid. *c. ſic quidam. 2. cum ſeq. 3. 5. 6. & 7. cauſ. 10. q. 1. c. Epiſcopus. 23. cum ſeq. cauſ. 12. qu. 1.* ex quibus aliisque textibus apparet, generaliter tam Eccleſias, quam res Eccleſiaſticas ad Epiſcoporum curam & poteſtatem pertinere. Equidem hac vice haud ſoliciti erimus, quando & qua ratione bona præſertim immobilia Eccleſiæ acquirere cœperint, qua de re inter alios quoque videri poteſt *Barboſ. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 30. num. 3.* qui hanc in rem tria ſeparat tempora, ſed ſolummodo adminiſtra-
15 tionem inſtitutam conſiderabimus; Attamen jamdiu obſervarunt Eruditi, longe utilius fuiſſe Eccleſiæ, ſi caruiſſet ampliſſimis iſtis patrimoniis, quibus eam eminere voluerunt Principes Chri-

ſtiani,

ſtiani, cum, ob bonorum affluentiam, luxus ſacerdotum animos affecerit, atque poſtmodum in populum promanarit; Quamvis etiam Apoſtoli munus adminiſtrationis quondam in Diaconos transtulerint, ut munere docendi eo liberius fungerentur; Epiſcopi tamen, ſicut ipſa bona Eccleſiæ, ita eorum curam libenter receperunt, imo ſibi, tanquam propriam, vindicarunt, usque dum tandem *in Concil. Antioch. Sec. IV. celebrato, c. ult.* aliisq́ ſubſequentibus *Conciliis* confirmata fuit. Ex eâque poſtmodum va- 16
ria profluxerunt jura, quorum primum eſt *Oeconomorum conſtitutio*, qui gubernent Eccleſiæ res cum arbitrio Epiſcopi. vid. *l. 33. §. 4. C. de Epiſc. & Cler.* atque *Concil. Chalced. c. 25.* quod, cum circa horum conſtitutionem variæ intervenirent corruptelæ, illis obviam ivit, atque comprobatum fuit per *Concil. Hiſpal. II. c. 9.* Vid. *Dn. Ziegl. de Epiſc. c. 28. §. 6. & 7.* Oeconomis his, qui etiam diſpenſatores pauperum dicuntur *in d. l. 33. §. 4. C. de Epiſc. & Cler.* non ſolummodo incumbit procuratio rerum Eccleſiaſticarum, *c. quoniam. 21. & ſeq. c. 16. q. 7.* Sed etiam, jura & privilegia Eccleſiæ in foro vel agendo vel excipiendo tueri, ductu ſcil. vel conſilio defenſoris Eccleſiæ, hoc eſt, Advocati & Syndici, *per d. l. 33. §. 4.* qui & apocriſiarius & reſponſalis vocatur *in Nov. 123. c. 25.* atque cum aliis oeconomo in cura rerum Eccleſiaſticarum adjunctus eſt, præſertim ubi amplum fuit patrimonium. Majores ſiquidem Eccleſiæ ſuos habuerunt oeconomos, chartularios & arcarios, qui omnes circa res Eccleſiæ conſignandas occupati fuerunt, *vid. l. 25. C. de SS. Ecclef.* inter quos tamen oeconomis præcipua fuit commiſſa cura. Vid. *Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 28. n. ult.*
Necque ſolum clerici, ſed & laici quondam oeconomi conſtituti 17
ſunt, donec *Concil. Chalced. cit. loc.* cautum fuit, ut nullus amplius, niſi ex Clero oeconomus eligeretur, hocque comprobavit *Gregor. Papa in c. indicatum. 5. diſt. 89.* atque per rationes deduxit *Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 46. n. 5.* ut ut haud ita diſtricte obſervatum fuerit, teſte *Dn. Schilt. lib. 1. Inſt. Jur. Canon. tit. 10. §. 7.* cum expediat potius, à ſtrepitu cauſarum ſervos Dei eſſe quietos, *per c. un. X. de Synd.* Add. *Gonz. Tellez. ad c. 4. X. de Off. jud. ord. num. 5.* Quod de œconomi conſtitutione dictum eſt, id, ex a- 18
nalogia Juris Canonici, ad cæteros rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratores pertinet, qui generali nomine *Procuratorum* veniunt

Hh 2 *in*

in can. Salvator. 7. c. 1. q. 3. quales, præter ſyndicos, actores, defenſores aliosque antea nominatos, ſunt *Gaſtaldi, Præpoſiti, Majores domus & Vice-domini*, quorum omnium officia explicat *Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 46. per tot.* ubi inſimul *ex can. volumus. 2. diſt. 59.* demonſtrat, Vice-domini officium eſſe, curam domus Prælati gerere, atque hoſpitibus ſupervenientibus præſto exiſtere; quamvis *ex cit. c. volumus. 2. diſt. 89.* appareat, & ipſe *Barboſ. in fin. dict. c. 46.* fateatur, quod Major domus, Præpoſitus, Vice-dominus ac Oeconomus idem ſint, per eosque intelligantur quivis, rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem habentes, quos vulgo vocamus Kaſtner / Kaſten-Vögte / Käſten-Kirchen-oder Gotteshauß-Vorſteher / Kirchen-Väter / Gotteshauß-oder Heiligen-Pfleger. Hinc & *Car. du Freſne in Gloß. ad verb. major. dom. Majores* domus non alii videntur, quam oeconomi & Vice-domini; quorum officium prolixe perſequitur *ad verb. Vice-dominus*; inſimulque demonſtrat, quod Vice-domini interdum fuerint advocati. Vult tamen poſt *Speculat. Bertrand. in repert. verb. Vice-dominus* hanc Vice-domini ab oeconomo in collegiis Canonicorum diſtinctionem invaluiſſe, ut prior res Epiſcopi, poſterior res Canonicorum curaret. *Dn. Schilt. cit. tit. 10. §. 7.*

39 Quia verò *oeconomorum, majorum domus, vice-dominorum, aliorumque adminiſtratorum Eccleſiaſticorum* eſt, de rerum Eccleſiaſticarum fideli adminiſtratione & gubernatione, nec non de fructuum diligenti exactione, diſpenſatione & conſumtione, de qua *in c. cum vos. 4. X. de Offic. jud. ordin.* Epiſcopo vel Capitulo rationem reddere, *c. judicatum. 5. diſt. 89.* quarum fundamentum & caput eſt inventarium, abs quo nec de perceptis redditibus conſtare, nec ratio per rerum naturam reddi poteſt. *Munnoz. de Eſcobar. de ratioc. c. 9. n. 2.* atque *Mont. de tutel. c. 32. reg. 9. n.* 18. Eapropter ex hac gubernatione bonorum Eccleſiaſticorum fluit quoque *ſecundo Proviſio*, ut *rerum Eccleſiaſticarum inventarium* conficiatur, atque *exactio* & repetitio *rationum ab oeconomis*, aliisque rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratoribus, *arg. c. quia. 4. & ſeq. diſt. 89. c. 1. cauſ. 10. q. 3.* atque *c. 4. X. de Offic. jud. ordin.* Quapropter *in Concil. Trident. ſeſſ. 22. de reform. c. 9.* proviſum, quod adminiſtratores omnes, tam Eccleſiaſtici, quam laici, fabricæ cujusvis Eccleſiæ, etiam cathedralis, hoſpitalis, confraternitatis, montium pietatis & quorumcunque locorum piorum ſingulis

annis teneantur reddere rationem adminiſtrationis Ordinario ſive Epiſcopo, conſuetudinibus & privilegiis quibuscunque in contrarium ſublatis, niſi ſecus in inſtitutione & ordinatione ejus loci expreſſe cautum ſit, hoc eſt, niſi in ipſa fundatione per fundatores, cum conſenſu Epiſcopi, vel alterius Superioris Eccleſiaſtici, expreſſe cautum ſit, ne adminiſtratores ſuis rationibus debeant adhibere Epiſcopum, quod propterea permiſſum eſt, ne laici retrahantur à fundationibus piorum locorum. Conſimili modo Patroni laici ad rationes à proviſor[illegible] reddendas adhibendi ſunt, ſi vel conſuetudo Eccleſiæ illud induxerit, vel etiam Patroni ſibi inſpectionem in ratiocinia fundationis tempore reſervaverint. Vid. *Panorm. ad c. 1. X. de Pact. n. 2. & ſeq.* quibus caſibus tamen, data negligentia Executorum, Epiſcopi non excluduntur, ut tradit *Barboſ. ad d. c. 9. Concil. Trident. n. 27.* qui ad uberiorem declarationem adhiberi poteſt. *Tertio* ex hoc *jure* 20
circa bona Eccleſiaſtica profluit *diſpoſitio circa contractus cum Eccleſia*, quorum antiquisſimus, qui multum emolumenti Eccleſiis contulit, eſſe perhibetur *precaria* vel *precariarum*, inde dictus, quod, qui rem Eccleſiæ utendam fruendam accipit, id precibus ab Eccleſia impetrare debeat; vel *præſtaria* ratione ſcil. Rectoris Eccleſiæ concedentis, qui leges huic præſtationi præſcribit. Hoc diſcrimen tamen non ſemper obſervatum fuit, ſed utplurimum iſta vocabula confuſa fuerunt, ut pasſim teſtantur Scriptores, perinde ut *precaria* atque *pretaria*, in ſingulari & plurali, ad quarum differentiam inter ſe invicem à precario juris civilis innuendam, alioquin *Gloſſ. in c. fin. X. de prec. Hoſtienſ. in Summ. de prec. n. 1. & 2.* atque *Gregor. Tholoſ. lib. 23. Synt. c. 2. n. 2. & ſeq.* certos annotarunt verſiculos, quorum diſtinctionem tamen nec textus Juris Canon. nec Interpretes *Wagnereck. ad c. 1. in exeg. in pr. Abbas ad d. c. 1. X. de precar. n. 1. Frantzk. de laud. c. 12. n. 1.* aliique agnoſcunt. Con- 21
ſtituitur autem in bonis Eccleſiaſticis, quamvis ſæpius, qui bona ſua donarunt Eccleſiis, hanc cautelam adhibuerint, ne unquam in precariam concederentur, neve in alios uſus, quod per precarias fieri ſolet, bona Eccleſiis donata verterentur; Sæpe tamen publicæ calamitates adegerunt Principes, ut bona Eccleſiaſtica precariæ titulo acciperent, maxime ad conſcribendum exercitum. Eſt autem hæc conventio non à Francis aut Alemannis ſolum

22 introducta, prout nonnulli cenſent, autoritate *B. Rhenan. lib. 2. Rerum German.* qui nonniſi illud aſſerit, quod cœperit primum uſurpari apud Alemannos; ſed multo antiquior, ut apparet ex Leonis conſtitutione *in l. 14. §. 5. C. de SS. Eccleſ.* quæ Clodovei baptiſmum nonnullis annis anteceſſit. Frequens poſtmodum illius fit mentio *in Concil. Agathenſ. Aurelian. I. & IV. Lugdun. II. Toletan. VI.* aliisque paſſim, cum quibus ſi conferantur, quæ in legibus Longobardorum aliarumque Gentium, Capitularibus *Carol. M.* antiquis formulis *Marculphi* aliisque inſtrumentis leguntur, tanta varietas occurrit, ut per generalem quandam deſcriptionem con-
23 tractus hujus natura vix explicari poſſit. Hinc, quamvis *Frantzk. cit. c. 12. n. 25.* talem exhibeat deſcriptionem, quod precaria ſit conceſſio uſusfructus rei immobilis, vel potius jus utendi fruendi, quod conceditur ei, qui Eccleſiæ rem ſuam donavit, aut liberis ejus in ea ſola, vel in aliis rebus Eccleſiæ, vel in tempus certum, vel in tempus vitæ donatoris, vel etiam filiorum ejus, & in perpetuum, & tam ſine, quam cum annua penſione; Dubitat tamen *Dn. Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 28.* §. 14. an omnes precariæ variationes expoſuerit, præprimis cum nulla certa regula contineatur hæc conceſſio, ſed ratione & varietate conventionis quoque variet. Hinc, etſi antiquiſſimis temporibus non niſi ab Epiſcopis, Abbatibus, aliisque Eccleſiæ Rectoribus aut etiam ab oeconomis Eccleſiæ conceſſa fuerit, per *d. l. 14. §. 5.* Invaluit tamen poſtmodum, ſeculo præcipue Carolinorum, ut Regibus etiam concedendi eſſet poteſtas, ſicque diſtingui cœperunt precariæ, ab Eccleſia conceſſæ, à precariis, quæ juſſu Principis ac Regis conſtitutæ ſunt. Vid. *Capit. Carol. M. in Synod. convent. c. 14.* juxta quam diſtinctionem exponendus eſt *can. precaria. 44. c. 12. q. 2.* ubi precarias autoritate civili & eccleſiaſtica faciendas eſſe decernitur. Plura de his precariis, earumque ab emphyteuſi differentia, cauſis, ob quas receptæ fuerunt, perſonis, quibus & à quibus conceduntur, rebus, quæ in precarias dantur, atque conditionibus, quibus transferri ſolent,
24 vid. apud *Gonzal. Tellez. ad c. 1. X. de precar. n. 4. & ſeq.* Quia vero, ut ex principiis Juris Civilis conſtat, haud pauci contractus dominii translativi ſunt, ideo jam *quarto*, ex poteſtate diſponendi circa bonorum Eccleſiaſticorum contractus, ulterius exoritur *facultas conſentiendi in alienationem rerum Eccleſiaſticarum* canonice per-

peragendam. Poſtquam enim ex hypotheſi ſequiorum temporum, quibus Eccleſiæ bona varia acquiſiverunt, plurimum intereſſe cœpit, res Eccleſiaſticas ſalvas permanere, nec imminui, non plurium tantum conſenſus, ſed & diſcuſſio cauſarum requiſita fuit. Quapropter *in Cod. Canon. Eccleſ. Afric.* conſenſus Epiſcopi & Presbyterorum, imo etiam Synodi provincialis, aut ſaltem plurium unius provinciæ Epiſcoporum neceſſarius fuit. Et quamvis ſubſequentia Concilia permutationem Epiſcopis permiſerint, rigidior tamen fuit *Imper. Leo in l. 14. pr. C. de SS. Eccleſ.* omnem omnino alienationem, & ſic etiam permutationem prohibens, etiamſi omnes clerici conſentiant, quam prohibitionem varia poſtmodum exceperunt placita *Conciliorum*, ſancita *Imperatorum*, præcipue *Juſtiniani in Novell.* atque reſcripta *Pontificum*, alienationis prohibitionem approbantium, quorum ſumma huc redit, quod nomine alienationis non ſolum late omnem actum, per quem dominium, vel aliud jus in re, utputa pignus, vel ſervitus in alterum transfertur, adeoque tum donationem & venditionem, tum etiam permutationem & emphyteuſin, precariarum, pignoris, alteriusque alicujus juris conſtitutionem intelligant, *c. 1. cauſ. 10. q. 2. c. ſine exceptione. 2. c. 62. q. 2. c. 1. X. de his, quæ fiunt à Prælat.* atque *c. nulli liceat. 5. X. de reb.* Eccleſ. *alien. vel non. Conf. l. 21. C. de SS. Eccleſ. Nov. 120.* atque *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Sed & ad 25
valorem hujus alienationis copulative requirant juſtas cauſas & certas ſolennitates. *Cauſa juſta* etſi generatim revocari posſint ad duas, videlicet *neceſſitatem & utilitatem*, quæ æquiparantur *in Clem. 1. de reb. Eccleſ. non alien.* ſpeciatim tamen duæ aliæ adduntur, *incommoditatis* ſcil. ſi res Eccleſiæ ſint inutiles aut nocivæ *in c. ut ſuper. 8. X. de reb. Eccleſ. alien. vel non.* atque *pietatis*, ad alimoniam pauperum & captivorum redemtionem, *per l. 21. C. de SS. Eccleſ.* Quapropter clinodiæ & aliæ res pretioſæ Eccleſiæ pro theſauro Chriſtiani populi, qui ingruente ſubitanea belli calamitate ad repellendum hoſtem alienari poteſt, habentur *in Receſſ. Imper. Spirenſ. de A. 1542.* §. Aber die Kirchen/ ꝛc. Kleinoder. 65. quod repetitum in *Receſſ. ſubſeq. de A. 1644.* §. Aber der Kirchen/ꝛc. 44. Solen- 26
nitates conſiſtunt in prævio tractatu & conſultatione de alienatione ejusque cauſa, in conſenſu Capituli & aliorum, ad quod res alienanda pertinet, qui omnes adhunc actum ſunt citandi, ut in congrega-

gregatione ex tribus partibus ad minimum duæ conſentiant,porro in Capitularium ſubſcriptione, tandemque in Superioris ſive Epiſcopi autoritate, de quibus requiſitis omnibus videri poſſunt *can. ſine exceptione. 52. cauſ. 12. q. 2. c. 1. 4. & 8. ✠. de his, quæ, fiunt à Prælat. c. 1. atq; c. fin. ✠. de reb. Eccleſ. alien. & c. 1. eod. in 6. Panormitan. ad c. 1. ✠. de reb. Eccleſ. alien. vel non. n. 1. Gonzal. Tellez. ad c. 5. eod. Barboſ. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 30. per tot. Wagnereck. ad Clem. ambitioſæ. de reb. Eccleſ. non alien. Engel. in Coll. Jur. Canon. ad eund. tit. n. 14.* Præterea, ſi Eccleſia cujus bona alienantur, fuerit ſubjecta juri Patronatus laicorum, eorundem quoq; conſenſum exigendum eſſe docent *Andr. ad Spec.* aliique *à Barboſ. cit. c. 30. n. 9. in fin.* allegati Dd. quorum tamen ſententiæ alii cum praxi contradicunt. *Barboſ. cit. loc.* atque *Wagnereck. ad c. un. Extrav. comm. de reb. Ec-*
27 *cleſ. alien. vel non. not. 4.* Tandem denique *in c. ambitioſæ. un. Extrav. comm. de reb. Eccleſ. non alien.* in caſu quoque licito & ſervatis ſolennitatibus, Paulus Pontifex alienationem non aliter validam eſſe cenſet, quam conſentiente Pontifice. Sed num hæc Extravagans ubique ſit recepta, valde dubium eſſe tradit *Wagnereck. ad d. c. un. verb. inconſulto Romano &c.* ubi inſimul teſtatur, multorum locorum praxin demonſtrare, validas eſſe ex juſta cauſa & ſervata ſolennitate juris communis, alienationes rerum Eccleſiaſticarum, abſque dicto conſenſu, præſertim apud Principes Germaniæ, qui propter hanc cauſam non recurrunt ad Pontificem, etſi id tutius eſſe credatur, qua occaſione de uſu hujus Extravagantis plura addit. Cæterum modum procedendi & formam in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum, & quomodo futura alienatio promulganda, auctioneſque publicæ inſtituendæ ſint, ſolide deſcripſit *Anton. Mornac. ad cit. l. 14. & auth. ſubſequent. C. de SS. Eccleſ.* ubi inſimul *cum Gloſſ. in c. ſine exceptione, 52. c. 12. q. 2.* alienationem rei ſacræ nullam atque irritam eſſe dicit, ſi forma deſit, etiamſi alioquin conſentiant Clerici, quorum intereſt. Quare refert exemplum, quo revocata fuit alienatio agri à 45. religioſis, ante quindecim annos facta, propter contradictionem unius religioſi, qui eam poſt tot annos impugnabat, & ſine cauſa cele-
28 bratam eſſe aſſerebat. Unde *quinto* naſcitur atque Epiſcopo competit *jus vindicandi ea, quæ contra præſcripta Canonum alienata ſunt, per l. 21. C. de SS. Eccl. c. Auguſtino c. 2. & c. ſi qua. 42. c. 12. q. 2.* Hæcque

que vindicatio rerum Eccleſiaſticarum illicite alienatarum, ob nullitatem alienationis, non ſolum per Capitulum aut ſucceſſorem Prælati & Epiſcopi, ſed & per ipſum Epiſcopum alienantem, aut quamcunque perſonam Eccleſiaſticam inſtitui poteſt, ſecundum *c. ſi quis. 6. in fin. X. de reb. Eccleſ. alien. &c. Engel. in Coll. Jur. Canon. eod. tit. n. 17.* hocque exemplum *à Mornac.* allegatum comprobat. Ex quibus omnibus jam patet, quam difficile ſit cum Eccleſia contrahere ſive de rebus immobilibus, ſive de mobilibus pretioſis, aliiſque, quæ ſervando ſervari poſſunt, ſive etiam de juribus, atque rebus incorporalibus, niſi ſint res mobiles, quæ ſervando ſervari nequeunt, hæ à Prælatis libere & ſine ulla ſolennitate diſtrahi poſſunt, argumento ſumto à tutoribus ex *l. 22. C. de adminiſt. tut.* Sicut &, conſuetudine paſſim docente, Prælati veteres calices atque ornamenta antiqua Eccleſiæ pro novis, æque bonis ac pretioſis, haud commutare prohibentur, teſte *Engel. cit. loc. n. 5.* Tandem denique *ſexto* ex hac poteſtate Epiſco- 29
pali circa bona Eccleſiaſtica, præcipue ex permiſſione alienationis, deſcendit *jus concedendi, ut Eccleſia earumque res ad profanos transferantur uſus.* Alienatio ſiquidem rerum Eccleſiaſticarum duplex eſt, alia, qua res unius Eccleſiæ tranſeunt ad alteram Eccleſiam, piamque cauſam, de qua *in Concil. Tolet. II. c. 3.* alia vero, qua laicis conceduntur in uſum ſecularem, quæ in ſpecie *ſecularisatio* vocatur, & dupliciter contingere poteſt, vel *abuſive, per violentiam direptionem*, occupationem & profanationem, quæ omni jure prohibita eſt, juxta *Concil. Chalced. c. 23.* ex eoque deſumtum *c. quæ ſemel. 4. c. 19. q. 3. Bracar. III. c. 2. Joel. 3. verſ. 5. & ſeq.* aut *proprie* per alienationem voluntariam ex caſu neceſſitatis, quæ de Jure Divino prohibita non eſt. Quare & Canones in rebus non 30
conſecratis mobilibus & immobilibus eandem permittunt, juxta illa, qua circa requiſita alienationis propoſuimus. Res vero ſacras & conſecratas, *immediate* ad cultum divinum pertinentes, inalienabiles eſſe voluerunt, ut nec Papæ autoritate ſecularisari, nec ad profanos uſus transferri poſſint, *per Concil. antea adduct.* quibus *conj. c. 1. cum ſeq. atq. c. non licet. 20. cauſ. 12. q. 2.* ob quam cauſam Epiſcopus non poteſt permittere, ut profanentur Eccleſiæ atque capellæ, earumque cæmenta & lapides ad uſus laicorum convertantur. Quod ſi tamen Eccleſiæ, vetuſtate vel aliàs colla-

Digitized by Google

31 pſæ, nullatenus reſtaurari poſſint, poteſt Epiſcopus permittere, ut deſtruantur, atque materialia ſuo arbitrio in alios uſus profanos, non ſordidos tamen, transferantur, erectâ cruce in loco deſtructæ Eccleſiæ. Vid. *Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reformat. c. 7.* ibique *cum alleg. Barboſ. atq; p. 3. de Off. & poteſt. Epiſcop. alleg. 64. n. 13. & ſeq.*

32 Quæ *de Jure Epiſcopali in bona Eccleſiaſtica* hactenus, tum *in genere*, tum *quoad certas functiones in ſpecie*, propoſita ſunt, etiam in *Eccleſiis Evangelicis ac terris Proteſtantium* obtinent, ita tamen, ut quædam vel ab ipſis Superioribus, jura Epiſcopalia exercentibus eorumque Conſiſtoriis, quædam vero à Superintendentibus, aliisque ſubordinatis rectoribus & inſpectoribus peragantur. Hinc non ſolum gubernationem & adminiſtrationem bonorum ac rerum Eccleſiaſticarum ad Jus Epiſcopale in genere recenſet *Carpz.*

33 *lib. 1. def. Eccleſ. 6.* Sed etiam œconomi, præfecti atque curatores Eccleſiæ, autoritate Superiorum, vel per ipſa Conſiſtoria, vel etiam per Superintendentes, conſentiente ſæpius & ſuffragante Patrono, quippe cujus intereſt, res Eccleſiæ ſartas tectas manere, prævio juramento conſtituuntur. His adminiſtratio rerum & ærarii Eccleſiaſtici committitur, reſervata tamen Parocho inſpectione, quam in rem inventarium conficere, libros rationum conſcribere, inque iis omnes reditus & accepta conſignare, tandemque quotannis rationes reddere debent, non quidem ipſi Patrono, cum ad Jus Epiſcopale ſpectent rationes redituum Eccleſiaſticorum, vulgo die Kirchen-oder Kaſten-Rechnungen, ſed Epiſcopo, præſente tamen Patrono, ut ille ſimul, qua ratione dos Eccleſiæ ſarta tecta maneat, videre poſſit. Conf. *Stehm. de Jur. Epiſc. c. 12. n. 17.* Peccant ergo Patroni & præfecti ærarii Eccleſiaſtici, qui Superintendentem excludere conantur. Vid. die Churfl. Sächſ. Kirchen-Ordnung. *art. gen. 35.* §. Und es ſoll/ꝛc. atque Synodal-general-Decret. de A. 1625. §. Damit nun aber auch/ *Finckelthuſ. de jur. Patron. c. 2. n. 25. Carpz. lib. 2. def. Eccleſ. 313. & ſeq. præſ. limit. 316. Brunnem. lib. 2. jur. Eccleſ. c. 3. n. ult.* ibique *Dn. Stryck.* atque *c. 8. ubi n. 26. vid. Dn. Stryck. in addit.*

34 Eſt autem inventarium rerum Eccleſiaſticarum quandoque unum & ſimplex, interdum vero duplex, quorum alterum continet omnes res, quacunque ratione ad Eccleſiam ſpectantes, quod non ſolum curatores Eccleſiæ conficere, ſed etiam de interitu culpoſo rerum reſpondere tenentur; alterum vero com-

plecti-

plectitur res ad ædes Parochiales deſtinatas, was den angehenden Pfarrern bey dem Pfarrhauſe geliefert wird/ quarum conſervatio ad Paſtorem ſpectat, ut ſi ejus culpa perierint, ipſius hæredes ad reſtitutionem obligentur; Eccleſiæ tamen præpoſitis hujus confectio æque, ac cura ne quicquam diminuatur, incumbit. Vid. *Carpz. lib. 1. def. Ecleſ. 157. & ſeq. & lib. 2. def.* 303. nec non *Dn. Stryck. ad Brunnem. tit. c. 3. n. ult.* Diſpoſitio porro circa contractus rerum Eccle- 35
ſiaſticarum Superioribus, jus Epiſcopale exercentibus, reſervatur. Hinc ne Clerici quidem uſum ædium Parochialium aliis elocare poſſunt, absque Conſiſtorii atque Collatoris permiſſione, ut etiam ex *Elect. Saxon. Ordin. Eccleſ.* deducit *Carpz. lib. 2. def. Eccleſ. 353. n. 13. & ſeq.* atque probat *Brunnem. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 3. §. 2.* qui poſtmodum *in cit. c. 14. & 15.* ſingularia contractuum cum Eccleſia celebratorum, tum in genere, tum etiam in ſpecie quoad omnes contractus, ſolide proponit. Præterea, ſine decreto & conſenſu Magi- 36
ſtratus Eccleſiaſtici, ſive Conſiſtorii, haud alienari debent bona Eccleſiaſtica. Quapropter ad alienationem hanc æque, ac de jure Canonico, juſta cauſa ejusq; tractatus, an alienatio expediat, conſenſus Capituli, ubi bona Eccleſiaſtica ad Capitula & Collegia Canonicorum pertinent; (quod tamen his deficientibus ad integrum miniſterium extendi nequit, quia Epiſcopum pariter & Capitulum repræſentat Conſiſtorium,) tandemque in quibusdam locis conſenſus Patroni requiritur. Quamvis enim adminiſtratio bonorum Eccleſiæ ad Epiſcopos hodieque ad Principes, qui illos repræſentant, pertineat; uſu tamen Patroni ſibi quoque aſſerere cœperunt jus adminiſtrandi bona Eccleſiaſtica, quod, ſi immemoriali præſcriptione, vel ſpeciali Eccleſiaſtica conſtitutione id obtinuerint, merito exercent, ut tamen Superiori ſalva ſemper maneat inſpectio. *Brunnem. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 6. m. 12. §. 10.* De omnibus hisce requiſitis videri poſſunt *Carpzov. lib. 2. def. Eccleſ. 300. & ſeq.* atque *Brunem. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 3. §. 3.* ibique *Dn. Stryck. in not.* Hæcque in omni omnino alienatione, adeoque etiam in permutatione, emphyteuſi, quinimò in locatione quoque bonorum Eccleſiaſticorum intervenire debent, ut per rationes comprobat *Carpzov. d. l. 2. def. Eccleſ. 304.* His verò deficientibus alienatio ipſo jure nulla eſſe dicitur, pe- 37
rinde ut alienatio bonorum minoris, *arg. l. 2. l. 15. & 16. C. de Præd.*

min. ſine decret. non alien. indeque vindicatio rerum nulliter alienatarum, æque ac de jure Canonico, competit. Licet ergo vel maxime largiamur, quod Epiſcopos & Capitulares, Auguſtanam Confeſſionem profitentes, jura Canonica hodie non obligent, quamvis de aſſerto hoc, ob ſpontaneam juris iſtius receptionem non immerito dubitandum ſit; Attamen melius & tutius erit ab alienatione rerum Eccleſiaſticarum, veluti à re pernicioſiſſima, prorſus abſtinere, vel ad eandem non, niſi juſta interveniente cauſa, accedere; quamvis omnes Juris Canonici ſolennitates ſemper & ubique non obſervandas eſſe cenſeat *Klock. vol. 1. conſil. 35. n. 262.* quod procedere cenſemus, ſi ſtatuta vel conſvetudines Eccleſiarum illas remittant. Ante omnia ergo hac in re inſpicienda erunt Eccleſiarum ſtatuta & ordinationes, teſte *Sichm.*
38 *de Jur. Epiſc. c. 12. n. 38.* Denique *Secularifatio*, vigore cujus integræ Prælaturæ aut Epiſcopatus transferuntur in laicos, cujus habile ſubjectum activum ſola abſolvit Majeſtas, in Imperio noſtro Germanico peragitur ab Imperatore & omnibus Statibus, utpote quibus junctim hæc competit poteſtas, ut cujusque ſuffragium & conſenſus requiratur, ſi quæ Eccleſiæ bona, Imperio ſubjecta, v. gr. Epiſcopatus, Abbatiæ &c. immediati juris, in ducatus, aliamve ſecularis nominis conditionem verti debeant, quemadmodum in famigeratiſſima ſeculariſatione Monaſterio-Oſnabrugenſi caute obſervatum narrant Imperii acta. Vid. *Dn. Rhet. de Seculariſ. c. 2. n. 78. & ſeq. atq; c. 4. n. 48. & ſeq.* Quoad ſingulas vero regiones, in quibus analogiam Majeſtatis Statibus Imperii omnes fere publici juris Scriptores concedunt, Electores, Principes, aliive Status Imperii, ſicque etiam Civitates Imperiales habile ſeculariſationis ſubjectum activum conſtituunt, modo non convertantur fundationes & bona Eccleſiaſtica, quæ An. 1624. d. 1. Jan. vel Catholicorum vel Proteſtantium uſui deſtinata fuerunt, aut de quibus, ut in veteri conditione relinquantur, alioquin diſpoſitum eſt. *Dn. Rhet. cit. c. 21. n. 66. & ſeq.* Non ſine juſta tamen
39 cauſa & modo hæc ſeculariſatio inſtituenda eſt, de quibus videri poteſt *Dn. Rhet. cit. tract. c. 6. §. 17.* ſed requiritur publicæ neceſſitatis cauſa, & ut denuncietur Eccleſiæ, cujus bona in ſeculi uſum deponuntur, ut initium ſeculariſationis fiat à rebus Eccleſiæ pernicioſis, & procedat ad minus neceſſaria, tandem ad neceſſaria,

denique ut compenſatio Eccleſiæ præſtetur, ſed in præmium, non ex debito. Conf. *Dn. Maurit. in pecul. ad hanc materiam tract. aliive plures.* Extra caſum vero publicæ neceſſitatis, ſi appareat, bona quædam ſuperſtitioſis Eccleſiæ uſibus deſtinata eſſe, non mox ſecularibus uſibus impendenda, ſed potius ad meliorem cultum divinum transferenda ſunt. Vid. cum alleg. *Zepper. atque Hortled. Dn. Stryck. ad Brunnem. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. ult. membri ult. in fin.*

Poteſtatem adminiſtrandi bona Eccleſiaſtica ulterius comitatur, adeoque (3) *L. Diœceſanæ* eſſe dicitur *religioſarum domuum proviſio* atque inſpectio. Sicut enim cura & conceſſio exſtruendi monaſteria, pia loca & religioſas domus, per quas hodierni Canonici hoſpitalia intelligunt, quæ varias iterum ſpecies comprehendunt, de quibus *in cap. antec. n. 82.* atq; inſtituendi confraternitates Ordini Epiſcopali perinde accenſentur, ac cura & conceſſio templorum exſtruendorum; Ita quoque conſimili modo, ac poteſtas adminiſtrandi bona Eccleſiæ, ad L. Diœceſanam referri meretur hæc ipſa proviſio, *arg. c. monaſteria. 17. c. 16. q. 2. & c. 1. ✠. de relig. dom.* Quare itidem ad Epiſcopum pertinet, vel ipſius conſenſu fieri debet conſtitutio illorum, qui hiſce locis religioſis præſunt, exactio rationum quotannis reddendarum, per *Clem. 2. §. ut autem. de religioſ. dom. atq; Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 9.* tandemque conſenſus & autoritas, ut bona horum locorum permutatione, datione in ſolutum, aut quavis alia alienatione, itidem tamen juſta interveniente cauſa ac ſolenni obſervato ritu, alienentur, & vel ad alia pia loca, vel etiam ad profanos transferantur uſus, modo hoſpitalia, aliave ejusmodi loca, autoritate Epiſcopi erecta vel conſtituta ſint; alioquin etiam extra conſenſum Epiſcopi, & ſine ſolennitatibus rerum Eccleſiaſticarum, in alios transferri poſſunt, juxta doctrinam *Bald. in auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccleſ. n. 3.* Vid. de hac diſtinctione *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 75. n. 33. atq; lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 11. num. 82.* Neque ſolum hæc inſpectio ædes iſtas religioſas, earumque præfectos afficit, ſed etiam Clericos, cultui divino in illis inſervientes. Nonnulli equidem *ſeculo V.* reperti fuerunt, qui, quod non haberent certam parochiam, nec certum titulum, & in hoſpitalibus à laicis fundatis & exſtructis ſacra peragerent, ſe ab inſpectione Epiſcopi diœceſani exemtos eſſe putarunt; eos tamen in

42 ordinem redegit decretum *Concil. Chalcedonenſ. c. 8.* Felicius ab hac inſpectione Epiſcopali monaſteriis ceſſit exemtio. Licet enim de jure Canonico ſint ſubjecta omnia monaſteria Epiſcopo, in cujus diœceſi exſtructa ſunt, exceptis quibusdam ad L. Diœceſanam pertinentibus, veluti cathedratici ſolutione, *c. inter cætera. 8. c. 10. q. 3.* aliisq; de quibus vid. *Barboſ. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 12. n. 55.* ita ut Epiſcopus fundatam habeat intentionem, tam in civilibus, quam in criminalibus contra abbates & regulares, niſi probetur exemtio. *c. cum dilectus. 8. X. de relig. dom.* Privilegiis tamen Pontificum omnia fere regularium monaſteria ab Ordinariorum poteſtate ſunt liberata, ut habeant hiſce temporibus jurisdictionem pleno jure, quaſi Epiſcopalem, juxta doctrinam *Gloſſ. in Clem. 1. verb. proprii. de reb. Eccleſ. non alien. Martin. Azpilcuet. aliorumque*, quos hanc in rem laudat *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 105. n. 3. atq; lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 12. n. 23. & mult. ſeq.* ubi in ſimul privilegia plurium ordinum cumulat, tandemq; *n. 53. & 54.* in quibusdam declarat, præcipue, quod per exemtionem monaſteriorum capellæ, ipſis ſubjectæ, non cenſeantur eſſe exemptæ, *per c. ex ore. 17. X. de privileg.*

43 Quæ de inſpectione domuum religioſarum hactenus propoſita ſunt, etiam in territoriis Proteſtantium locum habent. Nam & in his ad curam Epiſcopalem refertur proviſio hoſpitalium, noſocomiorum aliorumque piorum locorum, ut proventus eorum conſerventur, ædes ſartæ tectæ, in ſubſidium quoque ex collectis civium, permaneant, & œconomi ſeu adminiſtratores eorum ad præſtandam cautionem adigantur. Vid. *Carpzov. lib. 2. def. Eccleſ. 92. Weber. de Jur. Conſiſtor. c. 27. ſect. ult. atq; Brunnem. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 6. memb. 12. §. 19.*

44 Quia vero religioſæ domus perſonarum miſerabilium gratia habentur; ideoque (4) *L. Diœceſana* non incongrue eſſe dicitur *Cura viduarum, pupillorum aliarumq; perſonarum miſerabilium*, quod exemplis ex ſacris depromtis, atq; LL. Chriſtianorum principum, nec non patrum, conciliorumq; decretis comprobat *Brunnem. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 6. membr. 7. §. 2. 3. & 4.* Conf. *Dn. Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 22.* Hancq; ob cauſam non ſolum in Jure Civili *ſub tit. de Epiſcop. & Cleric.* agitur de xenodochiis, breprotrophiis &c. atq; Epiſcopo in ſubſidium executio legatorum pro redemtione captivorum imponitur, per *l. 28. § 1. C. de Epiſc. & Cler.* Sed etiam *Gelaſ. Pap. in can. defenſio-*

nis.2.diſt.87. mandat Epiſcopis, ut pupillis ſubveniant, atq; *Hieronym. in can. gloria.71.c.12.q.2.* gloriam Epiſcopi eſſe dicit, pauperum inopiæ providere, *add. c.1.& 2.diſt.84.* Hæcque cura in utroq; foro Eccleſiaſtico Proteſtantium æque ac Catholicorum, juri Epiſcopali adſcribitur, non excluſis tamen Principibus atq; Magiſtratibus ſecularibus, juxta *tit. C. quand. Imp. inter pupill.* quamvis hanc curam ſacro præprimis miniſterio adſcribat *Brunnem. d. m. 7. §. 1.* quæ ratio eſt, quod *Petr. de Ubald. de Canon. Epiſc.* conjunctionem cum Epiſcopo habere, & ad ejus protectionem pertinere tradat miſerabiles perſonas. Quænam vero perſonæ miſerabiles vocandæ ſint, prolixe de- 45
clarant Dd. ad *tit. C. quand. Imper. inter pupill.* ubi vid. *Barboſ.* nec non *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. caſ. 61.* Hic vero eas potiſſimum intelligimus, quæ paupertate & inopia humani auxilii premuntur, ad quas etiam, juxta *conſtit. Eccleſ. Elect. Saxon. art. 14.* aliarumque provinciarum jura Eccleſiaſtica pertinent ægri, cæteræve perſonæ, quæ labore ſibi victum quærere nequeunt. Hinc non ſolùm ipſe Epiſcopus eleemoſynarius eſſe, ſed etiam proſpicere debet, ut paſtores, ipſius diœceſi ſubjecti, perſonarum miſerabilium ſingularem gerant curam, & ditiores ad eleemoſynas erogandas admoneant, inſimulque peculiarem indicem afflictorum, pauperum, viduarum & orphanorum, ein Armen-Regiſter / præſertim vero pauperum occultorum, der Hauß-Armen / habeant, ut ſingulis ſolatio & auxilio eſſe queant. Vid. *Brunnem. cit. memb. 7. n. 5.*

L. porro *Diœceſanæ* (5) adſcribitur *Jus circa ſcholas*, (utpote 46
quæ ſub religioſis domibus & publicis continentur) *& informationem juventutis*, perinde ut conſenſum Epiſcopi, in erigendis ſcholis neceſſarium, Ordinis Epiſcopalis eſſe diximus *in præced. c. 9. num. 80. & ſeqq.* Triplices vero quondam fuiſſe ſcholas, ex antiquitatibus Eccleſiaſticis liquet. *Aliæ* namque erant *puerorum puellarumque* quas Presbyteri rurales dirigebant, atque hodienum paſſim in pagis inveniuntur. *Aliæ ad Monachorum informationem* 47
in monaſteriis inſtitutæ fuerunt, quas adhuc hodie in quibusdam monaſteriis cernimus. *Aliæ* vero *in Eccleſiis ampliorum Civitatum*, præprimis *Cathedralibus* habebantur. Nam præſertim in Britannia invaluit conſuetudo, ut & in monaſteriis, & in Eccleſiis inſignioribus ac Cathedralibus ſcholæ inſtituerentur, ſed quæ intra clauſtra fere continebantur, nec alii facile admitterentur, quam cuiq; Eccleſiæ addi-

addicti, doctrina vero intra levem latinæ linguæ cognitionem, & rudimentorum Chriſtianæ fidei explicationem fere ſubſiſteret, adjuncta ſolum computi Eccleſiaſtici & artis medicæ aliquali cognitione; Succeſſu tamen temporis etiam extra illa collegia viventes admiſſi, atque ſcholæ, hactenus privatæ, publicæ factæ ſunt, hacque occaſione invaluit, ut uni alicui munus docendi, & hoc nomine præbenda quædam in Eccleſiis Cathedralibus aſſignaretur, qui Magiſter ſcholæ, aliquando Scholaſticus, aut Capiſcolus dicebatur, à quo inſtituto promanavit, quod adhuc hodie in Canonicorum Collegiis locum ſcholis habendisipereſſe, unumque inter Canonicos Scholaſtici titulo inſigniri videamus.

48 Hiſce tandem ſcholis majori autoritate ſucceſſerunt Academiæ, quarum, perinde ut aliarum ſcholarum, cura Epiſcopis demandata eſt, quam in rem prolixius conferri meretur *Dn. Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 23. per tot.* atque *Auth. Habita. C. ne fil. pro patr.* Unde non ſolum Academiæ atque Univerſitates, inter quas cum *Limn. de Jur. publ. lib. 8. c. 1. n. 12. & ſeq.* nullam diſparitatem agnoſcit *Feltmann. de Tit. honor. lib. 2. c. 1. n. 20.* in terris Imperii fundatæ, Epiſcopis *L. Diœceſana* ſubjectæ eſſe dicuntur; ſed & ipſi Epiſcopi academiarum *Cancellarii* appellantur, ſalvo tamen jure Patronatus, quod Patronis fundatoribus Eccleſiarum competit.

49 Hanc Cancellariatus dignitatem autem comitatur, adeoque (6) *L. Diœceſana* eſſe perhibetur, quod ab *Epiſcopis licentia creandi Doctores & Magiſtros petenda* ſit; quam vel per Pro-cancellarios, vel etiam per alios Officiales, hanc in rem conſtitutos, tempore promotionis Decanis vel Promotoribus publico concedere ſolent eloquio; Duces verò vel Principes quacunque etiam præfulgeant dignitate, conferre nequeunt. Nam cum collationes graduum in Academiis autoritate Imperatorum vel Pontificum peragendæ eſſent; Ipſi verò propter impedimenta ac itinera ſingulis promotionibus interſſe vel non poſſent, vel etiam nollent, in *Synodo Baſilienſi & Ferrarienſi*, ex Imperatorum omniumque Imperii Statuum conſenſu, conſtitutum eſt, ut poteſtas conferendi gradum committeretur Epiſcopis, indeque dicerentur Cancellarii Academiæ, quam in rem ipſæ univerſitates Germaniæ cathedris Epiſcopatuum regulariter incorporatæ ſunt. Vid. *Sichm. de Jur. Epiſc. c.*

12. n.

Digitized by Google

12. *n.* 85. *Matth. Steph. de* Jur. *lib.* 3. *p.* 2. *c.* 14. *n.* 25. atque *Laurent.*
Obm. de Jure Epiſc. lib. 17. *in fin.* Sic Academiæ *Lipſienſis* Cancella- 50
rium factum eſſe legimus *Epiſcopum Martiburgenſem*, *Ingolſtadien-*
ſis Eiſtetenſem, *Erffordenſis* ipſum *Moguntinum* Archiepiſcopum, *Gri-*
phiswaldenſis Epiſcopum *Caminenſem*, *Baſileenſis Epiſcopum Baſileen-*
ſem, qui & Cancellarius *Friburgicæ eſt*, *Roſtochienſis* Epiſcopum *Swe-*
rinenſem, eoque licentiam forſitan recuſante, hoc privilegii loco à
Pontifice huic Academiæ indultum eſt, quod poſſit ex cœtu Pro-
feſſorum Cancellarium eligere, qui Decanis facultatem creandi
concedat. Vid. *Stephan. cit. c.* 14. *n.* 20. & 31. Academiæ denique *Via-*
drinæ Epiſcopum *Lubucenſem*, ſive *Lebuſienſem*, aut, ſede vacante,
Capitulum iſtius loci, ex privilegio Maximiliani Imper. de Ann.
1500. Cancellarium conſtitutum eſſe, patet *ex Dn. Stryck. addit. ad*
Brunnem. Jur. *Eccleſ. lib.* 1. *c.* 6. *membr.* 12. §. 12. *in verbis: Cancellarii A-*
cademiarum. De pluribus vid. *Bernhard. à Mallinkrot. de Archi-Can-*
cell. Imper. lib. 2. *c.* 6. *circ. fin.* Teſtantur tamen *Limn. de* Jur. *publ. lib.*
8. *c.* 2. *n.* 4. & *ſeq. Tholoſan. lib.* 15. *Synt.* Jur. *Univ. c.* 19. atque *Mallin-*
krot. d. l. aliive, hanc Cancellariatus functionem quandoque aliis
Clericis ac Prælatis haud denegatam fuiſſe, quam comprobare
videtur ſententiam *Matth. Stephan. cit. c.* 14. *n.* 27. tradens, condi-
tis Academiis Magiſtrum ſcholarum Cancellarii dignitatem pro-
meruiſſe. Sine dubio autem hic honor quondam propterea ad 51
clericos pervenit, quod frequens & quotidianum fuerit Principi-
bus & Imperatoribus, ſibi Cancellarios quærere clericos. *Limn.*
cit. lib. 8. *c.* 1. *n.* 45. præprimis cum in Germania apud ſolos cleri-
cos doctrina reſidere crederetur, omnisque fere eruditio mona-
chorum clauſtris incluſa remaneret. Mirum ergo nemini vi-
deri debet, ſi Cancellariorum & Archi-Cancellariorum quoque
Imperii noſtri officia atque dignitates ſacerdotibus potius deman-
data fuerint, quam laicis, omnis tunc literaturæ penitus ignaris.
Et quamvis *Mallinkrot. cit. c.* 6. prolixius deducat, ſecularibus
quondam Principibus, & poſtmodum etiam Eccleſiaſticis, jam ab
antiquo, ex quo Cancellariorum opera uti cœperunt, nihil ma-
gis curæ fuiſſe, quam ut conſilii ſui Primicerios emeritos ad va-
cantem in vicinia cathedram eveherent, inſimul tamen fatetur,
illis illuſtriora fuiſſe exempla, quæ cum Epiſcopatu quæſturam
conjunctam demonſtrant, cum jam inde à remotiſſima vetuſtate

Digitized by Google

apud pleroſque orbis Chriſtiani Reges vix alii, quam aut Epiſcopi, aut brevi ad Epiſcopatus provehendi, hoc munus ſubierint.

52 In Eccleſiis Proteſtantium *Cura* hæc *Scholarum* æque Juris Epiſcopalis & conſequenter L. noſtræ Diœceſanæ eſt. Quamvis enim educatio proba juventutis ad futuram civitatis felicitatem, etiam ad magiſtratus ſeculares, imo quosvis oppidanos pertineat, qui eo ipſo, cum à Superioribus omne id, quod ad pietatis propagationem ſpectat, conceſſam habeant, ſubordinatam quandam Sacrorum curam gerere videntur, teſte *Hav. de Jur. Epiſc. tit. 5. §. 3.* inſpectio tamen & primaria proviſio omnium ſcholarum, etiam trivialium & in pagis inſtitutarum, ad Epiſcopum, juraque ipſius præſentantes, pertinet. Vid. *Carpzov. lib. 1. def. Eccleſ. 9.* in quonam autem ſuprema illa inſpectio conſiſtat, tradunt *Carpz. cit. lib. 1. def. 73. & 74. atque Brunnem. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 6. membr. 12. §. 14. & ſeq.*

53 Idem aſſerendum eſt de Academiis, quarum inſpectio Superioribus, Epiſcopos præſentantibus reſervata eſt, vid. *Carpzov. lib. 1. def. Eccleſ. 8. per tot.* inde factum, quod in Conſiſtoriis, &, in horum concurſu, in Supremis utplurimum cauſæ, Academias concernentes, tractentur, vel etiam quandoque in Senatu Eccleſiaſtico, *Carpz. lib. 1. def. 12. n. 5.* quandoque vero in ſanctiori Principum Senatu, (quali privilegio ex conceſſione potentiſſimi Electoris Brandenburgici gaudet Academia Viadrina, teſte *Dn. Stryck. in addit. ad Brunnem. cit. membr. 12. §. 12.* ubi inſimul verba reſcripti Electoralis recenſet,) aut denique in alio judicio, piarum cauſarum gratia conſtituto, quale in Republica Norica eſt das Vormund-Amt.

54 Quod vero attinet Cancellariatus officium, atque poteſtatem concedendi facultatem, ut gradus honorum Academicorum à Superioribus conferantur, uſus variat. Nam in quibusdam Academiis Cancellariatus jus Epiſcopatibus eorumq; poſſeſſoribus, ob Diœceſanam L. adhuc competit; in quibusdam Superiores, Jura Epiſcopalia exercentes, ſibi Cancellariatum atque gradus conferendi poteſtatem reſervarunt; in quibusdam per ſuos conſiliarios, ut de Marpurgo ſuo teſtatur *Kirchner.* in quibusdam vero per ipſos Profeſſores exercent, ut adeo fundationes Univerſitatum, earumque diverſæ conſvetudines inſpiciendæ ſint. In noſtra Norica, quæ iisdem dignitatibus ac privilegiis gaudet,

quibus Univerſitates: Colonienſis, Viennenſis, Tubingenſis, Friburgenſis, Ingolſtadienſis, Argentinenſis, ac alia ſtudia privilegiata &c. *Dn. Scholarchis* officium Cancellariatus junctim commiſſum eſt, qui illud per Conſiliarium Reipublicæ eminentiorem, tanquam Pro-Cancellarium, exercent, prout ex *privileg. Cæſar. Majeſt. atq; Act. public. privileg. Doctoral. Univerſ. Altdorffin.* liquet. Conf. *Limn. de* Jur. *publ. cit. lib. 8. c. 2. Mallinckrot. d. c. 6. Dn. Stryck. in in addit. ad Brunnem.* Jus *Eccleſ. d.* §. 12. *Matth. Stephan. loc. jam antea adduct. atq; Sithm. de jur. Epiſcop. c. 12. n. 89. & ſeq.* qui jus Cancellariatus Academiæ *Gryphiswaldenſ.* Regi Sveciæ aſſignatum, ab eoque Cancellarium perpetuum Dn. de Lilienſtrohm conſtitutum eſſe tradit.

(7) *L. Diœceſana* adſcribitur Jus *ac poteſtas convocandi in Diœ-* 55
ceſi Synodos ſive Concilia, ut vocantur, *Epiſcopalia.* Synodi namque & Concilia non niſi quoad nomen differunt, atque nihil aliud ſunt, quam conventus certi, qui per temporum intervalla, vel ob controverſias religionis, vel ad corrigendos mores clericorum, vel etiam propter alias Eccleſiaſticas cauſas celebrantur. Concilii nomen originem traxit ex more Romanorum, quibus erat, quando non totus populus, ſed pars ejus à Tribuno plebis vocata, conveniebat; Synodus autem derivationem ſuam à græco ſortitur. De utriusque etymologia notabilis occurrit *text. in c. 1. diſt.*
15. verſ. Synodus autem. Quoad originem rei *Dn. Ziegl. in tr. de* 56
Epiſcop. lib. 3. c. 18. §. 1. & ſeq. deducit, tantam in primitivæ Eccleſiæ ſtatu, inter Chriſtianos miniſtrorum Eccleſiæ non extitiſſe poteſtatem, ut convocatione quadam imperativa ſynodum cogere potuiſſent, ſed, ſi qui conventus Eccleſiarum particularium habiti fuerunt, mutuo illos conſenſu, mutuisque adhortationibus collectos, hocque modo in Eccleſia Apoſtolica, cum diſceptatio de legis Moſaicæ obſervatione apud Antiochenos exorta eſſet, decretum fuiſſe, ut aſcenderet Paulus & Barnabas, aliique ex illis 57
ad Apoſtolos Hieroſolymam, percontaturi de quæſtione. Ad hujusmodi exemplum Epiſcopos, qui illis ſucceſſerunt, ſimiles conventus de cauſis ſimilibus conſtituiſſe, & communi congreſſu colloquioque, tum doctrinæ, tum diſciplinæ negotiis, quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinebant, proſpexiſſe, hacque in re, ſi quem conventus tales cupientem, ſecuti fuerunt reliqui, eam

autoritate magis, quam poteſtate prævalentem fuiſſe cenſet *Dn. Ziegl. cit. loc.* quamvis ex hiſtoria Eccleſiaſtica res notior ſit, quam ut prolixa probatione opus habeat, tantam primis temporibus Imperatorum in Chriſtianos ſævitiam invaluiſſe, ut nullum eorum conventum, ne in cœmiteriis quidem, tolerarent; Quare ut credamus opus eſt, in illis ipſis conventibus, quibus cultum divinum privatim & occulte, quandoque in cryptis & ſpeluncis exercuerunt, deliberatum ſæpius & ſtatutum eſſe de rebus, quæ ad fidem & diſciplinam Eccleſiaſticam, aut Eccleſiæ conſervationem faciebant, eoque pertinent verba *Tertullian. in Apoleg. c. 39.*

57 Poſtquam vero Imperatores Chriſtianam religionem amplexi ſunt, uti in Eccleſias poteſtatem, ita etiam Conciliorum indictionem & regimen ſibi vindicarunt, ut ab eo tempore autoritate publica, eaque vel expreſſa, vel tacita, convenerint Eccleſiæ Doctores, præprimis vero tacita in particularibus conſpicua eſt Synodis. Ad has enim neceſſarius non fuit juſſus aut conſenſus Principis expreſſus; ſed ſuffecit quoque, quod in genere Imperatores tales conventus approbaverint, ad eosque quæſtionem circa religionem & diſciplinam Eccleſiaſticam remiſerint, ut patet *ex l. 23. C. Theod. de Epiſcop. l. 6. C. Juſt. de SS. Ecclеſ. ac Nov.* 137. *c.* 4. Hocque ipſum, & quod per complura ſecula poteſtatem convocandi Synodos & Concilia habuerint Imperatores Chriſtiani, prolixius ex hiſtoriarum monumentis demonſtrat *Dn. Ziegl. cit. c. 18. §. 10. & mult. ſeq.* Neque enim jus convocandi Concilia, præprimis generalia, & præſidendi facultas, ex natura rei aliis competere potuit. Quia enim ex ſingulis Eccleſiis Imperii Epiſcopi aliique convocati ſunt, conſequens fuit, ut poteſtas Imperialis haberet jus illud convocandi, quod etiam uſus Impp. Romanorum, Francorum & Germanorum approbavit, quamvis directorium inter Epiſcopos primus Patriarcharum obtinuerit. *Dn. Schilt. Inſt. Jur. Canon. lib. 1. tit.*

58 *4. §. 3.* Sed, uti in aliis negotiis Eccleſiaſticis, uſurpatione invaluit, ut poteſtates ſeculares prorſus excluderentur, & jura illis, vel invitis, vel etiam ne quicquam ſentientibus, eriperentur; ita etiam hoc jus perditum fuiſſe videmus. Incongruum enim viſum fuit hierarchiam ſuam ſtabilientibus Pontificibus, inſigne hoc jus Poteſtatibus ſecularibus relinquere, ut Epiſcopi convenire pro lubitu non poſſent, ſed precibus prius implorare deberent Imperatores,

alias-

Digitized by Google

aliasque ſeculares Majeſtates. Senſim ergo ex conniventia Imperatorum hoc jus ſibi vindicarunt, ut, per ſingularem metamorphoſin, Juris Epiſcopalis jam factum ſit, quod Majeſtatis antea fuit. Sunt autem Concilia, ex hac ſequiori hy- 59
potheſi, in multiplici differentia, ob diverſitatem graduum, quæ inter Epiſcopos, hodie omnia Concilia convocantes, intercedit, de quorum differentia vid. *hujus tract. c. 3. n. 58. & ſeq. Epiſcopalia* namque, ut vocantur, *Concilia* Epiſcopus, clericos ſuæ diœceſeos ſive diſtrictus convocando, inſtituit, inque illis præſidet; *Provincialia* Metropolitanus ſive Archiepiſcopus, vocando totius provinciæ Epiſcopos, cogit; *Patriarchalia* Patriarchæ vel Primates, collectis ex univerſa natione & ex metropolitanis diverſarum Provinciarum clericis, celebrant; hæcque etiam vocantur *Nationalia.* In *Oecumenicis* tandem, ſive univerſalibus, ad quæ ex omnibus provinciis & diœceſibus Imperii, tam Orientalis, quam Occidentalis, Epiſcopi, præ reliquis conſpicui & autoritate pollentes, convenire debent, directorium nunc ſummus Pontifex ſicque convocationem & præſidium ſibi aſſerit. Vid. *c. regula. 2. 4. & 5. diſt. 17.* & *c. ſignificaſti. 4.* ✠ *. de Elect.* Dicuntur autem Concilia univerſalia, non eo reſpectu, quod omnium Eccleſiarum per totum mundum conveniant legati, quale nunquam extitit; ſed παχυλῶς, quod utriusque Imperii, vel omnium Eccleſiarum Curiam Pontificiam agnoſcentium, Epiſcopi & Nuncii intereſſe jubeantur. Conf. ad 60
variam hanc Conciliorum diviſionum poſt *Hoſtienſ. Barboſ. ad c. 1. diſt. 15.* qui ex *can. convenientibus. 4. c. 1. q. 7.* ea vel *univerſalia & generalia*, vel *localia* ſeu *particularia* eſſe dicit: *Univerſalia* vero porro ſubdividit in ea, quæ autoritate Pontificis ex univerſo orbe congregantur, & plenaria vocat cum *Auguſtin. in can. illa. 11. diſt. 12.* & ea, quæ ab una quidem provincia coguntur, à Papa tamen confirmantur, ut ab omnibus obſerventur; *Localia* vero rurſus vel *nationalia*, vel *provincialia*, vel *Epiſcopalia*, ſive *Synodalia* eſſe docet, inſimulque differentiam inter hæc Concilia, ratione convocantis Epiſcopi, ratione cauſarum, in Concilia deductarum, tandemque ratione effectus, quoad autoritatem & infallibilitatem prolixius deducit. Nos hoc loco non omnia omnino Concilia, ſed Epiſcopalia ſolummodo intelligimus, quæ Epiſcopus in ſua diœceſi ſingulis annis congregat, adeoque ſuos Abbates, Presby-

Digitized by Google

teros, Clericos & Capitula, quæ per deputatos ex gremio Capituli compareant. vid. *c. ult.* ✕. *de his, quæ fiunt à Prælat.* convocat. Etſi enim Abbates ſint exemti ab Epiſcopali jurisdictione, ratione tamen Eccleſiarum, quæ Epiſcopis ſubjectæ manent, in Synodo Epiſcopali comparere tenentur, adeoque nihil facit exemtio monaſterii ad immunitatem comparendi in Synodo ratione parœciarum, ad monaſterium pertinentium. Hocque confirmavit *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 2. in verbis: ad Synodos diœceſanas*
62 *exemti etiam omnes &c. accederet tenentur.* Cauſæ, quæ in his Synodis ac Conciliis tractantur, atque Synodales nominantur, præcipue reſpiciunt correctionem eorum, quæ ad mores cujuscunque clerici & converſationem pertinent, numque officio ſuo unusquisque debito ordine functus ſit, vid. *c. omnis. 16. diſt. 18.* nec non publicationem illorum, quæ in provinciali vel univerſali Concilio ſtatuta ſunt. *Barboſ. ad can. 1. diſt. 15. n.* 11. atque *Laurent. Obm. de Jur. Epiſc.* §. 17. *lit. q.* ſicque hæc Concilia non tam ad definiendum, quam corrigendum inſtituuntur, ſubinde tamen orthodoxiam in diſcuſſionem horum Conciliorum quoque veniſſe, tradit *Dn. Ziegler. cit. c. 18.* §. 75. ſaltem eum in finem, ut ſi emendari per correctionem doctrina erronea non poſſet, ad Concilium ma-
63 jus referri queat. Uti autem clerici ad has Synodos vocati comparere tenentur; Ita quoque convocatio non ſæpius, quam bina vice in anno, ab Epiſcopo fieri debet, prima quidem ante quadrageſimam, ſecunda vero in autumno, per *can. 5. Concil. Nicæn. I.* relatum quoque *à Gratian. in can. habeatur. 3. diſt.* 18. Hodie tamen juxta *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 2.* ſufficit, ut Synodi diœceſanæ quotannis, & ſic ſemel in anno, niſi neceſſitas aliud ſuadeat, aut poſt Concilium provinciale congregatio hæc neceſſaria ſit, convocentur. *Add. cum alleg. Barboſ. ad d. c. 2. Concil. Trident.*
64 *num.* 17. nec non *in tract. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 93. n. 2.* Ipſam congregationem ſemper præcedere debet invitatio per intimationem Synodi, loci & temporis. *can. ſi Epiſcopus. 13. cit. diſt.* 18. Die præfixa, peractis ſacris, Notarius eligitur, qui legit omnium ad Synodum convocatorum nomina. Ut vero conſtet de abſentibus, præſentes, per verbum: *Adſum* reſpondent, & ad oſculum manus Epiſcopi in ſignum obedientiæ accedunt, Conf. *c. quod ſuper. 9.* ✕. *de Major. & obed.* poſtmodum promulgatur decretum Synodi

Kk 3 per-

peragendæ, legitur profeſſio fidei, tractantur cauſæ Synodales, atque ad retinendum Clerum in diſciplina, atq; ad abuſos tollendos, conduntur ſtatuta atq; ordinationes, quæ perpetua ſunt, non tamen debent contrariari ſacris Canonibus, per *d. c. 9.* exceptis quibusdam caſibus, quos recenſet *Barboſ. cit. alleg. 93. n. 31. & ſeq.* tandemq; decreta hæc Synodalia ab Epiſcopo promulgantur, de quibus omnibus prolixius videri poteſt *Barboſ. cit. alleg. per tot.* Recte proinde ex hac hypotheſi Synodorum convocatio, directio ac decretorum Synodalium promulgatio ad L. Diœceſanam *à Canoniſtis atque Laurent. Obm. de Jur. Epiſcop. cit. loc.* recenſetur, quamvis hodiernis moribus tales Synodi Epiſcopales rariores ſint. Licet enim ſecundum *Concil. Trident. dict. loc.* quotannis celebrandæ ſint; in Germania tamen hoc non obſervari compertum eſſe dicit *Wagnereck. ad c. 25. X. de Accuſat.* neq; moraliter, & ordinarie ſervari poſſe, aut de jure debere evincere cenſet Epiſcopatuum latitudinem, Cleri amplitudinem, & ſumtuū, quæ pro his Synodis requiruntur, magnitudinem.

Ut tamen Epiſcopi ad hæc Concilia Epiſcopalia & Synodos 65
diœceſanas magis alliciantur, ſtatutum fuit, ut ipſis ab omnibus ad Synodum vocatis ſolveretur *Synodaticum*, ſive *Cathedraticum* Vid. *c. 1. cum ſeq. cauſ. 10. q. 3.* atque *c. conquerente. 16. X. de Off. jud. ordin.* unde (8) *L. Diœceſana* eſſe dicitur, atque Synodorum convocationi ſubjungitur hujus *Synodatici* ſive *Cathedratici exactio*, quam male ad Jus Ordinis transfert *Siebm. de Jur. Epiſc. c. 12. n. 55.* *Cathedraticum* dicitur, quod in honorem Cathedræ ſolvatur, uti deſcribit *Concil. Bracar. II. c. 2.* quod quantum ſcimus, ejus primum mentionem facit, ut veriſimile ſit, illud circa ea
tempora invaluiſſe. Quia vero in *d. Concil.* tempus additur, quo 66
ſolvi debet, nempe, cum Epiſcopus per diœceſin ſuam ambulat, videri poteſt in vicem procurationis datam fuiſſe pecuniam iſtam Epiſcopo viſitandi, præcipue cum *Concil. Toletan. VII. c. 4.* canonem hujus *Concil. Bracarenſ.* repetat, & in eodem textu de viſitante Epiſcopo nonnulla addat; Sed cum dicti *Concil. Toletan.* verba, prout etiam recenſentur *à Gratian. in can. inter. 8. c. 10. q. 3.* jubeant, annua illatione inferre duos ſolidos cathedratici nomine, expectandum ſane non erit, donec Epiſcopus ad locum veniat, & pecuniam exigat; Sequitur ergo, quod Epiſcopo quoq; non viſitanti
exſolvendum ſit. Quare alii illud *Synodaticum* nominant, quod ſc. in 67
Syno-

Digitized by Google

Synodis, ab Epiſcopo habitis, exſolvendum ſit. Sunt quidem nonnulli, qui diſtinctionem inter Cathedraticum & Synodaticum ſuſtinere volunt, vix tamen eam commode explicabunt, cum pro iisdem habeat *Honor. ind. c. 16. ✠. de Off. jud. ord.* ubi per modum expoſitionis vocula *ſeu* utitur. Conf. *Duar. de Sacr. Eccl. Min. lib. 7. c. 5.* Nobis ergo hæc verba ſynonymice denotant cenſuum quoddam genus, Epiſcopis dari ſolitum, quod Cathedratici aliquando, aliquando Synodatici nomine venit, atque ab omnibus Clericis diœceſanis, etiam religioſis, niſi fuerint exemti, exſolvendum eſt. Vid. *Proſper. Fagnan. ad c. 16. ✠. de Off. jud. ordin.* In tantum vero debetur, ut ne quidem per donatam ab Epiſcopo Eccleſiam cenſeatur remiſſum, *Sec. c. paſtoralis. 7. ✠. de Donat.* aut pro totali ipſius libertate contra Epiſcopum currat præſcriptio, juxta
68 *Balb. de præſcript. p. 1. pr. 5. q. 16. n. ult.* Quantitas ejus olim incerta fuit, poſtmodum Patres *d. Concil. Bracar. in c. 2.* relato à *Gratian. in c. 1. cauſ. 10. q. 3.* duorum ſolidorum eſſe voluerunt, quam taxam probarunt Patres aliorum Conciliorum, & Honorius in *d. c. 16. ✠. de Off. jud. ordin.* Per hos duos ſolidos autem regulariter intelligimus aureos cum *Gloſſ. & Proſp. Fagn. ad cit. c. 16. n. 47.* quorum valor apud diverſos populos ſemper varius fuit, *Gonz. Tellez. ad d. c. 16. n. 3.* niſi conſuetudo Eccleſiæ argenteos receperit. *Panormit. ad cit. c. 16. n. 2.* Hinc & quandoque plus vel minus, juxta conſuetudinem, exigitur. *Gloſſ. ad d. c. 1. verb. duos ſolidos.* Merito ergo in ipſius ſolutione & quando attendi debet cathedralium Eccleſiarum conſuetudo, ſive varius Epiſcopatuum uſus, per quem alterari, ſicque ex parte præſcribi poteſt. Vid. *Barboſ. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 20. n. 1. & ſeq. Wagnereck. ad dict. c. paſtoralis. 7. not. 2. Proſper. Fagnan. cit. loc. n. 46. & Gonzal. Tellez. d. l. n. 2.* ubi refutat doctrinam *Le maiſtre de Jur. Epiſcop.* qui Cathedraticum in locum quar-
69 tæ decimationum ſucceſſiſſe putat. Aliud tamen ab hoc Cathedratico eſt *Inthroniſticum*, etiam à *Julian. Antec. in Epit. Nov.* Cathedraticum appellatum, per quod ſignificatur illa pecunia, quam Epiſcopi quondam ſolvebant pro introitu, vel introductione ad thronum, ſive cathedram, aut ſedem Epiſcopalem, ſive pro inſtallatione. Solebant enim Epiſcopi in cathedra, ſolio, aut throno collocari, velut poſſeſſionis apprehendendæ gratia, quæ miſſio in poſſeſſionem dicebatur ἐνθρονιασμός, atque pecunia, pro tali actu

actu dari ſolita, *inthroniſticum*, juxta *Nov.* 123. *c.* 3. ubi vid. *Gothofr.*
Dn. Ziegl. de Epiſc. lib. 2. *c.* 5. §. 86. *& ſeq. Rittershuſ. ad Nov. p.* 1. *c.*
7. *num.* 35. atque *Gonzal. Tellez. ad cit. c.* 16. *n.* 2. *in fin.* Per *Concil.* 70
Trident. ſeſſ. 24. *de reform. c.* 3. prohibens quicquam exigi ex cauſa
procurationis pro viſitatione, exceptis victualibus, non quidem
eſt ſublatum Cathedraticum, ut per varias rationes prolixius de-
ducit *Proſper. Fagnan. ad ſap. alleg. c.* 16. X. *de Off. jud. ord. n.* 49. *&*
& ſeq. Attamen, quia rarior Synodorum eſt uſus, in quibus
ſolutio Synodatici facta eſt, non immerito in ejusdem præſtatio-
ne, æque ac in quanto, attendi debet varius Epiſcopatuum uſus.
Wagnereck. ad d. c. 7. X. *de Donat. in fin.*

Cæterum, uti jus convocandi Concilia generalia ſummæ Rei- 71
publicæ poteſtati non immerito adſcribitur; ita quoque inde op-
pido liquet, quod, ex hypotheſi Eccleſiarum Evangelicarum, vix
ulli Principum ſoli *Concilii Oecumenici* convocatio adſcribi poſſit,
cum, diſperſis in tot regna Chriſtianis, nemo Regum Imperatori
facultatem convocandi Concilia indulgere cenſeatur, niſi ex con-
ventione locus communi arbitrio in controverſiis religionis con-
ſtituatur, ad quem quisque Principum Chriſtianorum ſuos mit-
tat Theologos, ad controverſias occurrentes decidendas. In Im- 72
perio tamen Romano-Germanico hoc ſpeciale, & libertatis tam
Eccleſiæ, quam Reipublicæ Germanicæ, & utriusque unionis pro-
prium eſſe videmus, quod jus deliberandi & decernendi de cau-
ſis religionis non ſit penes ſolos Epiſcopos, ſed penes Imperato-
rem & Ordines, ſive Status utrosque, tum ſacros, tum laicos. Re-
ceperunt enim ſeſe mutuo in ſocietatem cauſarum, ad civilem
pariter & Eccleſiaſticum ſtatum pertinentium, utriusque generis
Ordines, & utrumque cauſarum genus in iisdem conventionibus
hactenus tractarunt, unde hi conventus etiam Curiæ h. e. comi-
tiorum denominationem acceperunt, ut conſtat ex *Concil. Pap. à
Frider. I. Imp.* habito, quo more ſuperiori ſeculo Imper. & Ordi-
nes, utriusque Religionis, in colloquiis de religione inſtitutis, &
Pace religioſa componenda uſi fuerunt. Recte proinde convo-
cationem Conciliorum Imperatori, accedente Statuum Imperii
autoritate, adhuc hodie adſcribendam eſſe aſſerit *Dn. Conring. in
Diſſ. de Concil. th.* 15. Sed cum hæc univerſalia & nationalia Concilia
noſtræ impræſentiarum non ſint conſiderationis; eapropter vel

Digitized by Google

73 levi ſolum digito hæc demonſtrare ſufficiat. Quod vero Synodos provinciales atque Epiſcopales concernit, certum eſſe dicunt apud Evangelicos *Carpz. lib.* 1. *def.* Eccl. 5. atque *Brunnem. lib.* 1. *Jur. Eccl. c. 6. memb.* 12. §. 16. quod ad Status Imperii, qui Jura Epiſcopalia per Conſiſtoria ſua exercent; eorundem congregatio pertineat. Non ſatis caute tamen Dd. hoc jus Principibus propterea tribuere docet *Dn. Stryck. in addit. ad Brunnem. cit. loc.* quod habeant Jura Epiſcopalia, ſed ſemper ex eminentiori jure, territorialis ſcil. Superioritatis, derivandum eſſe, quod verbis expreſſis comprobat *Inſtrum. Pac. art. 5. §. 12. in verbis: Nulliq; Statui immediato jus, quod ipſi ratione territorii & Superioritatis in negotio religionis competit, im-*
74 *pediri oportere.* Plerumque tamen Synodos non ſtatis temporibus, ſed extra ordinem cogunt, quoties vel circa religionem, vel cauſas Eccleſiaſticas, dubia quædam exoriuntur, quæ Synodali deciſione indigent. *Sitbm. de Jur. Epiſc. c.* 12. *n.* 57. Principum namque Evangelicorum officium exigit, indicere Synodos, & de rebus Eccleſiaſticis ex autoritate Scripturæ, & adhibito Theologorum conſilio, ſtatuere, ſicque decreta Synodalia promulgare, quæ Legis publicæ habent vigorem, & ab omnibus ſunt obſervanda, ut tra-
75 dit *Carpz. lib.* 2. *def. Eccleſ.* 15. *per tot.* Cum particulâ tamen Juris Epiſcopalis, etiam Superintendentibus atque Inſpectoribus, in Eccleſiis Evangelicis conſtitutis, ſubinde & hanc poteſtatem conceſſam, vel potius hanc curam injunctam eſſe videmus, ut ſingulis annis Synodos cum miniſtris Eccleſiæ, ipſorum inſpectioni ſubjectis, celebrare, inque iis in mores & eruditionem illorum inquirere poſſint, quod ut plurimum per Diſſertationes Synodales, in quibus Præſidis vices peragunt Superintendentes,
76 inſtituitur. De *Synodatici* vero & *Cathedratici* ſolutione Scriptores rerum Eccleſiaſticarum A. C. nullam plane faciunt mentionem, quare de ejusdem uſu valde dubitamus; Attamen multis in locis à Miniſtris Eccleſiæ in Fiſcum ſeu ærarium fraternitatis, Germ. in den Wittben-Fiſum oder Kaſten/ certam pecuniam quotannis inferri videmus, ut viduis & orphanis eorum vel annuatim quid inde ad ſuſtentationem aſſignetur, vel certa portio ſemel pro ſemper ſolvatur, prout à Miniſterio cujusque Eccleſiæ conventum, quod quia pium & laudabile, à Superioribus recte confirmatur. Vid. *Carpz. lib.* 2. *def. Eccleſ.* 329. atque *Schilt. Inſtit. Canon. lib.* 2. *tit.* 6. *num. ult.*

(9) In-

(9) Inter Jura Epiſcopalia *L. Diœceſanæ* quam maxime emi- 77
net *Jus viſitandi.* Jure namque Canonico ſalubriter conſtitutum
eſt, ut Epiſcopi certis temporibus per diœceſes viſitationes inſti-
tuant, atque diſpiciant, utrum Paſtores, aliæve cultui divino de-
ſtinatæ perſonæ, officio ſuo fideliter fungantur, & ædificationem
Eccleſiarum atque juventutis ſcholaſticæ debito modo promove-
ant. Quemadmodum vero Synodi, ita & Viſitationes iſtæ inter ſe
variant. Quæ ab Epiſcopis peraguntur, vocantur *viſitationes lo-
cales*, ſpeciales & diœceſanæ, *c. placuit 12. c. 10. q. 1.* quibus ipſi E-
piſcopi viſitantur per Metropolitanum & certos deputatos, ſunt
viſitationes generales, de quibus *in c. 1. de Cenſ. in 6.* denique qui-
bus Metropolitani ipſi viſitantur, per Primates & Commiſſarios
Eccleſiaſticos, dici poſſunt *univerſales*, atque hæ viſitationes ſunt
ordinariæ Extra ordinem vero & non ſtato tempore, ſed prout
res exigit, peraguntur ſæpius viſitationes tum generales, tum par-
ticulares. Epiſcopis ergo jus viſitandi Eccleſias ſuas competit, 78
idque de omnibus Epiſcoporum gradibus intelligendum, adeo-
que ad Archiepiſcopos & Patriarchas, vid. *cit. c. 1. atq. c. ſopitæ 14.
X. de Cenſ.* aliosque qui poſt Pontificem ordinariam in Eccleſia-
ſticis juriſdictionem obtinent, ſicque etiam ad Abbates & religio-
ſorum Prælatos quoad monaſteria extendendum eſt, *per c. pen. &
ult. X. de Stat. monach.* qui omnes regulariter diœceſin per ſe ipſos
viſitare debent, præprimis cum in electione ad functionem Epi-
ſcopatus induſtria perſonæ in conſiderationem veniſſe cenſeatur,
quæ ſe in actu viſitandi præprimis exerere debet. *c. relata 10. &
ſeq. cauſ. 10. q. 1.* Quod ſi vero Epiſcopi ipſi viſitationis actum 79
expedire nequeant, non prohibentur illam poteſtatem alteri
mandare, eamque per Vicarios aut Viſitatores, qui presbyteri
ſint aut diaconi, vel per generales Vicarios peragere, juxta *can.
Epiſcopum. 11. c. 10. q. 1. & Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 3.* vel etiam
per Archi-diaconum. Quando enim Archi Diaconis viſitandi jus
tribuitur, facile intelligitur, competere id illis nomine alieno, & ut
vicariis Epiſcopi. Vid. *c. 1. X. de Off. Archi Diac.* Poterit ergo, defici-
ente Archi-Diacono, Epiſcopus hoc jus viſitandi aliis committere,
prout ipſi viſum fuerit, quinimo, ſede vacante, hoc jus Capitulo
non denegandum eſſe, cum *Azor.* aliisque deducit *Barboſ. de Off.
& poteſt. Epiſc. alleg. 73. n. 24. & ſeq.* Hæc autem poteſtas viſitandi 80

diffundit ſe per univerſam diœceſin, adeoque non ſolum in *res*,
ſed etiam in *perſonas*. Et quidem quoad *res* viſitari debent & poſ-
ſunt loca qualiacunque cultui divino, & religioni deſtinata, tem-
pla, ſacella, cœmiteria, hoſpitalia, confraternitates, vaſa itidem
ſacra & veſtes, denique etiam monaſteria non exemta, vel ex-
emta quidem, ſed non à viſitatione, quam in rem privilegia
exemtionis accurate inſpicienda, atque propterea, quod jure
communi derogant, ſtricte explicanda, nec, ſi monaſterio con-
ceſſa ſint, ad parochias vel capellas ipſi ſubjectas extendenda
ſunt, niſi & de ipſarum exemtione conſtet. *Vallenſ. ad tit. X.*
de Relig. dom. n. 4. Exemta vero non, niſi autoritate Apoſtoli-
ca, viſitari poſſunt. *Barboſ. Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 14. n. 19. atq. 35.*
81 Quoad *perſonas* vero nihil intereſt, num ſint *Eccleſiaſtica*, an *ſecu-*
lares, cum omnes ſint membra Eccleſiæ. Per viſitationem enim
ſalus Eccleſiæ intenditur, quæ obtineri nequit, niſi membra ejus
quoad externam converſationem, ſalva ſint; Imo generaliter o-
mnes etiam regulares Clerici, extra monaſterium degentes, nul-
lo obſtante privilegio, ab Epiſcopis viſitari, atq;, ſi deliquerunt,
corrigi atque puniri poſſunt. *Concil. Tridentin. ſeſſ. 6. de reform. c.*
82 *3.* ubi vid. *Barboſ.* Facienda autem eſt viſitatio ſingulis annis, vel
quando opus eſt, *c. decrevimus. 10. cauſ. 10. q. 1. c. conquerente. 16.*
X. de Off. jud. ord. ita quidem, ut viſitationem nonnulla præce-
dant, præprimis: ut adventum ſuum viſitandis Epiſcopus denun-
ciet; libros viſitationum præteritarum ad informationem exami-
net, duos viros expertos faciendis viſitationibus adhibeat, librum
Pontificalem, pro ceremoniis peragendis, ſuumque annulum ſi-
gnatorium, formulas juramentorum, libros denique Canonum
& Eccleſiaſticarum conſtitutionum ſecum ferat &c. de quibus
omnibus prolixius videri poteſt *Barboſ. cit. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 14.*
n. 36. & ſeq. ubi inſimul requirit, quod ante viſitationem Syno-
dum Epiſcopalem congregare debeat Epiſcopus, de cujus tamen
83 non uſu ex dictis *de Concil.* conſtabit. Cæteroquin, quomodo
Epiſcopus, ad viſitationem accedens, à clero & populo excipi-
endus, & in Eccleſiam ducendus ſit, quomodo porro cauſas vi-
ſitationis inſtitutæ Epiſcopus proponere, atque in Eccleſiæ, ſacro-
rum vaſorum atque domus parochialis inſpectione, in certa pun-
cta inquirere, Rectorem Eccleſiæ ſive Parochum congrue inter-

rogare,

Digitized by Google

rogare, tandemque in vitam & mores ejus penes incolas & parochianos inquirere debeat, prolixius iterum declarat *Barboſ. cit. c. 14. n. 43. & mult. ſeq.* atque latius demonſtrant Canoniſtæ, interque eos *Proſp. Fagn. qui ad c. 16.* ✕ *de Off. jud. ord. in fin.* compendioſam deſcriptionem totius Eccleſiaſticæ viſitationis annectit, hujus tamen haud minima pars cultum ſuperſtitioſum ſapere videtur. Modum antiquæ viſitationis breviter deſcripſit *Concil. Bracarenſ. II. can. 1.* quem refert *Grat. in c. placuit. 12. cauſ. 10. q. 1.* unde inſimul apparet, quis finis & ſcopus viſitationum ſit.

Ne vero Epiſcopus officium hoc Viſitationis cum ſuo damno 84
expedire cogatur, jamdiu obtinuit, & longa conſvetudine receptum eſt, ut ipſi neceſſarii ſubminiſtrentur ſumtus & alimenta, quæ *Procurationis* nomen promeruerunt. Unde viſitationi in *L. Diœceſana* (10) recte ſubjungitur *Procurationis* hujus, ſive ſumtuum ad viſitationem neceſſariorum, exactio, per *c. conquerente. 16.* ✕ *. de Off. jud. ordin.* Dicitur autem procuratio vel propterea, quia Eccleſiæ, viſitationi ſubjectæ, Epiſcopum procurant, id eſt, alunt ac tuentur, vid. *Duaren. de S. Eccleſ. miniſt. lib. 7. c. 5.* vel quia Epiſcopo, rem Eccleſiæ procuranti, & ad eam viſitationis cauſa accedenti, præſtari ſolet. Alio nomine vocatur quoque *Circada* apud *Hincmar. Archiepiſc. Remenſ. in Epiſt. ad Ludov. Reg. Ivon. Carnot. aliosq;*, quod vocabulum à circuitione, quam Epiſcopus, peragrando diœceſin ſuam, inſtituit, derivatum eſſe videtur, ut tradit *Carol. du Freſne in Gl. verb. Circada*, ubi plura huc facientia proponit. Vocatur alioquin etiam *ſuſtentatio* & *refectio*, quæ Epiſcopis ratione viſitationis & legatis Apoſtolicis jure legationis debetur, illis ſcil. quibus talis viſitatio commiſſa eſt. *c. inſtantia. 17.* ✕*. de Cenſ.* Jure ergo Canonico procuratio omnibus Epiſcopis viſitantibus debetur, nulla facta diſtinctione, an reditus ſufficientes alioquin habeant, an non, cum in præmium laboris conſtituta ſit. Quare ab omnibus Eccleſiis ſolvitur, etiam ſitis intra civi- 85
tatem, in qua ipſe Epiſcopus viſitans commoratur, per *c. venerabili. 24.* ✕ *. de Cenſ.* Excipiuntur tamen oratoria, hoſpitalia & alia pia loca, per *c. ult.* ✕ *. eod.* Licet enim ſint loca Eccleſiaſtica, & ſubjecta L. Diœceſanæ; quia tamen ad alios pios uſus ſunt deſtinata, ab hoc procurationis onere eximuntur, perinde ut Regulares, ob exemtionem monaſteriorum, niſi parochialem Eccle-

Digitized by Google

ſiam conventui unitam poſſideant. Excipiuntur porro ex con-
ſuetudine à ſolutione procurationum laici, *arg. d. c. 17. §. in bis*
ſane. ✠. *de Cenſ. Tabor. de Met. p. 1. c. 3. th. 10.* quamvis de jure,
æq ac Eccleſiæ, ad procurationem adſtricti ſint, ut demonſtrat
Barboſ. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 22. n. 13. & ſeq. præprimis cum viſitatio-
nes ipſorum quoq; gratia inſtituantur. *Schilt. Inſt. Jur. Canon. lib.*
86 *1. tit. 6. §. ult.* Non aliter tamen, quam viſitationem peragenti E-
piſcopo, neutiquam verò confirmationis gratia per villas & oppi-
da tranſeunti, *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. alleg. 73. n. 53.* nec plu-
ries, quam bina vice in anno, procuratio debetur *per c. cum vene-*
rabilis. 21. ✠. *de Cenſ.* ſcil. ſi ex conſuetudine Eccleſiæ viſitatio bi-
na vice in anno fiat, de quibus Eccleſiis quondam dicebatur, quod
Epiſcopus recipiat *Procurationem cum fœno & herba*, id eſt, ſemel
in æſtate, & ſemel in hyeme, prout ex *Hoſtienſ.* notat *Anton. Dadin.*
87 *Alteſerr. ad cit. c. 21.* Ante omnia vero ipſius quantitas moderata
eſſe debet, attentis facultatibus Eccleſiarum, aliisque circumſtan-
tiis. Et quia multifariam Epiſcopi circa procurationes exigen-
das deliquerunt, atque cum ſolenni pompa & ſplendido comi-
tatu viſitationes ſæpius inſtituerunt, in genere recte conſtitutum
eſt, ne nimium per viſitationes graventur parochiani, ſed ut E-
piſcopi certo equorum numero contenti ſint, neve canes vel
equos venatorios ſecum ducant, de quibus omnibus vid. *c. cum*
Apoſtolus. 6. ✠. *de Cenſ.* poſtmodum in ſpecie conſtituerunt
Pontifices *in c. 1. §. pen. & c. 2. de Cenſ. in 6.* ut non recipiantur
ab Epiſcopis procurationes in pecunia, ſed in victualibus tan-
tum, quæ tamen & moderata eſſe debent, non ad epulas ſump-
88 tuoſas facientia. Munera porrò, viſitatorum familiæ data, pro-
hibita reperiuntur *in c. 1. de Cenſib. in 6.* denique cautum, ne una
die plures procurationes recipiantur *in c. felicis. 3. de Cenſ. in 6.* aut,
viſitationibus prorſus neglectis, procurationes exigantur, quod
in Concil. Toletan. quonam verò non addens, prohibitum eſſe di-
cit *Gratian. in c. relata. 9. c. 10. q. 1.* Hæc omnia comprobat Jus Ca-
nonicum noviſſimum *in Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 3. in ver-*
bis: Interimq; caveant &c. De reliquis, ad præſcriptionem procu-
rationis ſpectantibus, confer. *cum alleg. Barboſ. lib. 3. Jur. Eccleſ. c.*
22. n. 22. & ſeq. Panormit. Gonz. Tellez. Proſper. Fagnan. Vallenſ. aliique
Canoniſt. ad tit. ✠. *de Cenſ.*

In

In Eccleſiis Proteſtantium Principibus & Statibus Evangelicis Jus viſitandi ob Superioritatem territorialem competit. Hinc curare debent, ut eorum, qui Clero adſcripti ſunt, emendata & caſtigata ſit vita, ſartæ tectæ ſint ædes ſacræ, & quæ alia per viſitationem intendi & obtineri ſolent. Merito ergò, ſuſpenſa jurisdictione Eccleſiaſtica, teſſera & ſequela Superioritatis dicitur, eique annexi juris Epiſcopalis, Viſitatio *à Reinking. Merckelbach. aliisq;* hanc in rem laudatis *à Dn. Fritſch. de Jur. viſit. c. 3. n. 6. & ſeq.* 89
Non tamen neceſſe eſt, ut Principes, aliique Status Evangelici, ipſi munus viſitationis expediant, ſed ſufficit, ſi illam per idoneas, tum eccleſiaſticas, tum politicas perſonas, ob diverſa in ejusmodi viſitationibus occurrentia negotia, inſtituant; numerus tamen eſt arbitrarius. In quibusdam locis hanc in rem conſtituti ſunt officiales, qui dicuntur Viſitations-Räthe/ in quibusdam verò & plerisque locis viſitatores ſunt Superintendentes eorumque Adjuncti, qui iterum viſitantur à Superintendentibus generalibus, & hi tandem per delegatos à Synodo, ut tradit cum *Weber. Dn. Fritſch. cit. tract. c. 5. n. 7.* ubi tamen rectè monet, quod his ipſis plerumque Conſiliarii, Præfecti aliique adjungantur; atque hi viſitatores utplurimum certo mandato inſtruantur, extra cujus præſcriptum neutiquam agere, ſed majores cauſas Superiori referre debent. 90
Facienda quoque eſt in multis Eccleſiis viſitatio ordinaria ſingulis annis, perinde ut jure Canonico. Vid. *Ordin. Haſſiac. ſub rubr.* Von Einigkeit der Lehr. In aliis, utputa Marchia Brandenburg. ob amplitudinem per certos annos diſtributa eſt. Juxta *Ordin. Eccleſ. Saxon.* ordinariè quotannis bis eſt inſtituenda, in quibusdam verò locis toties, quoties neceſſaria videtur, à Superiore decernitur, juxta *Ordin. Eccleſ. Magdeburg. c. 28. in verbis:* Wollen wir/ ſo offt es nöthig und dienlich befunden wird/ rc. dergleichen Viſitation anordnen. 91
Poſtquam itaq; Principes aliiq;, penes quos jus viſitandi eſt, viſitationem certis perſonis committunt, vel ordinarii Viſitatores eam ſtato tempore aggrediuntur, citandi ſunt omnes jurisdictioni viſitantis ſubjecti Parochi, ludimoderatores, æditui, adminiſtratores ærarii Eccleſiaſtici, ſeniores populi, aliique, quæ citatio fit vel per literas patentes, vel per intimationem ex ſuggeſtu; quoad alios autem diverſæ jurisdictioni ſubjectos non citatio, ſed notificatio 92

faci-

Digitized by Google

facienda, ut, ſi quas contra Clerum habeant querelas, compa-
93 reant, easque proponant. Facta poſtmodum in ipſa viſitatio-
ne publicatione commiſſionis atque propoſitione, examen in-
ſtituitur, tum de doctrina & ſtudiis Paſtorum & ludimoderato-
rum, tum de vita ac moribus & ipſorum & Parochianorum, ad
certos articulos præſcriptos, quibus de perſonis & rebus Eccle-
ſiaſticis agitur. Totum procedendi modum ad rationes hodi-
ernas ſolide deſcripſit *Dn. Fritſch. de Jur. Viſit. Eccleſ. c. 6. & ſeq.*
Quomodo etiam viſitatio accurate inſtituenda, & tam in audi-
torum, quàm Eccleſiæ miniſtrorum vitam & vitia, doctrinam &
mores inquirendum ſit, certa formula diſtinctisque interrogato-
riis propoſuit *Henric. Eckard. ſub tit.* Form und Proceß einer Kirchen-
Viſitation / quem tractatum cum *Ordin. Viſit. Saxon.* collegit *Dn.*
94 *Fritſch. atq; tract. de* Jur. *Viſitat. c. ult.* adjecit. Sumtus harum vi-
ſitationum, qui Procurationis nomen Jure Canonico promerue-
runt, in Eccleſiis Evangelicis utplurimum von der Kirchen Einkom-
men impenduntur, ſervata tamen moderatione & frugalitate, pro-
ut ex *Conſt. Elect. Saxon. & Ordin. Coburg.* probat *Dn. Fritſch. cit.*
tract. c. 7. n. 14. Quandoque etiam vecturæ præſtantur ex dy-
naſtiis & præfecturis Principum, ut viſitatores commode ad loca
95 viſitanda perduci poſſint. *Sithm. de Jur. Epiſc. c. 12. n. 62.* Denique
cum viſitatores non ſemper concionibus ad populum habendis
intereſſe poſſint, multis quoque in locis, ut conſtet de defectu mi-
niſtrorum Eccleſiæ in dono concionandi, ſinguli Paſtores per vi-
ces in Eccleſia, cujus cura Superintendenti commiſſa eſt, vel etiam
in loco, in quo Conſiſtoriales degunt, concionari tenentur, ut
poſtmodum cum concionante pro re nata conferatur. Sed huic,
ceu putant, oneri ſe Parochi multis in locis ſubtrahere conantur.
Confer. de hoc viſitationis Eccleſiaſticæ jure, ejusque ſumtibus,
præter *Dn. Fritſch.* ſubinde hactenus *alleg. Brunnem. lib. 1.* Jur. *Ec-*
cleſ. c. 6. membr. 12. §. 8. & ſeq. ibid. Dn. Stryck. in not. Dn. Ziegler.
de Epiſcop. lib. 3. c. 26. per tot. Dn. Schilt. lib. 1. Inſt. Jur. Canon. tit. 6.
§. 1. & ſeq. ex quibus de uſu tum viſitationum, tum eis adjun-
ctæ procurationis, conſtabit.

96 Præterea *L. Diœceſana* (11) adſcribuntur variæ Redituum Epi-
ſcopalium ſpecies, inter quas præcipue eminent *Quarta decimatio-*
num, *Quarta mortuariorum*, atque *Chariſterium*, ſive *Subſidium cha-*

rita-

ritativum. Decimæ equidem, (1) quatenus denotant quotam partem omnium licite quæſitorum, Deo ejusque miniſtris debitam, æque ac alii reditus & obventiones, non immerito ad Ordinem Epiſcopalem recenſentur, per ea, quæ *in cap. antec. n. 20. & ſeq.* propoſuimus, cum concernant ſuſtentationem clericorum, quæ fit vel ex proventibus fundorum parochialium ſive dotalium, vel ex fundis parœcianorum, qui obligati ſunt ad ſolutionem decimarum, canonis, cenſus frumentarii, panum, pecuniæ, operarum, atque præſtationum perſonalium, quæ vel ratione officii ſolvuntur, veluti ſunt primitiæ, de quibus vid. *can. Apoſt. 4. aut juxt. alios. 5.* oblationes, quæ quondam à communicantibus fiebant, ex quibus reſidui adhuc ſunt nummi miſſales, die Opffer-Pfenninge/ groſſi inquilinorum &c. vel etiam pro ſingulari actu ſacræ functionis offeruntur, quæ *Jura Stolæ* & vulgo accidentia audiunt. Vid. *alleg. cap. antec. cit. n. 50. & ſeq. atq; Schilt. lib. 2. Inſt. Jur. Canon. tit. 8. §. 11. & ſeq.* Emolumentum tamen, quod ex decimis ad Epiſcopum redundat, anquam commodum, occaſione diœceſeos ad Epiſcopum ſpectans, L. Diœceſanæ non incongrue adſcribitur *ab Eraſm. à Cochier. laudat. à Barboſ. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 22. n. 15.* Proinde inſtituti noſtri hac vice non erit, varias decimarum diviſiones in ſpirituales & ſeculares, in perſonales, prædiales & mixtas, rerum inanimatarum & animatarum, vulgo Blut-Zehend/ novalium, quæ ex agris primum præciſis & aratrum expertis, Reuten/ aliisque rebus ſolvuntur, evolvere, de quibus cum tota decimarum materia videri poſſunt Interpretes Juris Canon. *ad tit.* ✠. *de Decim. cumq; iis Tynd. Rebuff. Monet. Barboſ. dict. lib. 3. c. 26. Wammeſ. in conſ. Jur. Pont.* atque ex Scriptoribus Evangelicis cumprimis *Carpz. lib. 1. def. Eccl. 125. & mult. ſeq. Brunnem. lib. 2. jur. Eccl. c. 6. per tot. ibique Dn. Stryck. aliique in peculiar. Tract.* Sed ſolummodo demonſtrare, quod circa decimas, Clericorum ſuſtentationi aſſignatas, novum Jus Epiſcopale receperint Canoniſtæ, vigore cujus decimæ ſub manu Epiſcopi ad juſtam diſtributionem conſtitutæ eſſe dicuntur, *arg. c. decimas. 39. c. 16. q. 7.* ita tamen, ut ex illis percipere, ſibi retinere poſſit quartam partem, quam decimalem vocant. *c. conquerente. 16.* ✠. *de Off. jud. ord.* Et quidem, ceu nonnulli opinantur, ad exemplum portionis ejus, quam Levitæ ex decimis ſuis dabant Aaroni, *Num. 18. v. 26. & ſeq.*

97 and 98 appear as margin numbers: the first beside "c. 22. n. 15. Proinde instituti...", the second beside "quam decimalem vocant...".

Mm Sed

Sed quia, quarta decimarum, quam ſolus retinet Epiſcopus, exſuperat portionem à Levitis dari ſolitam, quæ erat decima decimarum, ab eaque in eo differt, quod illam acceperit Aaron atque ſummus Pontifex, non ut ſibi retineret, ſed ut inter cæteros ſacerdotes divideret; ideo quarta iſta potius cum quarta generali, quæ ex omnibus Eccleſiæ cujusque reditibus Epiſcopo aſſignata fuit,
99 invaluiſſe, atque cum illa eandem originem habuiſſe videtur. Poſtquam enim Eccleſiæ bona immobilia acquirere cœperunt, Epiſcopi quoque cum ſubjectis ſibi Clericis de vindicandis certis redituum portionibus ſoliciti fuerunt; hinc univerſi Eccleſiæ reditus in quatuor partes diviſi ſunt, ut prima cederet Epiſcopo, altera Clericis, tertia pauperibus, quarta denique fabricæ cujuscunque Eccleſiæ, ut inde ſarta tecta conſervaretur. *c. Epiſcopus*. 34. *cum ſeq. cauſ.* 12. *q.* 2. Inter hos reditus autem referebantur omnes fructus, oblationes & decimæ. Hocque eſt, quod tradit *Barboſ. lib.* 3. *Jur. Eccleſ. c.* 20. *n.* 12. *& ſeq.* olim Epiſcopis, ob paupertatem, *in Concil. Aurelian. I. c. 16.* relato *in c. antiquos. c.* 10. *q.* 1. medietatem oblationum eſſe aſſignatam, poſtmodum vero, ut tertia oblationum, decimarum & frugum pars Epiſcopo obveniret, *in can. de bis.* 7. *&* 10. *d. c.* 10. *q.* 1. ſtatutum, denique quartam partem ex omnibus decimis parochialium Eccleſiarum ſui Epiſcopatus, & quidem ſine ullo onere fabricæ Eccleſiæ, Epiſcopis adſcriptam eſſe in recentioribus Canonibus, & quidem *in c. conquerente.* 16. X. *de Off. jud. ord. Conf. c. de quarta.* 4. X. *de Praſcript.* ita quidem, ut eam jure proprietatis habeant, propter univerſalem curam Eccleſiarum diœceſeos, attamen non ut illam pro lubitu profundant, verum ut hoſpitalitatem inde exerceant, pauperes peregrinos recipiant, captivis ſubveniant, aliaque pietatis opera exerceant. *c. mos eſt.* 30. *c.* 12. *q.* 2. *c. præſulum.* 2. *c.* 16. *q.* 4. Habent ergo Epiſcopi ex L. Diœceſana de
300 jure communi fundatam intentionem ſuper hac quarta, juxta *c. quoniam.* 13. X. *de Decim.* ſed ita, ut ab illa monaſteria, æque ac ab aliis L. Diœceſanæ functionibus, ſint exemta, nec non laici, cum Epiſcopis debeatur ſolum reſpectu decimarum ab Eccleſiis perceptarum, quamvis in defectum aliorum remediorum Epiſcopis contra laicos ſubveniendum eſſe tradat *Barboſ. cit. loc.* Eſt tamen hæc quarta præſcriptibilis, *per d. c.* 4. X. *de Praſcript.* unde fluit, quod Epiſcopi ſibi illam vindicare nequeant, ſi ipſi præſcriptio

vel

vel conſuetudo obſtet, juxta quam hodiè, Epiſcopatibus dotatis atque ditatis, omnino ceſſare videtur, per ea, quæ in ſimili tradit *Wagnereck. ad c. 14.* ✠. *de Teſtam. in verb. modicum &c. not. 1.* Merito ergò in ipſius exactione uſus Eccleſiarum inſpiciendus eſt.

In Eccleſiis Evangelicis, etſi decimarum uſum vel propterea haud exiguum eſſe fateamur, quod cordatiores viri conſultius eſ- 101
ſe dicant, miniſtris Eccleſiæ ex decimis fructuum de ſalario proſpicere; de valore tamen quartæ decimarum, Epiſcopis præſtandæ, valde dubitamus, præprimis cum in multis locis decimas in alios uſus converſas, Eccleſiis autem & miniſtris ad conſervationem alios reditus aſſignatos eſſe videamus, nec inique. Cum decimæ quidem, quatenus continent ſubſidia ad ſuſtentationem Clericorum & conſervationem Eccleſiarum, ſint Juris naturæ atque divini moralis; quatenus vero decimam partem redituum concernunt, juri poſitivo adſcribantur, ut Superiores, ſi alia bona ad ſuſtentationem Miniſtrorum Eccleſiæ deſtinaverint, obligationem ad decimas, propter ceſſantem cauſam finalem, omnino immutare poſſint. Vid. *Duaren. de S. Eccleſ. miniſt. lib. 2. c. 2. Reinking. de Reg. ſec. & Eccl. lib. 3. claſſ. 1. c. 8. n. 8. atq; Diſcurſ. noſt. de jur. Templ. c. ult. n. 54. & ſeq.*

Quemadmodum verò (2) ex decimis; ita etiam ex oblationibus, factis in memoriam defunctorum Eccleſiis, vel eo tem- 102
pore, quo ſepulti, vel quo anniverſarii dies celebrati fuerunt, Epiſcopis ſua portio hactenus ceſſit, perinde ut, ſi alibi defunctus, quam in Eccleſia ſua parochiali, ſepulturam elegerit, ex oblationibus & obventionibus, hanc in rem erogatis, quarta parochialis detrahitur. Hinc jam diù obſervatum fuit in Eccleſia latina, ut ex omnibus iis, quæ Eccleſiis pietatis cauſa legantur, Epiſcopis debeatur portio quædam, quæ *Canonica Epiſcopalis* dicitur, cui ſimilis eſt apud Hiſpanos *luctuoſa*, quæ ſolvi debet ex bonis mobilibus beneficiarii alicujus Eccleſiæ, cui quarta decimationum debetur, indeque luctuoſa audit, quod mors beneficiarii luctum afferat. Vid. *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 68. n. 6.* Canonica autem propterea, quod à Canonibus inſtituta & approbata ſit, 103
nominatur, Epiſcopalis verò, quia Epiſcopis ſolvenda eſt ex omnibus legatis, quæ fiunt quibuſcunque Eccleſiis, aut piis locis, intra ipſorum diœceſin exiſtentibus, *c. de his. 7. & ſeq. cauſ. 10. q. 1.* ob

Digitized by Google

triplicem, quam vulgo addunt rationem, tum ob *recognitionem ſuperioritatis*, tum ob *communionem*, quæ eſt inter Epiſcopum & Eccleſias, tùm etiam *ob curam & cæleſte pabulum*, quod impertitur Eccleſiis inferioribus. *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 56. n. 1. & 7.* Ita tamen vocatur hæc portio Epiſcopalis, ut nomine Epiſcopi intelligantur etiam quicunque alii Prælati inferiores, jurisdictionem Epiſcopalem habentes. Id *Barboſ. lib. 3.*
104 *Jur. Eccleſ. c. 19. n. 9.* Cauſa hujus portionis Epiſcopis aſſignandæ fuit inopia Eccleſiarum, juxta eos, quos hanc in rem laudat *Wagnereck. ad c. 14. ✠. de Teſt. in verb. modicum. &c. not. 1.* atque debetur ex relictis vel legatis Eccleſiis, etiam cathedralibus, capellis, aliisque piis locis, quæ legata *mortuariorum* nomine veniunt *in c. conquerente. 16. ✠. de Off. jud. ord.* quæ ratio eſt, quod hæc noſtra portio *Mortuarium* quoq; vel *Quarta mortuarium* appelletur. Equidem non diffitemur, hoc nomine etiam illa inſigniri, quæ titulo exequiarum Eccleſiæ relinquuntur, ut cum *Ciron.* docet *Gonzal. Tellez. ad cap. 14. ✠. de Teſtam. n. 3.* magna tamen inter ea & noſtram portionem intercedit diverſitas, ut non neceſſarium ſit *ad Nicol. La Maiſtre de Jur. Epiſc.* hanc in rem confictas provocare rationes, de quibus vid. *Gonz. Tellez. cit. loc.* Excipiuntur tamen ab hac portione Epiſcopali legata, locis exemtis, pauperibus, aut etiam pro ornamentis Eccleſiæ, cereis, fabrica aliisque rebus, de quibus in *c. ult. ✠. de Teſtam.* relicta, de quibus omnibus, & num etiam ex legatis, hoſpitalibus ac confraternitatibus factis, deduci poſſit, latius vid. *Barboſ. cit. c. 19. n. 11. & mult. ſeq.* Sicut etiam ceſſat, ſi nullum plane teſtator legatum Eccleſiæ reliquerit,
105 teſte *Wagnereck, ad d. c. 14. ✠. de Teſtam. in verb. propriam.* Quantitas hujus portionis regulariter eſt *quarta pars.* Licet enim *Felin. ad c. de quarta. 4. ✠. de Præſcript. n. 1.* in jure nullibi certam quantitatem præfinitam, ſed ad conſuetudinem potius recurrendum eſſe cenſeat, *arg. c. 9. ✠. de Sepult.* attamen in jure Canonico certam portionem, adeoq; quartam præſcriptam eſſe, *ex can. conceſſo. 26. & ſeq. c. 12. q. 2. c. conquerente. 16. ✠. de Off. jud. ord. d. c. 4. ✠. de Præſcript. aliisque text.* ſat abunde liquet, quamvis aliquando tertia, aliquando verò media ſit, juxta diverſarum Eccleſiarum diverſas conſuetudines, *arg. d. c. 9. ✠. de Sepult.*
106 In Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis an hæc portio Canoni-

ca

ca Epiſcopalis obtineat, ut altius inquiramus, haud operæ pretium eſſe cenſemus, cum & apud Catholicos non amplius in uſu eſſe videatur. Ceſſante namque cauſa impulſiva hujus quartæ, & conſtitutis ſat amplis bonis menſalibus ad ſuſtentationem Epiſcoporum, mos exigendi hanc portionem in uſu eſſe deſiit, ut poſt *Navarr.* tradit *Wagnereck. ad c. 14.* ✗. *de Teſtam.* atque ad *c. ult.* ✗. *eod.* Alia tamen ab hac eſt portio Canonica parochialis, quæ etiam 107 vocatur *funeralium*, atque debetur Parocho ex omnibus, quæ obveniunt ratione funeris alteri Eccleſiæ, ubi ejus parochianus ſepelitur, propter onus, quod in adminiſtratione ſacramentorum ſubire debet Parochus, & eſt iterum de Jure Canonico quarta, *c. cum ſuper. 8.* ✗. *de Sepult.* poteſt tamen per conſvetudinem induci, ut ſit media vel tertia, *c. antiquos. cauſ. 16. q. 1. c. relatum. 2. & c. certificari. 9.* ✗. *de Sepult.* ut in ea definienda locorum conſvetudo attendi debeat, teſte *Wagnereck. ad cit. c. 2.* ✗. *de Sepult.* à quibus autem debeatur hæc quarta parochialis, & de quibus rebus ſolvi debeat, prolixius deducit *Barboſ. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 24. n. 3. & mult. ſeq.* unde inſimul liquet, quod *funeralis* vel maxime ob hanc cauſam vocetur, quia debetur de omnibus, ratione funeris & ſepulturæ ad aliam Eccleſiam pervenientibus. Atque de hac *quarta* 108 *funeralium in Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. c. 13.* decernitur, quod, ſi cathedrali aut parochiali Eccleſiæ ante annos 40. fuerit ſoluta, poſtea eadem portione, qua antea ſolebat, exſolvenda ſit, non obſtantibus conceſſionibus, gratiis, privilegiis, etiam *Mari magno* nuncupatis, aliisque quibuscunque. *Mare magnum* autem vocatur innumerabilis privilegiorum congeries, prout illud deſcribit *Innocent. Gentil. in Exam. Concil. Trident. lib. 4. ſeſſ. 23. n. 2.* ſine dubio, quod præcipua, dominantia &c. ſicque etiam innumerabilia magna vocentur. Vid. *Carol. du Freſne in Gloſſar verb. Mare ma-* 109 *gnum.* Sed & hæc *Quarta funeralium* in Eccleſiis Proteſtantium haud reperitur, niſi quod in quibusdam locis ex legatis piorum hominum, in meliorem ſuſtentationem Clericorum conſtitutis, à manu executorum certis temporibus miniſtri Eccleſiæ portiones quasdam accipiant, quæ vulgo vocantur Legat-Gelder/ Teſtament-Gelder/ ut ut quibusdam in locis non Parocho ſolvantur, ſed ærario Eccleſiaſtico vindicentur. Vid. de illis *Stypmann. de Salar. Cleric.* atque poſt eum *Dn. Fritſch. de Jur. accident. c. 4. n. 6. & ſeq.*

Digitized by Google

110 Si tamen in Eccleſia alienæ parochiæ quis ſepulturam elegerit, quod & Canones, ſi contemtus abſit, permittunt *in c. 1. & paſſim* ✕. *de Sepult. & in c. 1. pr. ead. in 6.* Vid. *Schilt. lib. 2. Inſtit. Jur. Canon. tit. 14.* §. *3.* æquiſſimum quoque eſt, ut Eccleſiæ parochiali ejusq; miniſtris conſveta *Stolæ* jura exſolvantur. Siquidem pro funeris ductione & concione funebri, omnibus ferme in locis, miniſterio Eccleſiaſtico atque ludimoderatoribus certum ſolvendum eſt honorarium, cui in quibusdam locis pannus ſuperadditur niger, de quo vid. *Carpzov. lib. 1. def. Eccleſ. 116. & ſeq.* quod quis per electionem ſepulturæ in alia parochia miniſterio Eccleſiaſtico intervertere nequit, præſertim cum ſalaria ſint ſæpius tam exigua, ut tale lucellum Clericis invidendum non ſit. *Carpz. cit. lib. 1. def. Eccleſ. 110. & 112. atq; Dn. Stryck. ad Brunnem. Jus Eccleſ. lib. 2. cap. 5. §. 7.*

111 *Chariſterium* deniq; (3) ſive *Charitativum* ſubſidium (quod *L. Diæceſana* cum *Eraſm. à Cochier.* aliisque expreſſe adſcribit *Barboſ. lib 3. Jur. Eccleſ. c. 21. n. 50.* quamvis & ſuo modo, propter adjunctã coactionem, ad jurisdictionem referri poſſit,) præter hactenus enarrata Epiſcoporum compendia, in ſubſidium quaſi excogitatum, & ſuavi quidem charitatis nomine inſignitum eſt, ut non niſi liberalitati alicujus commiſſum eſſe cenſeatur, unde & *doni gratuiti*, aliisque ejusmodi ſpecioſis titulis deprædicatur; ſed tamen in effectu nil, niſi onus neceſſario exſolvendum complectitur, dum recentiores Canoniſtæ precibus quidem ab initio & ex charitate ſecundum ſuam inſtitutionem poſtulandam, rationabili tamen cauſa exiſtente refractarios & renitentes, etiam invitos, ad ſolutionem compellendos eſſe cenſent, juxta *Innoc. Hoſtienſ. Johann. Andr. Butr. Panormit. ad c. cum Apoſtolus. 6.* ✕. *de Cenſ.* aliosque, quos laudat ac ſequitur *Wagnereck. ad d. c. 6.* Conſentit *Profper. Fagnan. ad c. 16.* ✕. *de Off. jud. ordin. n. 39. in fin.* cum unicuiq; & ſic multo magis Epiſcopo, inopia laboranti, ſubveniendum ſit, quæ ratio per ſe equidem haud irrelevans eſt, cum tempore penuriæ atq; famis divites præprimis poſſint cogi ad erogandas eleemoſynas, prout cum *Petr. Rebuff. de Privileg. Scholar.* tradit *Dn. Stryck. ad Brunnem. Jus Eccleſ. lib. 1. cap. 6. membr. 7.* atq; deducit *Azor. p. 2. Inſt. moral. lib. 9.*
112 *cap. 14. q. 3.* ſed valde dubitamus, an hanc limitationem Canoniſtæ ad omnes charitativi ſubſidii ſpecies applicare poſſint. Adſcribi-

ſcribitur autem hoc jus exigendi ſubſidium charitativum *in c. conquerente. 16.* ✠. *Off. jud. ord. & cit. c. 6.* ✠. *de Cenſ.* Epiſcopis, per eosque Archi-Epiſcopis & omnibus aliis, quibus jura Epiſcopalia competunt, adeoque etiam Capitulo, ſede vacante, juxta communem Canoniſtarum ſententiam, Coadjutoribus atque Commendatariis perpetuis Eccleſiarum Cathedralium, non vero vicariis generalibus, niſi ſpeciali Epiſcopi mandato muniti ſint. Vid. *Bellencin. de Charit. ſubſid.* poſt eumque *Barboſ. lib. 3. Jur. Eccleſ. cap. 21. num. 8. & ſeq.* atque *Wagnereck. ad cit. cap. 6.* ✠. *de Cenſ. not. 5.*
Exigunt hoc ſubſidium Epiſcopi à Clericis & Eccleſiis ſuæ diœceſeos, per *ſap. laud. c. conquerente. 16.* ✠. *de Off. jud. ord.* & quidem de fructibus & reditibus beneficiorum, qui, etiamſi ex aliena diœceſi percipiantur, tamen conſiderantur reſpectu Eccleſiæ, cujus curam Clerici gerunt, adeoque ad Subſidium Epiſcopi, in cujus diœceſi Eccleſia ſita eſt, obſtringuntur, cum hoc onus ſuſtineant Clerici ratione Eccleſiarum, quibus præſunt. *Azor. Inſt. moral. p. 2. lib. 9. c. 14. q. 6. verſ. quid dicendum.* Excipiuntur tamen (1) Clerici, qui beneficium plane non habent, etſi amplum aliàs poſſideant patrimonium, (2) pauperes, qui ex beneficiorum reditibus ultra commodum & honeſtum victum nihil acquirunt, qui, ſi minueretur, graverentur, vid. *c. licet. 4.* ✠. *de Præb.* Hæcque porro eſt ratio, quod quotidianæ diſtributiones non ſint operandæ ſubſidio charitativo, quia nomine fructuum non continentur, ut demonſtrat *Barboſ. lib. 3. Jur. Eccleſ. cap. 18. n. 8.* (3) Hoſpitalia, præprimis illa, quæ Epiſcopi autoritate non ſunt fundata, niſi titulum beneficii habeant. Monaſteria quoque (4) ab hoc ſubſidio charitativo, tanquam L. Diœceſanæ ſpecie, ſunt immunia, niſi habeant Eccleſias ſeculares ſibi ſubjectas, quæ, antequam ad monaſterium traſierunt, ſolvere conſueverunt tale ſubſidium, juxta *Clem. 1. & 2. de Cenſ.* Nec eo gravari poſſunt (5) Eccleſiæ exemtæ, maximè ſi exemtio ſit facta cum plena libertate, niſi habeant populum non exemtum, tandemque (6) laici. Quamvis enim *in c. cum apoſtolus. 6. verſ. prohibemus.* ✠. *de Cenſ.* indiſtinctè aſſeratur, poſſe Epiſcopum hujusmodi ſubſidium à ſubditis petere, quales tam clerici, quam laici eſſe videntur; Attamen de clericis ſolum & Eccleſiaſticis ſubditis hoc ipſum exaudiendum eſſe, arguit non ſolum *d. c. 16.* ✠. *de Off. jud. ord.* ſed & argu-

113 114 115

argumentum a ſimili, quod procurationes à laicis non exigantur.
116 Vid. *poſt Archidiacon. Wagnereck. ad d. c. 6. not. 7.* Requiritur autem ad ſubſidium hoc charitativum non ſolum, ut ſit moderatum, per *c. 16. ✠. de Offic. jud. ordin. & c. 6. ✠. de Cenſ.* ſed etiam, ut exigatur ex cauſa manifeſta & rationabili, qualis juxta *Panormit. ad d. c. 16. n. 2.* in genere eſt, quam nemo bonus & rerum gnarus improbare poteſt, in ſpecie *ab Azor. cit. cap. 14. qu. 4.* variæ recenſentur, ut (1) ſi Epiſcopus contraxit debita pro defenſione Eccleſiæ ſuæ, eaque aliter commode ſolvere nequeat, (2) ſi erogavit magnos ſumtus & impenſas in negotia totius diœceſeos, (3) ſi rem magni momenti, v. gr. caſtrum vel oppidum emit, ad ſuæ Eccleſiæ conſervationem, (4) ſi iter ſuſcipiat ad Papam vel Imperatorem propter Eccleſiæ vel diœceſeos ſuæ utilitatem, (5) ſi viſitanda ſint limina Apoſtolorum, ad quam viſitationem obligatur Epiſcopus vi juramenti, (6) ſi vocatus eat ad Concilium generale vel ad provinciale, juxta *Innoc. ad. c. 1. ✠. de Stat. monach.* (7) ſi recipiat conſecrationem, (8) quando reditus Epiſcopatus impares ſunt ad idonee ſuſtentandum Epiſcopum, (9) quando bellum Epiſcopo ſine cauſa movetur, nec ſufficiunt reditus ad expenſas; ex qua cauſa haud ita pridem *Clerici in Epiſcopatu Aichſtettenſi ad invaſiones hoſtiles Gallicas avertendas ad ſubſidii hujus exſolutionem* ad-
117 ſtricti fuerunt. Plures & quidem quindecim cauſas exigendi ſubſidium charitativum recenſet *Gonny de Charit. ſubſid. q. 5. per tot.* quibus alias ſuperaddunt *Boer. dec. 133. & 134. atq; Menoch. lib. 2. A. I. Q. caſ. 178. n. 4. & ſeq. Hoſtienſ. in Summ. tit. ut benef. Eccleſ. ſine diminut.* conf. *Bellencin. de Subſid. charit. q. 19. & ſeq.* ex quibus apparet, quod hanc rationabilem cauſam tam amplam faciant Canoniſtæ, ut ſub ea varia Epiſcoporum deſideria, etiam pro ingreſſu in provinciam, pro jucundo adventu, & ejusmodi plura alia complectantur, quæ ad neceſſitatis urgentis ſpecies haud referri poſſunt. Non fruſtra ergo Archiepiſcopo Burdegalenſi in immoderata hujus ſubſidii exactione ſe oppoſuerunt nonnulli Clerici ac Canonici, ut refert *Nicol. Boer. cit. deciſ. 133.* Quod ſi vero Clerici aſſerant, non ſubeſſe cauſam manifeſtam exigendi hoc ſubſidium, ſunt vel arbitri eligendi, qui litem componant, juxta *Hoſtienſ. Joban. Andr. Butr.* aliosque id probantes *per c. ſi clericus. 46. c. 11. q. 1.* vel adeundus eſt Superior, Archiepiſcopus vel Papa,

Papa, teſt. *Panormit. cit. loc. n. 5.* Recurrente quoque manifeſta & 118
rationabili cauſa ſæpius exigi poteſt. *Azor. d. c. 14. qu. ult.* Ita tamen, ut pro hujusmodi ſubſidio pignoris loco non capiantur vel diſtrahantur calices, libri vel alia Eccleſiaſtica ornamenta, *arg. clem. ult. de Decim.* nec ſolutio æſtimetur ſecundum ipſa beneficia Eccleſiaſtica, ſed pro fructuum ſolum quantitate, ex quibus ſubſidium charitativum exſolvendum eſt, juxta antea dicta, & tradita *Bellentin. de Charit. ſubſid. q. 34.* Quamvis vero de moderno 119
uſu hujus ſubſidii charitativi propter exemplum antea adductum in terris Catholicis haud dubitandum ſit, præprimis quia Canoniſtæ aſſerunt, non poſſe Epiſcopum illud in totum remittere, nec Clericos aut Eccleſias ab hoc onere liberare, quod ſit fundatum in jure communi & publico, imo in naturalis æquitatis & charitatis divinæ lege; ob quam cauſam nec à Principibus ſecularibus impediri poſſe cenſent. Vid. *Wagnereck. ad cit. c. 6. n. ult.* Attamen, quia ſub ſpecioſo hoc nomine charitatis ampliſſima latet poteſtas exigendi ſubſidium charitativum, tanquam ſpecies munerum atque collectarum extraordinariarum, Superioribus, qui Jura Epiſcopalia exercent, adſcriptum eſt, quibus alioquin jus colléctandi Superioritatis territorialis jure competit. Vid. *præter hactenus adduct. Autores Diſſ. noſtr. de Subſid. charitat.* in qua non ſolum ſubſidium Eccleſiaſticum, ſed etiam ſeculare prolixius explicavimus. Tandem denique nonnulli *L. Diœceſana* eſſe vo- 120
lunt executionem piæ voluntatis, atque imperandi facultatem, ut clerici pro negotiis Eccleſiæ ab Epiſcopo ad alia loca mittantur, vid. *Laurent. Ohm. de Jur. Epiſc. th. 17. lit. n. atq. Innocent. ad c. 1. ✠. de Stat. monach. n. 2.* Aſt licet poſterior facultas certo modo ſub reverentia & obedientia debita contineatur; rectius tamen utrumque ad ſubſequens Jurisdictionis caput referimus, huicque labori cum Deo imponimus

FINEM.

Digitized by Google

CAPUT XI.

De

Jurisdictione Epiſcopali.

Summaria.

1. *Juriſdictionem Epiſcopalem* tam in genere quoad ortum & progreſſum, quam in ſpecie quoad ſuas functiones conſiderandam ſiſtit.
2. Per ſe ad ſtatum Eccleſiæ Chriſtianæ neceſſaria non eſt.
3. Hinc Salvator noſter & Apoſtoli judiciariam poteſtatem recuſarunt.
4. Dubia, adhibita diſtinctione inter vim coactivam atque poteſtatem dogmaticam ſive ſpiritualem, removentur.
5. Ipſa quoque Excommunicatio nonniſi medicinalis & privativa bonorũ ſpiritualium pœna eſt, ſeculari opus habens brachio.
6. Alia huc facientia *ex Petr. Suav. Polan.* adducuntur.
7. Ipſæ lites civiles rariores fuerunt inter primævos Chriſtianos.
8. Emergentes tamen aut fratribus aut miniſtris Eccleſiæ, ut componerent, commiſerunt.
9. Nec non Senioribus miniſterii, qui aſſeſſores ſibi aſciverunt & in delictis proceſſum Salvatoris *Matth.* 18. propoſitum obſervarunt.
10. Relicto condemnatis arbitrio, an parere velint, nec ne.
11. Ratio cur Chriſtiani Epiſcoporum & Clericorum judicium ſubierint.
12. Hoc duravit usque *ad Sec. III.* quo Epiſcopi ad juriſdictionem & magnitudinem aſpirare cœperunt.
13. Adducuntur hanc in rem verba *Petr. Suav. Polan.*
14. Perſecutionibus ceſſantibus Epiſcopi tribunalia erexerunt.
15. Ipſis *Conſtantinus M.* poteſtatem judicandi conceſſit.
16. Qua tamen conceſſione ad Epiſcopos nil, niſi nuda cognitio, tranſiit, nec *Conſtantinus* juri in Clericos renunciavit.
17. Formata judicia Eccleſiaſtica Epiſcopi augere tentarunt.
18. Sed retinentibus ſemper Imperatoribus, ut probant illorum conſtitutiones.
19. Retinuerunt ergo ſuam in Clericos poteſtatem, etſi ipſis

ipſis plura conceſſerint beneficia.
20. Quod jus exercuit quoque *Juſtinianus.*
21. Epiſcopi ergo his temporibus non habuerunt jurisdictionem, ſed judiciis præfuerunt tanquam delegati Imperatorum.
22. Verum non ceſſarunt judicia ſua tam in Occidente, quam Oriente extendere,
23. Et majorem ſibi ſemper vindicare poteſtatem, usque ad tempora *Caroli Magni.*
24. Temporibus *Car. M.* judicia Epiſcopalia magis efflore- ſcere cœperunt.
25. Imperatoriam quidem poteſtatem in eos retinuit *Car. M.* vigore cujus *Miſſos regios* conſtituit.
26. Correctionem tamen Imperatorum noluerunt amplius admittere Epiſcopi.
27. Denique poſt latam à *Friderico Auth. Statuimus, C. de Epiſc. & Cler.* creditum fuit, Epiſcopis jurisdictionem à jure divino eſſe conceſsā.
28. Hoc modo jurisdictio Epiſcopalis maxima & transcendens facta; ac ſpeciali Proceſſu judicia Eccleſiaſtica adornata ſunt.
29. Perinde ergo, ut *Juris Epiſcopalis* in genere, ita & *Jurisdictionis Eccleſiaſticæ* in ſpecie incrementa juri poſitivo accepto ferenda ſunt.
30. Jurisdictioni Eccleſiaſticæ augmenta acceſſerunt (1) per *territoria, dignitates & officia aulica*; ab Epiſcopis acquiſita.
31. (2) Per excogitatas *cauſa mixti fori.*
32. (3) Per colorem *peccati incidentis & perjurii.*
33. (4) Per *judices Conſervatores,* ubi quid ſint, & quanta per illos orta ſit rerum perturbatio.
34. (5) Per *cauſas* ob *negligentiam judicum ſecularium* jurisdictioni Eccleſiaſticæ in ſubſidium adſcriptas.
35. (6) Per *præſcriptiones*, & denique (7) per cauſas *viduarum & pupillorum* judicio Eccleſiaſtico aſſignatas.
36. Contra has extenſiones conqueſti ſunt *Princ. & Stat. Imp.* in *Comitiis Noribergenſibus.*
37. & 38. Nec immerito, ob rationes adductas.
39. Sed nihil obtinuerunt, nec ulla ſpes ſupereſt ob *Concordata Nationis Germanicæ.*
40. Unicus *Recurſus ad Nuntios* Apoſtolicos & Curiam Romanam in cauſis civilibus *per Rec. Imp. noviſſimum*

 ſub-

ſublatus, & *Conſervatorum* uſus in *Concil. Trident.* reſtrictus eſt.

41. Soli quoque *Proteſtantes ſuſpenſionem Jurisdictionis Eccleſiaſticæ & Concordatorum* promeruerunt.

42. Quorum Superioribus jurisdictio Eccleſiaſtica reſtituta eſt, quia tamen exemtiones Clericorum transtulerunt ad Conſiſtoria.

43. Jurisdictio Eccleſiaſtica circa varia verſatur capita.

44. Et quidem (1) circa *perſonas Clericorum* ſive majorum ſive minorum Ordinum, modo in his poſterioribus quatuor concurrant.

45. Hinc beneficiati omnes fori privilegio gaudent.

46. Etiam Clerici conjugati minorum Ordinum.

47. & 48. Clerici hi conjugati non ſolum in criminalibus, ſed etiam in civilibus cauſis fori privilegio gaudent.

49. Qua occaſione demonſtratur, quinam Clerici de Jure Canonico ad matrimonium admittantur.

50. Ampliative extenditur hoc privilegium Clericorum.

51. Etiam ad familiares Epiſcopi, ubi, quinam pro talibus habeantur.

52. & 53. De reliquorum Clericorum famulis, non ad paucos dies conductis, idem aſſerunt Canoniſtæ communiter, ſed alii non ſine ratione diſſentiunt.

54. Judices ſeculares ex domo Clericorum nec famulos, nec etiam concubinam Clerici, extrahere poſſunt.

55. Privilegium hoc extenditur etiam ad Regulares, aliosque miniſteriis Eccleſiæ aut Hoſpitalium deputatos.

56. Nec poteſt ſecundum jus Canonicum tolli per renunciationem.

57. Quæ aſſertio ob rationes adductas dubia redditur, & in Eccleſiis Proteſtantium non obſervatur.

58. Ceſſat hoc privilegium in Clericis in crimine flagranti & fuga deprehenſis; Nonnunquam etiam, ſi de ſtatu Clericali dubitetur.

59. Item ſi laico ſuccedant, aut evictionem emtoribus præſtare debeant.

60. Porrò, ſi Clericus reconveniatur de cauſa civili.

61. Si cauſa concernat bona immobilia Clericorum ſecularia vel feudalia.

62. Aut adminiſtrationem officii ſecularis.

63. In *Eccleſiis Evangelicis* jurisdictionem Eccleſiaſticam in

in Clericos exercent Superiores eorumque Conſiſtoria.

64. Foro ergo privilegiato gaudent Clerici primarii & ſecundarii, eorumque familia, ubi de famulitio conducto.

65. Extenſio hujus fori privilegiati.

66. Ceſſat etiam illis caſibus, quibus de Jure Canonico.

67. Porro, ſi Clerici ſubeant perſonam actoris.

68. Nec non ſi *ex L. Diffamari* conveniantur.

69. Aut ob cauſas criminales.

70. Denique ſi foro huic privilegiato renunciaverit.

L. *Diœceſanam* inſequitur nunc *Juriſdictio Epiſcopalis*, quam 1
in tota diœceſi ejusque partibus Epiſcopi exercent, de cujus à L. Diœceſana differentia ex antecedentibus, ut opinamur, ſat abunde conſtabit. Quocirca ut de ea amplius ſoliciti ſimus, neceſſarium haud eſſe cenſemus; quin potius ratio ordinis ſuadere videtur, ut eandem nunc & quidem tum in *genere*, quoad ortum & progreſſus, quos habuit, tum etiam in *ſpecie*, quoad diverſas, quas ſub ſe continet, partes, ſive functiones, conſideremus; ſicque recenſeamus, quibus gradibus eo potentiæ creverit, quæ & Principibus ſuſpecta, & Nationibus cunctis formidabilis reddita eſt.

Et quidem, ſi, quoad *Juriſdictionis* hanc *in genere*, Eccleſiæ 2
Chriſtianæ ſtatum inſpiciamus, nihil inveniemus, quod juriſdictione, qualis in Republica civili vel recepta eſt, vel etiam neceſſario recipienda erat, opus eſſe perſuadeat. Doctrina enim Evangelica, per quam Eccleſia, tanquam cœtus fidelium, colligitur & conſervatur, unice occupata eſt in vita æterna, tanquam fine, obtinenda, illamque intendit non per vim quandam coactivam ſed per modum ſuaſionis & admonitionis. Quamobrem ipſe Salvator *Joh. 8. v. 36.* confeſſus eſt, regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, quo ipſo indigitavit: Eccleſiam nec territorium, nec jus gladii, carceris aut alterius pœnæ corporalis divinitus conjunctam habere, nec ejus naturæ eſſe, ut cætera regna, quæ vi armata ejusque miniſtri poteſtate quadam externa muniri debent.
Hancque ob cauſam judiciariam poteſtatem, ne imploratus qui- 3
dem, quoad judicium familiæ erciſcundæ inter duas fratres exer-

 cere-

cere voluit, prout conſtat ex *Luc. 12. v. 13. & 14.* Salvatoris exemplum ſecuti deinceps ſunt Apoſtoli, quæ ratio eſt, quod Paulus *Phil. 3. v. 20.* noſtrum πολίτευμα in cœlis, atque *2. Cor. 10. v. 2.* arma militiæ noſtræ non carnalia eſſe dicat, quia anima, quæ proprium objectum doctrinæ Evangelicæ eſt, nullo externo principio moveri, nec intellectus ullo judicio extrinſeco in obſequium Chriſti cogi poteſt, ut per talem coactionem vera conſtituatur Eccleſia. Omnibus equidem Chriſtianis *Matth. 18. v. 15. &*
4 *ſeqq.* fraternam correctionem demandatam, atque Apoſtolis eorumque legitimis ſucceſſoribus, Miniſtris Eccleſiæ, poteſtatem clavium, ſive ſolvendi & ligandi *Matth. 16. v. 19.* atque *Joh. 20. v. 22.* conceſſam eſſe legimus, ut adeo diffiteri nequeamus: Miniſterium Eccleſiaſticum, ut ad frugem reducantur homines, à lege divina & bonis moribus aberrantes, præter prædicationem verbi divini & adminiſtrationem ſacramentorum, habere quoque emendationem & correctionem peccantium, quam poteſtatem dogmaticam vocavimus *in Proœm. c. 2. huj. Tract. n. 2. & 7.* Certiſſimum tamen eſt, eam ex inſtitutione Chriſti & primæva ſua natura neutiquam adjunctam habere jurisdictionem & vim coactivam, ſed à miniſtris Eccleſiaſticis *eccleſiaſtice* ſolummodo, per remiſſionem & retentionem peccatorum, exercendam eſſe, adeoque non tam jurisdictionalem, quam ſpiritualem potius poteſtatem, ſacro miniſterio cohærentem, conſtituere. Quapropter &
5 ipſa graviſſima ſpiritualium pœnarum, excommunicatio ſcil. ſive excluſio à viſibili Eccleſiæ cœtu, quantacunque etiam ſit, revera non, niſi medicinalis & privativa, non bonorum temporalium, ſed ſpiritualium & Eccleſiæ propriorum eſt, nec in effectu deduci poteſt, niſi excommunicatus ſe ipſi ſponte ſubjiciat; reſiſtentem, qui ſeſe iterum cœtui fidelium ingerit, poteſtas Eccleſiaſtica, qua talis, externa adhibita vi repellere nequit, ſed ad contumaciam coercendam Magiſtratus ſecularis auxilium implorare debet, quem modum contra peccatores contumaces atque in criminibus permanentes obſervandam eſſe duxit *Concil. Turonenſ. III. c. 41.* in verbis: *Quos oportet per ſecularis potentia diſciplinam à tam prava conſuetudine coerceri, qui per ſalutifera Sacerdotum monita noluerunt revocari.* Videantur, quæ hanc in rem optime proponit
6 *Petr. Suav. Polan.* ſive potius ſub hoc nomine latens *Paul. Sarpius*

Servit.

Servit. Venet. in Hiſtor. Concil. Trident. lib. 4. in diſcurſ. de Epiſcopalis Jurisdictionis origine & incrementis, ubi Chriſtum Apoſtolis, cum commiſſa Sacramentorum adminiſtratione, magnum quoque mandatum, ut diligerent ſe invicem, & offenſas mutuo condonarent, reliquiſſe, piumque hoc charitatis officium, pro curanda injuriati ſatisfactione & delinquentis venia, perpetuum Eccleſiæ primitivæ opus & exercitium fuiſſe docet. Mandato 7
huic convenienter *Paul. 1. Cor. 6. v. 1 & ſeq.* præcepit, ne, ſi lites inter fratres exorirentur, infidelium tribunalia adirent, ſed viris potius prudentibus, ex Chriſtianorum cœtu collectis, controverſias dijudicandas permitterent. Quapropter, poſt Apoſtolorum tempora, in ipſis quoque civilibus litibus agitandis & judiciis exercendis parciores fuerunt Chriſtiani, ac vel verbi divini miniſtris controverſias amicabiliter componendas reliquerunt, vel, ſi prorſus fuerit contendendum, Chriſtianis potius fratribus, tanquam arbitris, ipſarum deciſionem commiſerunt, quàm ut gentilium & infidelium cognitioni ſe ſubjicerent. Au- 8
ctis porro & multiplicatis Chriſtianis integra miniſtrorum Eccleſiæ collegia conſtitui, atque ſub directione unius vel ætate vel prudentia ſenioris, ſive Epiſcopi, gubernari cœperunt, quorum probitas & charitas effecit, ut illis magis magisque, vel per modum amicabilis compoſitionis, vel per modum arbitrii cauſæ committerentur. Sic ſenſim invaluit, ut ſi qua contentio naſceretur, Epiſcopi & Sacerdotes, qui tum fuerunt, rem quovis modo componerent, aut deciderent, juxta monitum Paulinum antea citatum. *Dn. Ziegler. in Dicaſt. concl. 16. §. 16.* Epiſcopi tamen 9
& Sacerdotes, maxime ſi de delicto quæſtio eſſet, aſſeſſores ſibi quandoque etiam de plebejorum ordine adſciverunt, inque eorum cognitione proceſſum à Chriſto *Matth. 18. v. 15. & ſeqq.* præſcriptum obſervarunt, ita ut ſi corrigi non poſſet delinquens, excluderetur tandem à corpore Eccleſiæ & cœtu fidelium, de quibus omnibus prolixius videri poteſt *Dn. Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 30. §. 25. & ſeq.* Atque hi procedendi modi qualitercunque comparari poterant judiciis, alter quidem circa controverſias civiles judiciis civilibus, alter vero, qui circa delicta occupatus erat, judiciis criminalibus. Neutrubi tamen vel jurisdictio 10
vel imperium aliquod præſto fuit, ſed utrobique liberum

erat damnatis, parere arbitrio aut decreto, & non parere, niſi quod gravior expectanda eſſet excommunicatis pœna à divino judicio, quam ob cauſam ægre Eccleſiam illam decrevit, & nonniſi cum aliorum planctu, prout *ex Paul. pr. Epiſt. ad Corinth. c. 5. v. 2.* colligit *Petr. Suav. Polan. in Hiſtor. Concil. Trident. cit. loc* ubi multa egregia huc facientia proponit, ex quibus omnibus colligi poteſt, quod veteres Patres & Epiſcopi decreta ſua rectius Canones, quam LL. ob deficientem vim externam, appellaverint.

11 Vel maxime autem propterea litigantes forum hoc Eccleſiaſticum ſelegerunt, quod perſvaſum haberent, propter autoritatem Epiſcoporum & Clericorum æque ac religionis cultum, cujus illi erant doctores & antiſtites, omnia ſincerius & celerius peragi poſſe. *Ziegler. in Dicaſt. cit. concl. 16. §. 17.* Hicque mos procedendi ac per arbitros, præprimis ſacerdotes, in cauſis civilibus cognoſcendi duravit usque dum judices inter Chriſtianos autoritate publica conſtitui cœperunt, adeoque etiam *ſec. III.* ævo *Cyprian.* adhuc viguit, ſi credimus illis, quæ ex ipſius *Epiſt.* allegat *Petr. Suav.*

12 *Polan. cit. loc.* Sed tamen & hoc ipſo *ſec. III.* cœpiſſe Epiſcopos ad illam, quam poſtea conſecuti ſunt, jurisdictionem, magnitudinem & pompam aſpirare, ex aliis, quæ *Origines* de ſui temporis Epiſcopis non ſemel dixit, atque de *Pauli Samoſateni* moribus Epiſcopi in Synodo Antiochiæ congregati *apud Euſeb.* propoſuerunt, ſat abundè liquet, quibus omnibus cognitio cauſarum civilium, ob ſaluberrimum Apoſtoli monitum, ex pia intentione Miniſtris Eccleſiæ eorumque ſenioribus ac directoribus commiſſa, inter alia non minimam præbuiſſe videtur anſam. Talia quidem auſum fuiſſe Epiſcopum eo tempore, quo perſecutionibus Imperatorum adhuc preſſa fuit Eccleſia Chriſtiana, vix credi poſſet, niſi atteſtarentur tam inſignia rerum monumenta, non *cathedram* tantum in Eccleſia habuiſſe hunc *Paulum* Epiſcopum, ſed etiam tribunal & *ſecretum*, ſive ſecretarium, quod proprium erat magiſtratuum & judicum majorum. *Vid. Dn. Ziegler. cit. cap. 30. §. 32.*

13 *& ſeq.* Apposite proinde de hiſce temporibus ſequentia proponit *Petr. Svav. Polan cit. loc. Fecit Epiſcoporum id temporis probitas & charitas, ut in illorum opinione prope omnes acquieſcerent, paulatimque Eccleſiæ cauſam dedit, poſtquam charitas illius refrixerat, & munus à Chriſto illi impoſitum negligenter adminiſtrari cœperat, curam*

omnem

omnem in Epiſcopum conjiciendi, ambitio autem &c. perſuaſit Epiſcopis,
obviis eam ulnis amplexari. Verum iſthæc mutatio ad ſummum 14
non pervenit, niſi poſteaquam à perſecutionibus ceſſatum fuit;
nam tunc Epiſcopi velut tribunal ſibi erexerunt, quod, litigandi
cauſis una cum acceſſione facultatum temporalium auctis, eva-
ſit ſubito frequentiſſimum. Poſtquam enim Conſtantinus ad
Chriſtianam fidem converſus eſt, ſicque plenam tranquillitatem
Eccleſia acquiſivit, non ſolum curavit, ut Reipubl. adminiſtran-
dæ & judiciis regendis præficerentur magiſtratus, qui & viri boni
& in fide Chriſtiana imbuti eſſent; Sed etiam juris dicendi pote- 15
ſtatem Epiſcopis in clericos, ſimul ac in quoscunque, ſiquidem
profanorum judicum cognitionem declinarent, conceſſit, porro-
que conſtituit, ut quod Epiſcopi judicaſſent, robur & autorita-
tem ſententiæ haberet, atque à Magiſtratu civili executioni man-
daretur, teſte *Sozomen. in hiſtor. Eccleſ.* Hæc conſtitutio hodie for-
taſſis nullibi amplius extat, ſiquidem illa conſtitutio, quæ *in l. 1.*
C. Theod. ſub extravagant. ac ſubdititio tit. de Epiſc. Jud. Conſtan-
tino tribuitur, *à Jacob. Gothofr.* erudite falſitatis arguitur; Atta-
men poſt Conſtantinum illam ipſam ſanctionem *ab Arcadio in l.*
7. C. de Epiſc. aud. approbatam legimus, quæ *ex l. 8. C. de jud.* haud
deformata eſt, ut ſuſpicatur *Jacob. Gothofr. ad l. 10. C. Theod. de*
juriſd. propterea notatus *à Ziegler. in Dicaſt. concl. 16.* Nec quid
obſtat, quo minus, quod Judæis ante hac conceſſum fuit, ad ju-
dicia quoque Chriſtianorum Epiſcopalia transferatur. Sic igitur
factum, ut, quæ levia habuerunt initia, judicia Epiſcopalia, de-
inceps autoritate publica niterentur, hocque modo forum habe-
rent ad quasvis controverſias examinandas valde opportunum,
ut, cum antea arbitrorum ſolum vices ſuſtinuiſſent, nunc quo-
que judicum proprie dictorum perſonas gererent. Quod ſi ta- 16
men, quæ res ſit, dicendum, per hanc ipſam conceſſionem, ſed
demandatam pariter magiſtratibus civilibus executionem, nil ni-
ſi nudam cognitionem cauſæ acceperunt, ſicque hactenus judi-
cibus pedaneis Juris Romani ſimiles fuerunt Epiſcopi. Neutiquam
enim Conſtantinus, ut male nonnulli ex ipſius facto, quod con-
troverſiis de perſonis Eccleſiaſticis ſe immiſcere noluerit, relato *à*
Gratian. in c. 5. c. 11. q. 1. colligere conantur, de perſonis Eccleſia-
ſticis judicandi poteſtatem ſibi denegavit; multominus ſpuriam

Digitized by Google

illam conſtitutionem, Epiſcopali jurisdictioni plus juſto faven-
tem, imo magnam & exſuperantem plane poteſtatem conferen-
17 tem, cujus jam antea mentionem fecimus, promulgavit; Sed
eo tantum favore Ordinem Eccleſiaſticum excepit, ut Epiſcopis
poteſtatem de certis cauſis cognoſcendi indulgeret. Equidem ne-
gari vix poteſt, quod, formato ita judicio Eccleſiaſtico & Impe-
riali autoritate conſtituto, proxima Epiſcoporum cura fuerit, ju-
dicium hoc, ad quod ab Apoſtolo ſe deſtinatos credebant, ut per
verba *Auguſtini* comprobat *Dn. Ziegler. in Dicaſt. d. concl. 16. §. 16.*
non ſolum ampliare, ſed etitm proſpicere, ubi ipſorum Epiſcopo-
rum cauſæ, ſicubi reorum partes ſuſtinerent, diſceptari deberent:
quam ob rem *in Concil. Nicæn. I. c. 5.* jam factum erat quoddam
decretum, ſed ad excommunicationis duntaxat negotium reſtri-
ctum, pleniorque poſt Conſtantini mortem à filio Conſtantio
18 prodiit conſtitutio, quæ habetur *in l. 12. C. Theodoſ. de Epiſc.* Ve-
rum, licet *d. l. 12.* indefinite & indiſtincte ſit concepta, attamen
à Jacob. Gothofr. in Comm. ad leviora ſolùm & Eccleſiaſtica reſtrin-
gitur delicta, ac pro temporaria habetur, nec ad Presbyteros pot-
eſt extendi, qui in cauſis, præſertim criminalibus, à judiciis ſe-
cularibus prorſus exemti non fuerunt. Hinc & Imperatores Va-
lens, Gratianus & Valentin. per legem publicam *in l. 23. C. Theod.*
de Epiſcop. diſtinctionem inter cauſas Eccleſiaſticas & criminales
introduxerunt, ac poſteriores civilium judicum aut Imperatoriæ
cognitioni reſervarunt, tandemque Imperat. Valentin. creſcenti
Clericorum & Monachorum cupiditati, hereditates viduarum &
pupillorum captantium, frænum injecit *in l. 20. C. Theod. eod.* ut
alia plura hanc in rem facientia taceamus, de quibus videri pot-
19 eſt *Dn. Ziegler. cit. c. 30. §. 43. & ſeq.* Ex quibus omnibus ſat
abunde liquet, jam inde quidem à Conſtantini Magni imperio
Clericos forum ſuum privilegiatum accepiſſe, cùmque eis Epiſco-
pos varia à Conſtantino ad Juſtinianum usque promeruiſſe bene-
ficia, interque ea hoc, quod comparati fuerint Præfectis Prætorio
hactenus, quod eorum ſententiæ exemtæ fuerint appellationi *in*
l. 8. C. de Epiſc. aud. quæ privilegia Juſtiniano vel propterea haud
diſplicuiſſe videntur, quod Codici ſuo inſeruerit; Neutiquam
tamen Conſtantinum, aut ejusdem Succeſſores autoritate ſua
in Clericos ſe ſpoliaſſe, aut omni in perſonas Eccleſiaſticas re-
nun-

nunciaſſe poteſtati, ſed exemiſſe ſolum à jurisdictione judicum inferiorum, ita quidem, ut ſuam in illos retinerent integram poteſtatem, atque delegaſſe tantummodo Prælatis Eccleſiaſticis quandam notionem inter perſonas ſacras, juxta *Dn. Ziegler. ad Lancel. lib. 3. tit. 1. §. 4.* hunc in finem, ut minori cum ſcandalo magis compendioſe cauſæ Clericorum deciderentur, ſalvo ſemper Imperatorio jure. Vigore hujus juris Majeſtatici verò ipſe 20 *Juſtin. in l. 29. pr. C. de Epiſc. aud.* inſtantias Eccleſiaſticorum certas ordinavit, quas poſtmodum in *Nov. 79. c. 1.* ad Monachos & moniales extendit, ſimulque in *Nov. 83.* quoad cauſas Clericorum pecuniarias Epiſcopum judicem eſſe voluit: In criminibus porrò Eccleſiaſticis, quæ à Clericis, qua talibus, committuntur, coërcitionem Epiſcopis reliquit, communia autem delicta puniri voluit ab ordinario judice loci & Magiſtratu, cui *Nov.* ut querelas & difficultates exortas decideret, poſt biennium ſuperaddidit *Nov. 123.* in cujus *c. 21.* itidem Epiſcoporum in cauſa civili tam abſolutum judicium eſſe noluit, ut eorum ſententiæ acquieſcere cogerentur condemnati, ſed appellationem ad judicem loci ordinarium conceſſit, niſi Epiſcopi ab Imperatore vel alio ſeculari eoque ſuperiori Judice delegati ſint: In cauſis denique criminalibus integrum reliquit accuſatoribus, utrum de criminibus communibus ſive civilibus accuſationem coram Epiſcopo, an coram judice ſeculari inſtituere vellent; ita tamen, ut priori caſu Epiſcopus delinquentem, confeſſum & convictum, exauctoraret, & judici ſeculari, cauſam denuo examinanti, puniendum traderet, juxta *d. Nov. 123. c. 21. § 1.* poſteriori verò caſu, ut ſententiam judicis approbaret Epiſcopus, vel ſi hoc facere nollet, uterq; tam Epiſcopus, quam judex ſecularis, de ſtatu cauſæ certiorem redderent Imperatorem, ejusq; ſententiam requirerent. Ita ergò in 21 omnibus cauſis, Epiſcoporum cognitioni conceſſis, judicibus ſecularibus ſuam in Clericos confirmavit jurisdictionem, ut ſatis colligere poſſimus, veriſſimum eſſe, quod jam antea in *cap. 3. huj. Tract. n. 16. & ſeq.* contra diſſentientes demonſtravimus: De Jure Civili Juſtinianeo Epiſcopos non habuiſſe jurisdictionem verè talem, quod ipſum vocabulum *Audientiæ in rubr. C. de Epiſc. aud.* affatim innuit, atque exemtionem Clericorum, à jurisdictione ſecularium judicum factam, nihil aliud fuiſſe,

quam ſimplicem delegationem, qua, quæ Clericos concernunt, judicia vel omnia, vel quædam, commiſſa ſunt Epiſcopis ab Imperatoribus, ut nomine & autoritate ipſorum Imperatorum ab Epiſcopis, tanquam judicibus pedaneis aut delegatis, exercerentur, ut loquitur *Marc. Ant. de Domin. lib. 6. de Rep. Ecclef. c. 6. n. 62.*

22 Sed enim verò, dum hæc conſtituerunt Imperatores, non ceſſarunt Epiſcopi & Clerici judicia ſua Epiſcopalia magis magisque confirmare & extendere, quod factum præcipuè in *Concil. Chalcedon. in cujus can. 9.* decretum fuit: *Si quis Clericus cum Clerico litem habeat, proprium Epiſcopum ne deſerat, & ad ſecularia judicia ne excurrat.* Hæc verba equidem prorſus non excludere videntur judicia ſecularia, ſecus ac opinantur Græci Interpretes, præprimis quia illis temporibus conſtrictior fuit poteſtas judiciis Epiſcopalibus in Occidente, quam in Oriente conceſſa; Non deſtiterunt tamen Epiſcopi, etiam in Occidente ſuas extendere fimbrias, præcipuè, dum occupatus fuit Juſtinianus in ſua nomothesia, non ceſſaruut Synodi Gallicæ, quamquam verbis generalioribus, ſua hanc in rem decreta continuare, ut ex variis Galliæ Conciliis demonſtrat *Dn. Ziegl. de Epiſc. cit. loc. §. 79. & ſeqq.*

23 Incidit quidem in hæc tempora *Gregorii Magni* Epiſcopatus, qui in judiciis Clericorum ordinandis non ſecutus tantum eſt *Nov. Juſtin.* 123. ſupra allegatam, ſed expreſſis etiam verbis allegavit, *lib.* 11. *Epiſt.* 54. vel ipſo *Gratian.* teſte in *c. de perſona. 38. & ſeqq. cauſ.* 11. *q.* 1. pariterque tunc temporis Imperatores adhuc habuerunt, quod ſuo jure exercuerunt eorundem Anteceſſores: Quæ deinceps habita fuerunt Concilia, ſec. præſertim VIII. repetierunt plerumque ea, quæ antehac conſtituta fuerunt; Cœperunt tamen ſemper Epiſcopi ſibi majorem ſucceſſivè arrogare poteſtatem, inque jura Magiſtratuum ſecularium involare, conniventibus præprimis Magiſtratibus ad atrociora quoque delicta, unde ſuarum partium eſſe putârunt Epiſcopi, cavere, ut non prorſus impunita manerent, præprimis his temporibus, quibus controverſiæ civiles Epiſcoporum judicio vel propterea ſubmiſſæ ſunt, quod nulli tunc eſſent inter ſeculares vel mediocri tantum doctrina inſtructi. Vid. hanc in rem prolixius *Dn. Ziegler. cit. c. 30. §. 79. & ſeq.* usque tandem ſub Carolo Magno, cujus Imperium ſecul. VIII. effloruit, laxior & potentior facta eſt Epiſcoporum po-

teſtas.

teſtas. Poſtquam enim Carolus, debellatis Saxonibus, plurimos 24
inſtituit Epiſcopos, ipſisque ampliſſimam conceſſit dignitatem, ut ſacrâ eorum autoritate debellati in fide & obedientia continerentur, hac occaſione eorum judiciis non ſolum jurisdictio in omnes Clericos & Monachos accrevit, ſed & hæc ampiius ſub Imperio Franconum acceſſit poteſtas, prout cum *Dn. Conring.* teſtatur *Burgold. in Notit. Imper. p. 2. diſc. 20. n. 2.* quod potuerit in vitioſos Chriſtianorum mores pœnis canonicis, etiam excommunicationis, animadvertere, atque cognoſcere de quibusvis cauſis ad judicium ſacrum perlatis. Utut vero hoc ipſo Clericos ſuo 25
nondum exemerit imperio Carol. M. quin potius ſibi ſuisque judicibus reſervaverit, ut, ſi Epiſcopi nollent, aut non poſſent cauſas dirimere, adhuc ſupereſſet aditio judicis ſecularis; ſicut quoque Miſſos regios ex Ordine clericali & laicali conſtituit, ut quotannis inter alia animadverterent, qualiter Epiſcopi, Abbates & Abbatiſſæ ſe gererent, qualem concordiam foverent, & an bonos ac idoneos Vice-Dominos & Advocatos haberent, quorum non ipſi quidem Pontifices de actionibus ſuis æque, ac Imperatorum, recuſârunt judicium, ut liquet ex Epiſtola Leonis ad Ludov. Imperat. apud *Gratian. in c. Nos ſi incompetenter. 41. cauſ. 2. qu. 7.*
Tanta tamen indies autoritate Epiſcoporum acceſſerunt incre- 26
menta, ut ægre tulerint, ſi quando Reges eos in ordinem redigere aut corrigere conati ſunt. Hinc cum Carolus Calvus Hincmarum, Laudunenſem Epiſcopum, quoad ſacramenta Regi præſtita non obſervare diceretur, ad judicium ſeculare venire juſſerat, indignè id maximè tulit Hincmarus Remenſis, prolixam & multis teſtimoniis refertam Epiſtolam ad Carolum ſcribens, eique exprobrans, quod, contra Canones & Conſtitutiones majorum, Epiſcopum ad judicium ſeculare trahere velit; quanquam Hincmarus Remenſis omiſerat, quæ Imperatoribus arma adminiſtrare poſſent. Denique poſtquam *Fridericus* Imperator *in auth.* 27
Statuimus. C. de Epiſc. & Cleric. decrevit, ut nemo perſonam Eccleſiaſticam in civili & criminali quæſtione ad judicium ſeculare traheret, ſub amiſſione ſui juris, & quoad judicem ſub amiſſione poteſtatis judicandi; poſtquam porrò Epiſcopis pariter & actoribus provocandi licentia à Metropolitanis ad Pontificem non ſine ſumma Metropolitanorum injuria & ſumtibus litigantium maxi-

 mis,

mis, contra antiquos Canones, permiſſa fuit, cujus provocationis initium itidem temporibus *Carol. M.* adſcribit *Burgold. cit. diſc. 20. n. 2.* iſta plane mentes hominum occupavit opinio, quod Clerici à juriſdictione laicorum etiam de Jure Divino ſint exemti, & quod judicialis autoritas, Epiſcopis competens, ex Jure Divino ſuam habeat originem, ut propterea nec Imperatoribus conceſſum ſit, quicquam adverſus Clericos decernendi, quam hypotheſin Jus Canon. noviſſimum probavit in *Concil. Later. IV. ſub Innoc. III. juxta c. nimis. 30. ✠. de Jurejur. & c. quanquam. 4. de Cenſ. in 6.* nec non in *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. c. 20.* atque contra diſſentientes, quos allegat, latius probavit *Barboſ. Jur. Eccleſ. lib. 1. c. 39.*
28 *§. 2. n. 1. & ſeq.* Sic ergò, antiquo jure ſublato, juriſdictio Epiſcoporum maxima & transcendens facta, & ad tantam amplitudinem extenſa eſt, ut non ſolum graviſſimas cauſas affectarent & judiciis ſuis vindicarent Epiſcopi, ſola cognitione de poſſeſſione, Principibus relicta, in qua Principes ſemper habuerunt adverſos, ſed etiam ſpeciali *proceſſu* adornarent judicia Eccleſiaſtica qui etiamnum ſub *Juris Canonici* denominatione proſtat. Conf. de his incrementis Juriſdictionis Eccleſiaſticæ *Petr. Suav. Polan. in hiſtor. Concil. Trident. lib. 4. in diſſ. de Epiſcop. Jurisd. orig. & increm.* ubi tandem concludit, quod hiſce gradibus, quæ charitatis intuitu à Chriſto primum inſtituta eſt *correctio*, in dominatum verſa
29 fuerit. Proinde, quemadmodum circa Jus Epiſcopale in genere monuimus, quod ſua incrementa, quibus hodiè pollet, à mero jure poſitivo & conſtitutionibus Eccleſiaſticis acceperit; Ita quoque conſimili modo de Juriſdictione Eccleſiaſtica, tanquam ipſius parte, idem aſſerendum erit. Siquidem ex dictis liquet, in veteri Chriſtianiſmo Epiſcopos nullos habuiſſe officiales, carceres aut autoritatem coactivam, etſi negari nequeat, ſub infidelibus Imperatoribus Chriſtianos in cauſis & litibus ſuis, non tam ad hoſtes profeſſionis ſuæ, quam potius, quod jure Civili alioquin in *l. 27. §. 2. ff. de recept. qui arbitr. & r.* aliisq; textibus permiſſum eſt, ad arbitros Chriſtianos, tanquam amicos conciliatores recurrere, & ad illud arbitrium Clericos præ cæteris eligere maluiſſe, usque dum ab Imperatoribus Chriſtianis Clericis in ſuis cauſſis ſpeciale forum conceſſum eſt, non ut ſe ipſos hoc modo Imperatores autoritate in Clericos ſpoliarent, ſed potius, ut minori cum ſcandalo

Cleri-

Clericorum cauſæ deciderentur, quod tamen tandem, contra in-
tentionem concedentium Imperatorum, in ipſorum maximam
perniciem verſum, ſicque eorundem per tot ſeculorum decurſum
in Clericorum cauſis interveniens poteſtas in tantum excluſa eſt,
ut juxta modernam rerum faciem *Imperatores non amplius de Epi-
ſcoporum & Clericorum factis, ſed hi potius de ipſorum Imperatorum
cauſis cognoſcant.* Ad tantam tamque immenſam autoritatem ju-
dicia Eccleſiaſtica extenſa ſunt. Neque tamen in his terminis ſub- 30
ſtiterunt, ſed majora hactenus acquiſiverunt *incrementa*, ad quo-
rum augmentum, præter privilegia ab Imperatoribus conceſſa,
multum contulerunt (1) integra *territoria*, ab Epiſcopis cum ſin-
gulari poteſtate & jurisdictione territoriali acquiſita, nec non *di-
gnitates* ſeculares & *Officia aulica*, quibus in barbarie priorum ſe-
culorum Epiſcopi & Clerici, tanquam eruditione præ cæteris con-
ſpicui, præpoſiti fuerunt, iisque fori Epiſcopalis autoritate im-
mane quantum adjecerunt, juxta *Petr. Suav. Polan. ad Concil. Tri- 31
dent. cit. loc.* excogitatis præprimis (2) cauſis *mixti fori* ſive tali-
bus, quæ tam in civili, quam in Eccleſiaſtico foro ventilari poſ-
ſunt, quorum intuitu, ad rem ſuam attentiſſimi, nulli ferè ſecu-
lari judicio locum relinquentes, in omnes fermè cauſas invola-
runt Epiſcopi, teſte *Petr. Suav. Polan. cit. loc.* hocque anſam præ-
buit *Principibus & Statibus Imper. ſecular. in Gravam. Oratori Pon-
tificis Noribergæ Anno 1522. exhibitis.* §. Item Wiewol auch 59. ſe-
quentibus verbis conquerendi, Und wiewol auch Vermöge der Rech-
ten öffentlicher Meineyd / Ehebruch / Hurerey / und dergleichen / geiſt-
liche und weltliche Richter / welcher ehe kömmt / je zu Zeiten bürgerlich
zu ſtraffen / und alſo die Prævention ſtatt haben / ſo unterſtehen ſich
doch die geiſtlichen Richter ſolche Straff wider Recht allein vor ſich zu
ziehen. Vid. *Hertled. de cauſ. Bell. German. lib. 1. c. 1. num. 91.* Aliis 32
præterea artibus, & quidem (3) ſub ſpiritualis cauſæ prætextu,
ſuam eſſe, ſibiq; inter laicos deberi cognitionem quæſiverunt Epi-
ſcopi, ſive ſub colore *peccati incidentis, fidei neglectæ*, & maxime *per-
jurii*, quasvis laicorum cauſas foro Eccleſiaſtico vindicarunt, cu-
jus rei exemplum ſuppeditat *Innoc. III.* Pontifex, qui ex ſolo præ-
textu violatæ charitatis & commiſſi perjurii auſus eſt inter ipſos
quoque Reges, de provinciis contendentes, ſuam interponere
autoritatem & judicium conſtituere, ut patet ex ejusdem

Decre-

Decretali *in c. noverit, 13. ✠. de Jud. junct. c. nov. ille. 7. ✠. de Off. leg. & c. novit. 43. ✠. de Appell.* Vid. *Anton. Dadin. Alteſerr. in Comm. ad. d. c. 13.* ubi ipſius caſum uberius tractat. Hinc eſt, quod *Principes Germaniæ in dictis Gravaminibus* §. *Item* Die Official nehmen für. *54.* iterum querelas ſuas movere coacti fuerint über Entziehung faſt aller weltlichen Sachen unterm Schein gethaner Zuſag bey Treuen oder Eyden. Conſimili modo (4) Pontifices ea, qua in Curia Romana omnia facile obtinentur, via inducti, ad ſupplices
33 Epiſcopi ac Prælati preces & voluntatem deputarunt judices, qui autoritate ſua eos tuerentur ac protegerent, in poſſeſſione rerum & jurium conſervarent, tandemque moleſtias & injurias repellerent, favore hoc etiam ad domeſticos & familiares Epiſcoporum translato, quos *Judices Conſervatores* inde dixerunt. Vid. *Petr. Suav. Polan. in hiſtor. Concil. Trident. cit. lib. 4. ſub decret. de reform. c. 5.* Quanta vero inde orta ſit rerum perturbatio, monſtrant *Gravamina Nationis Germanicæ* apud *Hortled. cit. loc. n. 62. in* §. Neben andern vielen. *30.* in verbis: Neben andern vielen Beſchwernüſſen der Ertz-Biſchoffen / Biſchoffen und Prälaten iſt das eine / daß ſie vom Stuhl zu Rom Conſervatores, delegatos Judices und dergleichen Geiſtliche / unbequeme und gantz partheyliche Richter erlangen / dafür ſie / wann es ihnen eben / weltliche Perſonen auch in weltlichen Sachen vornehmen / und alſo die Weltlichen / durch vermeintlichen Bann und thätliche Handhabung deſſelben / um Seele / Ehre / Leib und Gut zu
34 bringen / unterſtehen. Porrò (5) alio modo cauſas ſeculares ad judicia Eccleſiaſtica trahere cœpit *Innocentius III.* dum *in c. ex tenore 11. ✠. de For. comp.* diſpoſuit, ut quævis etiam cauſæ ſeculares, inter perſonas laicas ventilatæ, cognitioni judicis Eccleſiaſtici cedere, & fori Eccleſiaſtici eſſe debeant, quando judex ſecularis propter deſidiam & negligentiam juri dicendo vacare nolit, aut per eum juſtitia obtineri nequeat, quæ Decretalis maximos iterum introduxit abuſus, prout rurſus docent ea, quæ in *Gravam. Noribergæ exhibitis ſub* §. Item ſo weltliche Perſonen ꝛc. 60. ſequentibus proponuntur verbis: So weltliche Perſonen in weltlichen Sachen bey denen geiſtlichen Richtern um Ladung anſuchen und fürgeben / die weltliche Obrigkeit habe ihnen nicht recht helffen wollen / ſo erkennen die geiſtlichen Richter denenſelben Ladung und andere Proceß / ehe ſie zuvor gründlich anzeigen / und beweiſen / daß ihnen das Recht von welt-

licher

licher Obrigkeit verſagt ſey. (6) Quoque per quaſi poſſeſſionem & præſcriptionem multis in locis judices Eccleſiaſtici cauſarum ſecularium cognitionem ſibi acquiſiverunt, qua de re ulterius conqueſti ſunt Principes Germaniæ *in cit. Gravaminibus §.* Item es unterſtehen ſich auch die geiſtlichen Stände. *61. apud Hortled. cit. c. 1, n. 93.* Denique (7) ex pura æmulatione Pontifices, ne in hac parte Imperatoribus, quorum inter Chriſtianos primus Conſtantin. *in l. unic. C. quand. Imp. inter pup. &c.* miſerabilibus perſonis privilegium fori conceſſit, inferiores viderentur, *in c. 11. & 15. X. de For. compet.* perſonis miſerabilibus hoc dederunt privilegium, ut ad judicium Eccleſiaſticum provocare & civile declinare poſſint. Hiſce ergò technis ac cuniculis jurisdictio ſecularis multis modis reſtricta, contrà verò Eccleſiaſtica in infinitum ferè extenſa eſt. Conf. *Petr. Suav. Polan. cit. loc. Zigler. de Epiſc. dict. c. 30. atq. Burgoldenſ. in Notit. Imper. p. 2. diſcurſ. 20.* Equidem contra 36
has extenſiones jurisdictionis Eccleſiaſticæ, ob quas in tota Gallia per longas ætates unum ferè eminuit forum Eccleſiaſticum, teſte *Mornac. ad. l. 8. C. de Epiſc. aud.* atque contra provocationes à judiciis Eccleſiaſticis ad Curiam Romanam factas, poſt querimonias ſubinde inſtitutas, etiam Principes & Status Imperii *in Comitiis Noribergenſibus A. 1522.* congregati, gravamina ſua Oratori Pontificio, ut ſubinde demonſtravimus, exhibuerunt, quæ apud *Hortled. de Bell. German. lib. 1. cap. 1. §. 6. & ſeq. §. 24. 30. 49. & 50. 61. & 62. 66. & 67.* aliosque paſſim extant. Nec immeritò. Licet enim vel maximè Epiſcopis jurisdictionem ſuam Epiſcopa- 37
lem & judicia Eccleſiaſtica concedamus, immodicam tamen eorundem extenſionem ad omnes ferè cauſas ſeculares, nec non omnimodam Clericorum exemtionem, & provocationes ad Curiam Romanam frequentiores, Reipublicæ Germanicæ quam maximè pernitioſas eſſe, jamdudum rerum politicarum Scriptores, interque eos *Dn. Conring. de Conſtit. Epiſcop. German. th. 67. & ſeq.* obſervarunt. Faciunt enim Epiſcopi dimidiam partem Ordinum 38
Imperii, ad Comitia & Conventus omnes publicos, ubi de ſumma Reipubl. decernitur, convocantur, & tamen cum ampliſſima Jurisdictione Eccleſiaſtica, imò planè cum electionis ſuæ confirmatione ab extero quodam & abſoluto Principe, qualis eſt Pontifex, dependent, à quo confirmationem iſtam prævio juramento re-

to redimere coguntur, quæ res ſanè, quia Epiſcopi, ſine Pontificis conſenſu & præſtito ipſi juramento, in Germania nulli exiſtunt, vel maximè propterea periculi plena eſt, quod Curiæ Romanæ etiam in caſu, quo ipſi controverſia cum Imperatoribus intercedit, obſtringantur, cum tamen longè beatior futura eſſet noſtra Germania, ſi vel ad minimum contra hanc fidem, & ſubordinationem Sedi Pontificiæ debitam, iterum in priorem, quam habuit, aſſereretur libertatem, ut docent *Conring. cit. loc. Burgoldenſ. in Notit. Imp. p. 2. diſcurſ. 20. §. 6. atque perſonatus Severin. de*
39 *Monzamban. de Stat. Imp. c. 3. §. 8.* Sed enimvero hiſce ſuis gravaminibus nihil obtinuerunt Imperii Status; quin potius hodiernæ juriſdictionis Eccleſiaſticæ & Imperii noſtri faciem ita comparatam eſſe videmus, ut emendationem optare quidem quis poſſit, ſperare autem fortè non debeat, & quidem, ut alias taceamus cauſas, vel ob ſola Concordata Nationis Germanicæ, quæ confirmationem Epiſcoporum Pontifici tribuunt, atque hactenus ab Imperatoribus noſtris in Capitulationibus per expreſſam hanc clauſulam confirmata ſunt: Daß ſie darob und daran ſeyn wollen / daß die Concordata Principum und aufgerichtete Verträge ꝛc. gehalten / gehandhabet / denenſelben feſtiglich gelebet und nachkommen werde. Vid. *Capitul. Carol. V. art. 16. cum ſeq. Capitul. præcipuè noviſſima glorioſiſ-*
40 *ſimi noſtri Imperatoris Leopoldi* §. Und als über 19. Unicus recurſus ab officialibus ad Nuncios Apoſtolicos atq; Curiam Romanam, qui nonnullis in locis quoad civiles cauſas invaluit, *in Receſſ. Imper. noviſſimo de A. 1654.* Als ſich dann auch. 164. ad querelas Statuum Imperii ſublatus, illaque caſſatio *in d. Capit. art. 19.* repetita, pariterq; Conſervatorum uſus *in Concil. Trident. ſeſſ. 14. de reform.*
41 *c. 5.* aliquatenus reſtrictus eſt. Soli deniq; Proteſtantes ſuſpenſionem Juriſdictionis Epiſcopalis in territoriis ſuis, usq; ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii religionis, *in Pacific. Relig. juxta Receſſ. Imper. de A. 1555. §.* Damit auch 20. ejusq; confirmationem obtinuerunt in *Inſtrum. Pac. art. 5. §. Jus Diœceſanum. 16. atque cit. Capit. Leopold. d.* §. 19. in qua obſervantia *Concordatorum* ratione Proteſtantium reſtringitur & limitatur. Hac ergo ratione penes illos res ad ſua prima principia rediit. Et quia jus circa Sacra,
42 ut paſſim demonſtravimus, ad Principes illosque, qui *τὸ κῦρος* in Republica habent, pertinet; ideo juriſdictio quoque Eccle-

ſiaſti-

ſiaſtica Principibus & qui Principum jura tenent, per has Pacificationes religioſas reſtituta eſt. Hi tamen exemtionem Clericorum atque cauſarum Eccleſiaſticarum, in Jure Canonico factam, non abrogarunt, ſed ad earundem potius dijudicationem, ſicq; ad juriſdictionem Eccleſiaſticam exercendam, certa ex Theologis pariterq; ac JCtis ordinata conſtituerunt judicia, quæ *Conſiſtoria* vulgo vocantur, vel, ubi Conſiſtoria iſta haud conſtituta reperiuntur, ſupremis Tribunalibus vel judiciis cauſarum Eccleſiaſticarum cognitionem demandarunt, ut latè deducit *Mev. p. 3. dec.* 341. Quapropter omnia illa, quæ de exemptione Clericorum & cauſarum Eccleſiaſticarum in Jure Canonico conſtituta reperiuntur, in Eccleſiis Proteſtantium ita intelligi poſſunt, ut applicentur ad exemtionem quoad cognitionem judicis ſecularis inferioris, & reſervationem Conſiſtoriis aut aliis judiciis Eccleſiaſticis factam.

Verſatur autem & occupata eſt *Juriſdictio Eccleſiaſtica*, ha- 43
ctenus quoad ortum & progreſſum ſuum conſiderata, circa varias functiones: in ſpecie (1) circa *perſonas* ipſi ſubjectas, (2) circa *cauſas Eccleſiaſticas*, (3) circa *modum procedendi* & remedia ſuſpenſiva, nec non executionem ſententiæ, (4) circa *pœnas Eccleſiaſticas*, per quas peragitur executio, (5) circa *diſpenſationem & indulgentias*, per quas pœnæ iterum remittuntur, tandemque (6) circa alia ipſi connexa *capitula*.

Et quidem, quod (1) *perſonas* concernit, certiſſimum 44
ſane eſt, juriſdictione Epiſcopali omnes omninò ſubjectos eſſe Clericos, ut coram nullo alio judice, quàm Eccleſiaſtico conveniri poſſint, ſive ſint Clerici majorum ſive etiam minorum Ordinum, modò in his una ex ſequentibus quatuor conditionibus, in *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. c. 6.* requiſitis, concurrant, ut ſcil. vel habeant (1) beneficium Eccleſiaſticum, etiam modicum, vel (2) Clericalem habitum & tonſuram deferentes alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſerviant, vel (3) in quodam ſeminario Clericorum de licentia Epiſcopi degant, vel (4) cum ipſius conſenſu in Schola vel Univerſitate quadam ad majores Ordines ſuſcipiendos verſentur, quamvis hoc poſteriori caſu Clerici coram Rectore, ſi Clericus ſit, ſin minus coram aliis Profeſſoribus Clericis

ſuum forum ſortiantur. *Panormit. in cap. ſi diligenti. 12. ✠. de For. comp. n. 25. atque Engel. in Colleg. Jur. Canon. ad tit. eund. n. 42.*
45 Ex hac ipſa autem *Concil. Tridentin.* diſpoſitione colligit *Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 39. §. 2. n. 13. & ſeq.* quod beneficiati, per quos omnes intelligit, qui beneficium etiam modici valoris habent, fori privilegio gaudeant, etiamſi habitum Clericalem & tonſuram non ferant; alii verò Clerici minorum ordinum, non beneficiati, fori privilegio non aliter fruantur, quam ſi Clericalem habitum & tonſuram deferentes vel (1) Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſerviant, vel (2) in ſeminario de Epiſcopi licentia degant,
46 vel (3) in aliqua ſchola verſentur. Nec porrò intereſt, an hi clerici minorum Ordinum ſint conjugati, nec ne, ſiquidem & his *Bonifac. VIII. in c. un. de Cleric. conjug. in 6.* privilegium fori conceſſit, modo contraxerint cum unica & virgine, tonſuram ac habitum clericalem deferant, inſimulque quod ſuperadditit *Conc. Trident. cit. c. 6.* ab Epiſcopo ſint deputati ad alicujus Eccleſiæ ſervitium ac miniſterium. Imò & Subdiaconum, qui vi Apoſtolicæ diſpenſationis cum vidua matrimonium contraxit, & penſiones Eccleſiaſticas obtinuit, fori privilegium habere, dicit *Barboſ.*
47 *lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 39. §. 2. n. 29.* An verò clerici conjugati privilegium hoc ſimpliciter, an in criminalibus tantum habeant, controverſum eſt. Et quidem, quod ipſis in criminalibus tantum, cauſis, ſive civiliter ſive criminaliter pro delicto agatur, non in cauſis civilibus competat, cum *Covarruv. Farinac.* aliiſque multis *Barboſ. cit. §. 2. n. 38.* nec non in *ad d. c. 6. Concil. Trident. n. 44. atq. Laymann. Theol. Moral. lib. 4. tract. 9. c. 7. n. 4.* aſſerunt, quibus declaratio Cardinalium, negotiis Epiſcoporum & Regularium præ-
48 poſitorum, apud *Barboſ. cit. §. 2.* ſuccurrit. Sed contrarium multi ab ipſo *Barboſ.* allegati Dd. ſtatuunt, quorum ſententiæ generalis *d. Concil.* diſpoſitio de fori privilegio ſuccurrere videtur. Quamvis enim in *cit. c. unic. de Cler. conjug. in 6.* ante Concilium Tridentinum veriſimiliter in criminalibus ſolummodo habuiſſe videantur, fori privilegium, quod indicant verba: *Privilegium retineant Canonis ab Innocent. Pap. II. editi*, quod refertur *in c. ſi quis. 28. c. 12. q. 4.* atque concernit pœnam anathematis omnibus impoſitam, qui violentas manus Clericis vel Religioſis intulerunt, de quo vid. prolixius *Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 39. §. 1. per tot.*

Quia

Digitized by Google

Quia tamen *d. c. un.* inſimul provocat ad *Concil. Pariſienſ.* cujus tenor recenſetur *in c. 2. de For. comp.* atque agit de foro Clericorum in genere, *Concil.* verò *Trident.* ad hoc, ut fori privilegio gaudeant clerici conjugati, hoc unicum ſupperaddit, ut ab Epiſcopo ſervitio Eccleſiæ ſint deputati, ideò & illis tam in civilibus quam in criminalibus cauſis fori privilegium non inique adjudicari poſſe, cenſet *Engel. ad tit.* ✠. *de Cler. conj. num. 7.* Quinam 49 verò clerici ex hypotheſi Juris Canonici ad matrimonia admittantur, alibi quidem fuſius explicavimus, ſed tamen, quia & ad hujus diſcurſus declarationem neceſſarium eſt, ideò vel tribus ſolum indicaſſe ſufficiat verbis: Clericos majorum Ordinum ſub excommunicationis & irregularitatis vinculo, quod matrimonium contrahentes ipſo facto incurrunt, à nuptiis arceri, per *c. 1.* ✠. *de Cleric. conjug. & Clem. unic. de Conſang. & affinit.* In minoribus verò Ordinibus conſtitutos matrimonium quidem contrahere poſſe, hoc ipſo tamen eos ſtatui clericali renunciare, & omnibus beneficiis Eccleſiaſticis privari, *per d. c. 1.* ubi vid. *Gonzalez. Tellez. atque Sanchez. de matrim. lib. 7. diſp. 42. n. 4. & ſeq.* niſi ex permiſſione *Concil. Trident. d. ſeſſ. 23. de reform. c. 17.* ſi Clerici cœlibes præſtò non ſint, ad Ordines minores aſſumantur, modo ſint probatæ vitæ nec bigami. Sicut autem Clerici conjugati, ita multò 50 magis alii in omnibus civilibus ac criminalibus cauſis exemtionem à jurisdictione ſecularium judicum habent, etiamſi communem cauſam cum laico foveant, aut ad teſtimonium evocentur, aut poſt crimen commiſſum Clerici vel Religioſi fiant, & quidem ob honorem Statûs Clericalis, cujus ratione hoc privilegium eſt introductum, prout cum alleg. deducit *Laymann. Theol. Moral. lib. 4. tract. 9. c. 4. n. 8. & ſeq. & c. 5.* quem ſequitur *Engel. ad tit.* ✠. *de For. compet. n. 46. & ſeq.* Non ſolum autem ipſi Clerici, 51 ſed etiam eorundem familia hoc fori privlegio gaudent. Et quidem, quod familia Epiſcopi ſortiatur hoc forum privilegiatum, plerique *Dd. in c. fin.* ✠. *de Off. Archidiac. atque Panorm. in c. 2. de For. compet. n. 6.* notarunt. Vocantur autem familiares Epiſcopi quoad exemtionem à jurisdictione ſeculari omnes perſonæ, quæ ei neceſſariæ vel utiles ſunt in exequendo officio, quales ſunt Cancellarii, Notarii, Nuncii, Fiſcales, Executores audientiæ &c. de quibus omnibus videri poteſt *Barboſ. de Off. & Poteſt. Epiſc. p. 2. al-*

Digitized by Google

2, *alleg.* 5. *n.* 2. *& ſeq.* & *lib.* 1. *Jur. Eccleſ. d. c.* 39. §. 2. *n.* 55. Quare & Fiſcali Epiſcoporum, in civitate ſeu caſtro ad temporalem & ſpiritualem jurisdictionem exercendam conſtituto, fori privilegium tribuit *ad d. c.* 6. *Concil. Trident.* 35. *& ſeq.* Quod vero familiam
52 privatorum Clericorum attinet, diſſentiunt Canoniſtæ. Et ſanè quod famuli conducti, ut ad nonnullos dies, vel modico tempore ſerviant, non eximantur à judicio ſeculari, docet *Barboſ. ad d. c.* 2. *X. de For. comp. n.* 10. De reliquis occurrit major dubitatio. Quod enim famuli Clericis & religioſis inſervientes fori privilegio gaudeant, *Canoniſtæ ad c.* 1. *X. de For. comp.* communiter aſſerunt, proque hac ſententia confirmanda provocant *ad l.* 1. *& l.* 2. *C. de Epiſc. & Cler.* nec non *ad c. Eccleſiarum.* 9. *c.* 12. *q.* 2. *& ad c. ult. X. de Off.*
53 *Archidiac.* Sed contrariam ſententiam, & quod famuli Clericorum aut religioſorum hoc privilegio non fruantur, multi alii apud *Barboſ. cit. c.* 39. §. 2. *n.* 57. allegati Interpretes probant, quorum ſententiam ipſe *Barboſ. cit. loc.* validioribus rationibus niti docet, unde quoque ad rationes pro contraria ſententia allegatas reſpondet, quamvis ipſe diffiteri nequeat, quod prior, quæ indiſtinctè tam Clericorum quam Epiſcoporum famulis fori privilegium tribuit, communibus ſuffragiis nitatur. Hinc licet poſterior verior ſit, cum alioquin judicia Eccleſiaſtica extendenda non ſint, & Pontifex ſine ardua cauſa, in præjudicium magiſtratuum civilium, laicos à jurisdictione ſeculari eximere nequeat; attamen quoque poſt *Menoch. lib.* 2. *A. J. Q. caſ.* 563. aliosque quos refert, ex recentioribus Clericorum famulis hoc privilegium tribuit *Klock. vol.* 1. *Conſil.* 39. *n.* 44. quem laudat ac ſequitur *Brunnem. lib.* 3. *Jur. Eccleſ. c.* 1. §. 12. *in fin.* Quid de foro Proteſtantium dicendum, ex ſequentibus
54 patebit. Sed quicquid tandem ſit, judices tamen ſeculares eorumque miniſtri domum Clerici, ſine licentia judicis Eccleſiaſtici, per vim invadere, indeque famulum delinquentem trahere nequeunt, *arg.* §. 8. *Inſt. de Injur.* cum ne quidem in extranea perſona hoc permiſſum ſit, aut in concubina Clerici, quæ tamen judici ſeculari (ſecus ac *Barboſ. lib.* 1. *Jur. Eccleſ. c.* 39. §. 2. *n.* 61. propterea opinatur, ne hac occaſione Clerici in foro ſeculari infamentur) ſubjecta eſt, ut docet *Laymann. Theol. Moral. lib.* 4. *tract.* 9. *c.* 4. *n.* 10.
55 Quod de Clericis hactenus eſt dictum, etiam ad Regulares utriusque ſexus, eorumque novitios & laicos converſos extenditur, nec

nec non ad Milites ſacros, Canonicos, Eremitas, qui per Epiſcopum alicui Eccleſiæ vel loco ſacro dicati, aut regulæ cuidam adſtricti & Superiori Eccleſiaſtico ſubjecti ſunt, Rectores hoſpitalium ſeu hoſpitalarios, à Prælato ad ſervitium hoſpitalis, autoritate Epiſcopi erecti, conſtitutos, tandemque ad omnes, qui ſerviciis Eccleſiæ ſive gratis, ſive conſtituto ſalario, autoritate Epiſcopi inſerviunt, prout demonſtrat *Barboſ. ad c. 2. de For. compet. n. pen. & ult. & cit. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 39. §. 2. n. 51. & ſeq.* Hi 56
omnes ergò coram nullo alio judice, quàm Eccleſiaſtico, conveniri poſſunt, cui beneficio, cum non ſit perſonale, ſed pro honore totius Ordinis Eccleſiaſtici indultum, Clerici in nulla cauſa, ne quidem cum juramento renunciare poſſunt, juxta *Innocentii* decretalem *in c. ſi diligenti. 12. X. de For. compet.* ubi vid. *Gonzalez. Tellez.* qui *n. 11.* varias hujus extenſionis rationes adducit, interque eas hanc, quod propterea, quia privilegium hoc fori conceſſum eſt Statui Clericali, Clerici, in dedecus totius Eccleſiaſtici Status, ipſi renunciare nequeant, cujuſcunque ordinis ſint, aut licet conſenſus Epiſcopi interveniat. Sed enim 57
verò cum de jure Civili per *l. 29. C. de Pact. & l. 51. C. de Epiſc. & Cler.* hæc renunciatio permittatur, nec rationes Innocentii ſatis concludentes eſſe videantur, in hanc decretalem ipſius haud immeritò invehitur *Cujac. in recit. ad cit. c. 12.* quem ſequuntur *Matth. Stephan. de Juriſd. lib. 1. c. 22. n. 16. & ſeq. atq; Vultej. ad l. 1. C. de Juriſd. Cujacio* quidem non ſolùm *Ciron.* ſed & *Gonzal. Tellez. d. l.* ſatisfacere nituntur, ſed an ſufficienter, ex ipſa perlectione conſtabit. Sanè ratio, à jure publico deſumta, potiùs fucus & color, quam vera ratio eſſe videtur. Nec propterea, quod Clericus privilegio exemtionis renunciat, quid dedecoris inde vel in Clericum, vel totum Clericorum ordinem redundare, nec ullum aliud ſuperiori præjudicium prognaſci poteſt, quàm quod Clerici renunciantes nolint eſſe Pontificis mancipia, per ea, quæ hanc in rem tradit *Dn. Ziegler. ad Lancel. lib. 3. tit. 1. §. 4.* Imò & ipſi Canoniſtæ hanc renunciationem in eo probant, dum Clericis minorum Ordinum permittunt Ordinem Clericalem, habitum & tonſuram dimittere, negotia ſecularia exercere, ſicque licet non verbis, ipſo tamen facto foro Clericorum ſe ſubducere & eximere, de qua renunciatione intelligit *Gloſſam in c. 3. X. de Apoſt.*

in

in fin. Barboſ. d. §. 2. n. 10. Non incongruè ergò hanc renunciationem Eccleſiæ Proteſtantium admittunt, prout ex ſequentibus patebit; Sed de jure Canonico uſus hujus prohibitionis in tantum invaluit, ut judices ſeculares, qui Clericos in caſibus non permiſſis ad ſuum forum trahunt, excommunicationi ſubjiciantur *in c. 2. de For. comp. ubi vid. Wagnereck. in fin.* Iſti verò caſus
58 permiſſi ſequentes ſunt: (1) Si Clerici in *flagranti crimine* deprehendantur, aut ſint ſuſpecti de propoſito perpetrandi, modò crimen ſit pernitioſum Reipublicæ & ſuſpicio non levis concurrat cum neceſſitate capiendi, de qua exceptione prolixius agit *Laymann. cit. c. n. 6.* ubi inſimul ejusdem requiſita addit. Hinc & alioquin delinquentes Clerici, quia Epiſcopi judicium ſanguinarium non eſt *juxta c. 5. ✠. ne Cler. vel Monach.* poſt degradationem traduntur judici ſeculari cum interceſſione tamen, ne mortem patiantur, *per c. novimus. 27. ✠. de Verb. Sign. Engel. ad tit. ✠. de pæn. n. 14.* (2) Si Clerici *debitores* ſint *in fuga*, vel eam meditentur, tunc enim à judice ſeculari, imò etiam à creditore capi ac detineri poſſunt, ſed ut Eccleſiaſtico judici tradantur. *Molin. de Juſt. & Jur. tract. 3. diſp. 56. n. 2. atque Laymann. d. c. 4. n. 8.* (3) Si de *ſtatu Clericali dubitetur*, tunc ſi delinquens ante capturam habitu Clericali uſus fuerit, judici Eccleſiaſtico dijudicationem quidem adjudicant Canoniſtæ; ſi vero habitu laicorum uſus, nec tempore delicti in habitu Clericali repertus fuerit, judici laico concedunt detentionem, ita tamen, ut quieſcat in proceſſu, usque dum ſtatus Clericalis probetur, *per c. 12. de Sentent. excomm. in 6.*
59 ubi vid. *Barboſ. atq; Wagnereck.* (4) Si Clericus *ſuccedat laico* & judicium jam ſit à defuncto laico cœptum. Nam ſi cum defuncto inchoatum non ſit, Clericus, etiamſi hæres ſit, apud ſuum judicem conveniendus eſt; ſi tamen judicium ſit cœptum & lis pendens, propter quaſi contractum controverſia cum defuncto mota in hæredem Clericum merito tranſit, non obſtante communi Canoniſtarum ſententia, quæ & hoc in caſu litem denuo coram Eccleſiaſtico judice movendam eſſe cenſet, quam cum rationibus pro eadem refert, hanc noſtram tamen magis probat *Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 39. §. 2. n. 102. & ſeq.* Conf. *Didac. Covarr. pract. q. 8. n. 4. Did. Spin. à Cacer. in Spec. teſtam. gloſſ. 33. n. 72. & Anton. Faber. in Cod. lib. 3. tit. 1. def. 4. & 12.* (5) Si *Clericus*

rem

rem quandam laico vendidit, cui lis de ea movetur, nam & tunc Clericus coram judice ſeculari *emtori adſiſtere* tenetur, propter *l. 49. ff. de Jud.* aliasque à *Barboſ. d. l. n. 117.* hanc in rem adductas rationes, propter quas hanc ſententiam Diſſentientium opinioni præfert. Conſent. *Cameraliſtæ*, præprimis *Mynſing. cent. 1. obſerv. 22. n. 7. & Gail. lib. 1. obſerv. 37. n. 7.* qui hanc ſententiam in Camera Imperiali receptam eſſe aſſerunt. (6) Si *Clericus reconveniatur* coram judice ſeculari. Siquidem reconventio tollit privilegium perſonæ, modo reconventio iſta inſtituatur ſuper cauſa civili, ſive de eadem, ſive de diverſa re, tam in judicio ordinario, quam ſummario, prout per ampliationes demonſtrat *Barboſ. d. §. 2. n. 137. & ſeq.* atque de communi teſtatur *Gail. 1. obſerv. 37. n. 6. Wammeſ. Conſil. Jur. Canon. 71. n. 3. & Perez. ad C. de Sent. n. 19.* Secus eſt, ſi laicus conventionem fraude ad reconventionem inſtituendam procuraverit, aut reconventio inſtituatur ſuper cauſa Eccleſiaſtica ſpirituali, ac tali, in qua jurisdictio judicis ſecularis haud fundata eſt. *Barboſ. cit. loc. n. 146. & Ziegler. ad Lancel. lib. 3. tit. 5. §. 5.* Quanquam enim reconventio tollat privilegium perſonæ, non tamen tollit privilegium cauſæ, juxta *Finckelthuſ. de Jur. Patron. c. 8. n. 12. & 13.* (7) Si cauſa concernat non perſonam & res mobiles, quæ perſonam ſequuntur, ſed *bona Clericorum* immobilia, cum allodialia, tum feudalia, quo caſu coram judice loci vel feudali conveniendi ſunt, per *c. 6. & 7. X. de For. compet. ibique Wagnereck.* Nam actio realis, quæ ob ea inſtituitur, tractari debet coram judice rei ſitæ. Quamvis enim ſententiam contrariam juri magis conformem eſſe dicat cum *Panormit. & Mart. de jurisd. Engel. de For. compet. n. 40.* attamen *c. 5. de For. compet.* cujus argumento utitur, illud planè non, ſed, ceſſante conſuetudine, contrarium monſtrat, quod latius quoque probant à *Barboſ. d. §. 2. n. 106.* allegati Interpretes, interque eos *Gail. lib. 1. obſerv. 37. n. 4. & Mynſing. cent. 1. obſerv. 22. n. 2.* qui ad Praxin Cameræ Imperialis provocant. Denique (8) ſi Clerici propter *adminiſtrationem ejusmodi officii ſecularis* conveniantur, quod Ipſis Canones interdicũt, juxta tradita *Proſp. Farinac. q. 8. n. 97.* quæ probat *Grav. ad Gail. d. obſerv. 37. conſid. 9. n. ult.* De reliquis, ad perſonas Clericorum quoad forum privilegiatum pertinentibus, conſuli poteſt *Barboſ. ſep. cit. c. 39. §. 2.* ubi hanc materiam pro more per varias quæſtiones latiſſimè reſolvit.

60 61 62

Digitized by Google

63 Quæ hactenus de functione Jurisdictionis Eccleſiaſticæ circa perſonas Clericorum eorumque miniſtros propoſuimus, etiam in *Proteſtantium foro* ſua non deſtituuntur utilitate. Licet enim Clerici non jure divino, ſed humano ſolum, prout ex antea dictis liquet, jurisdictioni Civili exemti ſint, hanc ſuam tamen immunitatem & exemtionem hactenus usque ad tempora diſſidii, ſuperiori ſeculo in religione exorti, retinuerunt. Poſtea quidem per Pacem religioſam, hucusque Conſtitutionibus Imperii confirmatam, Jurisdictio Epiſcopalis in Clericos Proteſtantium ſuſpenſa & Statibus Imperii Evangelicis conceſſa, vel potius poſtliminio quaſi reſtituta eſt; Illi tamen Clericorum immunitatem non ſuſtulerunt, nec etiam quibusvis Magiſtratibus locorum aut Patronis, jurisdictionem Eccleſiaſticam permiſerunt, ſed potius cum delato Jure Epiſcopali ſibi reſervarunt, atque favore cauſarum Eccleſiaſticarum ſingulare forum Conſiſtorii, vel judicii Eccleſiaſtici, conſtituerunt, ut in eo omnes cauſæ Eccleſiaſticæ, & per conſequens etiam cauſæ Clericorum, quæ hoc ipſo, quod rei Clerici ſint, pro Eccleſiaſticis habentur, *Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 3. n. 3. & ſeq.* cognoſcerentur. Sic Clerici exemti permanſerunt non quidem à Superiorum & Principum, ſed Magiſtratuum ab ipſis conſtitutorum jurisdictione, non tantum quoad cauſas ſpirituales & ſacrum miniſterium concernentes, ſed etiam quoad actiones perſonales, ne dignitas muneris ſacri imminueretur. Hoc modo res ad priſtinum fere ſtatum, qui ſub Imperatoribus fuit, rediit. Vid. *poſt Carpzov. cit. loc. Brunnem. Conſil. 142.* ubi hanc exemtionem Clericorum Evangelicorum à Patronorum & Magiſtratuum inferiorum jurisdictione, per rationes dubitandi & decidendi prolixius deducit. *Dn. Schilt. Inſt. Jur. Canon. lib. 1. tit. 17. §. 4.* alique plures.

64 Nec ſolum foro hoc privilegiato gaudent Clerici primarii ſive majorum Ordinum, adeoque Superintendentes, Paſtores, Archidiaconi, Diaconi; ſed etiam ſecundarii ſive minorum Ordinum; Ludimoderatores, Præceptores Scholarum, Organici, Æditui, Cuſtodes, aliive Eccleſiarum atque piorum locorum miniſtri cum uxoribus, viduis & liberis, *Carpzov. cit. lib. 3. def. Eccleſ. 6.* nec non cum famulitio juxta *Klock. vol. 1. Conſil. 39. n. 44. Brunnem. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 1. §. 12.* Conf. *Weſenbec. conſil. 50. n. 22.* Sed licet hanc extenſionem ad familiam neceſſa-

riam,

riam, uxorem ſcil. & liberos, cum *Carpzov.* admittat *Dn. Stryck. ad Brunnem. cit. loc.* inſimul tamen aſſerit, de famulitio conducto Praxin contrarium tenere, quare & *Dn. Schilt. cit. loc.* §. 8. aſſertum ſuum limitat, niſi conſuetudine aliud receptum aut pactis conventum fuerit, ut de Eccleſiis Pomeraniæ teſtatur *Sithm. de Jur. Epiſc. c. 13. n. 99.* Sicut etiam ſubditi ordinis Eccleſiaſtici dotales & emphyteutæ à ſuperioritate Dominii ſecularis exemti non ſunt. *Klock. vol. 1. conſil. 10. n. 8. & ſeq.* Porrò in terris quoque Pro- 65
teſtantium Clerici, cum laicis communem cauſam habentes, laicos ad ſuum forum trahunt, *Carpzov. lib. 2. reſponſ. 16. n. 10. & ſeq. Berlich. p. 2. dec. 220. n. 4. & ſeq.* & ſi ad teſtimonium dicendum vocandi ſint, non alibi, quam coram Conſiſtorio examinari poſſunt ac debent. *Carpz. p. 1. dec. 77. n. 2. Finckelthuſ. obſerv. 95. in fin. atque Brunnem. d. conſil. 142. n. 39.* Excipiuntur tamen 66
certi caſus, quibus hoc forum privilegiatum Juris Canonici itidem in Eccleſiis Proteſtantium ceſſat: horum (1) ſunt omnes illi, quorum jam antea mentionem fecimus, præcipuè ſi actiones reales civiles contra Clericos moveantur, in his enim Clerici forum coram laicis ſortiuntur. Honor tamen miniſterii ſuadet, ut his aliisque caſibus judex ſecularis citet Clericum mediante ſuo ſuperiore, niſi ipſe Princeps vel ipſius Curia citationem emittat. Vid. *Schilt. cit. tit. 17. §. 6.* Quod ſi vero liquido conſtet, rem à laico vindicandam Eccleſiaſticam eſſe, Judex Eccleſiaſticus potius adeundus eſt, prout cum *Oliv. de For. Eccleſ.* monet *Dn. Stryck. in addit. ad Brunnem. cit. loc.* §. 12. (2) Si Clerici in actionibus 67
perſonalibus ſubeant perſonam actoris, ita v. g. in concurſu Creditorum Clerici aut Eccleſiarum Oeconomi unà cum laicis à judice ſeculari citari poſſunt, *Salgad. in Labyr. Cred. p. 1. cap. 6. num. 8. & ſeq.* Secus eſt, ſi contra Clericum excitetur concurſus, tunc ſiquidem coram judice Eccleſiaſtico inſtituendus eſt. *Schilt. cit. tit. 17. §. 5.* Sic porro ob injuriam à laico illatam coram judice laico Clericus agere debet, neque enim talis cauſa coram Conſiſtorio aut Judicio Eccleſiaſtico tractari poteſt, niſi ſacra ſimul turbata fuerint. *Mev. p. 3. dec. 257. n. 9. & ſeq. & Brunnem. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 1. §. 12.* (3) Si ex *L. Diffamari* conveni- 68
antur Clerici. Practica ſiquidem hujus legis eſt, quod diffamator, quicunque ille ſit, poſſit citari à judice diffamati; quapropter &

Digitized by Google

Clericus diffamans hoc forum declinare nequit, licet, ſi diffamatus contra Clericum velit actionem injuriarum inſtituere, eandem coram judice Clerici & judicio Eccleſiaſtico movere debeat. Hæc receptiſſima, ſed abuſum longè pejorem eſſe dicit *Brunnem. lib. 3. c. 1.* §. 13. Sæpius enim, quando vitia pro concione taxantur, aut alioquin ſuſpecti de delictis à Clericis interrogantur, citationes ex *L. Diffamari* contra Clericos decernuntur, cum tamen hæc cauſa ſit plane Eccleſiaſtica, & ſi quid peccaverit Miniſter Eccleſiæ, hoc ad ipſius officium pertineat, de quo nemini, niſi Conſiſtorio rationem reddere debet. *Brunnem. cit. loc.*

69 (4) Si in cauſis Criminalibus, quæ pœnam capitalem vel corporis afflictivam promerentur, Clerici conveniantur. Etſi enim in cauſis quoque criminalibus eatenus foro privilegiato gaudeant, ut quoad gradus admonitionum, it. ſi in officio ſuo deliquerint, vel talia commiſerint crimina, quæ pœnas arbitrarias & civiles promerentur, puta ſuſpenſionem, remotionem, carcerem aut mulctam arbitrariam, à Conſiſtorio & judicio Eccleſiaſtico puniri poſſint; Quod ſi tamen tale quid commiſerint, quod pœna corporis afflictiva vel capitali coërcendum eſt, generalis & ſummaria de crimine inquiſitio in judicio Eccleſiaſtico quidem præmitti, Id ipſum tamen Clericum, ſi eundem non inſontem eſſe apparuerit, ſeculari magiſtratui ad ſpecialem inquiſitionem tradere, ſicque cognitionem de crimine capitali reſpectu pœnæ ad politicum judicium & judicem ordinarium remittere debet. Nam judicium Eccleſiaſticum ſanguinarium non eſt, juxta *c. 5. & 9. X. de Cler. vel Monach.* quod non ſolum de Monachis & inferiorum Ordinum Clericis, ſed indifferenter de omnibus perſonis Eccleſiaſticis & Epiſcopis, quin & de Summo Pontifice, nî irregularitatem incurrere velint, intelligendum eſt. Vid. *Par. de Puteo de Synd. verb. Pœna. verſ. an ſi judex. n. 1.* cujus rei veſtigia in Conſiſtoriis Statuum Evangelicorum hodienum quotidiè occurrunt. Vid. *Carpz. lib. 3. def. Eccl. 5. Brunnem. lib. 2. jur. Eccl. c. 19.*

70 §. *19. ibid. Dn. Stryck. atq. Schilt. cit. tit.* 17. §. 7. Denique (5) ſi ſi Clerici foro huic privilegiato renunciaverint. Etſi enim juxta ſuperius deducta de Jure Canonico hæc renunciatio *per c. ſi diligenti. 12. X. de For. compet.* pro invalida habeatur; De ratione tamen hujus *cap.* an in hypotheſi concludens ſit, valde dubitatur.

Nam

Nam licet vel maximè unius Clerici renunciatio Ordini Clericorum præjudicare nequeat, nulla tamen apparet ratio, cur non quoad ipſum Clericum renunciantem ſubſiſtat, modo cauſa ipſa, in qua judici ſeculari ſe ſubmittit, non ſit Eccleſiaſtica, ſed civilis. Vid. *Stryck. ad Brunnem. lib.* 3. *c.* 1. §. 12. Non incongruè ergo in Eccleſiis Proteſtantium hanc renunciationem admittit *Dn. Schilt. cit. tit.* 17. §. 9. pro qua ſententia faciunt adducta à *Mynſing.* 2. *obſ.* 67. *n.* 3. *& ſeq. Grav. ad Gail. lib.* 1. *concl.* 37. *n.* 14. *&* 15. *Cujac.* aliiſque jam antea allegatis Juris *Interpretibus.*

CAPUT XII.

De Cauſis ad Jurisdictionem Epiſcopalem ſpectantibus, earumque Probeſſu, in utroque Catholicorum ſcil. & Proteſtantium foro.

Summaria.

1. & 2. *Jurisdictio Eccleſiaſtica* (2) verſatur circa cauſas, non ad jus Sacrorum, v. gr. Synodorum univerſalium convocationem, & Conſtitutionum Eccleſiaſticarum promulgationem &c. pertinentes.

3. Sed Juri Epiſcopali cohærentes, quæ ſunt vel I. *abſolute Eccleſiaſtica,* & recenſentur, quamvis certâ regula circumſcribi haud queant.

4. 5. 6. Disquiritur, quis in poſſeſſorio harum cauſarum judex competens ſit?

7. Diſtinguitur hanc in rem inter *jus poſſidendi*, & inter factum laici, circa poſſeſſionem commiſſum.

8. Rapina & detentio rerum Eccleſiaſticarum ad utrumq; forum Eccleſiaſticum & ſeculare, adhibita præventione, pertinet.

9. *Vel* II. *mixti fori,* cujus cenſus ſunt (1) *Matrimoniales controverſia*, quod aſſertum n. 10. & ſeq. adhibita diſtinctione declaratur.

12. (2.) *Legitimitatis* cauſæ.

Digitized by Google

13. (3) *Juramentorum* materia, qua occaſione.

14. An & quatenus juramentorum relaxatio fieri poſſit, disquiritur.

15. (4) *Contractus jurati* & (5) *Cauſæ teſtamentorum quoad executionem*, ob legata ad pias cauſas.

16. (6) *Crimen uſurariæ pravitatis*.

17. (7) *Alia* quoque *crimina*, quorum pœna in utroque jure eſt determinata.

18. Proinde multorum delictorum coërcitio fit in utroq; foro, ubi de cognitione delictorum in Eccleſia commiſſorum agitur.

19. Vel III. *Subſidiariæ*, ut (1) cauſæ *miſerabilium perſonarum*.

20. (2) Omnes cauſæ, in quibus *juſtitia à judice ſeculari impetrari* nequit.

21. In foris Proteſtantium cauſæ ſubſidiariæ ignorantur, cura tamen miſerabilium perſonarum Miniſterio Eccleſiaſtico adſcribitur, reliquæ cauſæ, æque ac mixti fori, in Conſiſtoriis tractantur.

22. *Juriſdictio Eccleſiaſtica* (3) occupata eſt circa *Proceſſum cauſarum*: olim obtinuit civilis; quod demonſtratur.

23. Poſtmodum, confirmatis Judiciis Eccleſiaſticis, ſingularis adornatus eſt.

24. Qui cum aſcenderet *ad Ens* quoddam, *infinitis actibus aggregatum*, tandem brevior in quibusdam placuit, ſicque in *ordinarium* & *ſummarium* diſtingui cœpit.

25. & 26. Recenſentur cauſæ, quæ *ſummarium* admittunt Proceſſum, & ad quatuor generales rediguntur fontes.

27. Ad eas quoque referuntur Cauſæ Eccleſiaſticæ.

28. Specialia quædam hujus proceſſus ex utroque foro Eccleſiaſtico, Catholicorum & Proteſtantium, proponuntur.

29. (1) Actore exiſtente offertur *libellus* ſimplex, non articulatus, excipitur Stylus Noricus, ubi de ratione hujus exceptionis.

30. Non exiſtente actore habet locum *denunciatio*, quæ dividitur varie,

31. & 32. In *Civilem* & *Canonicam*, eamque *generalem*, ad quam pertinet quoque denunciatio de matrimonio contrahendo, aliàs *bannum* dictum: ubi de hoc vocabulo.

33. Et *ſpecialem*, ad quam referri poteſt *Regularis*, utraq; certo reſpectu judicialis dici poteſt.

34. Tan-

34. Tandemque *Evangelicam*, eamque tum *privatam*, tum *publicam* Eccleſiæ factam.
35. Per extenſionem Canoniſtarum Evangelica denunciatio iterum fit, vel ob *pœnitentiam*, vel *ob ſatisfactionem*.
36. Sed hæc extenſa denunciatio, ad ſatisfactionem tendens, in terris Proteſtantium rejecta, & ſimplex ſolum Evangelica cum Canonica probata eſt.
37. Rarior quidem hodie eſt hæc denunciatio Evangelica, in uſum tamen revocanda.
38. Actionem aut denunciationem excipiunt (2) vel *Mandata*, vel *Citationes*, tum Edictales, ubi de illis agitur.
39. Tum privatæ, quæ in cauſis Eccleſiaſticis, etiam in terris Proteſtantium, ſine requiſitione Domini territorii decernuntur, quod temperavit Elector Saxoniæ.
40. Citatione facta (3) contra *contumaces* litigantes varie proceditur.
41. Comparentibus partibus (4) præcipue inter Clericos tentanda eſt *amicabilis compoſitio*.
42. Sæpius quoque (5) partes ita citari poſſunt, ut in propria compareant perſona.
43. Lite non ſopita, ſequitur (6) ejusdem *Conteſtatio* non generalis, ſed ſpecialis.
44. Subjunctis (7) *Exceptionibus* tam dilatoriis, quam peremtoriis, fruſtratoriis, rejectis, ad quas nonnunquam pertinent *Exceptiones cautionales*.
45. Exceptiones excipit (8) *Probatio*, circa quam nonnunquam in foro Eccleſiaſtico poſt publicata teſtimonia admittuntur teſtes.
46. Clerici quoque ad teſtimonium, mediante juramento, adſtringuntur, licet olim hac in re nonnullam habuerint prærogativam, & hodie quibusdam in locis, ut Noribergæ.
47. In illis tamen, quæ Clericis ſecreto revelata ſunt, ad teſtimonia cogi nequeunt.
48. Probationibus adjunguntur (9) *Præſumtiones* hominis & juris, de quorum effectu.
49. Nec non (10) extraordinariæ probationes per *Juramentum* judiciale & neceſſarium, tum purgatorium, tum ſuppletorium, quod nonnunquam etiam in matrimonialibus admittitur.
50. Sæpius quoque (11) occurrit *Juramentum Calumniæ* generale & ſpeciale, cujus præſtatio

Digitized by Google

ſtatio conſultius per principalem, quam procuratorem fit.

51. Nonnunquam porro (12) *Diſputationes* atteſtationum inſtituuntur, ob negotii ſcil. difficultatem.

52. Quandoque (13) *Reconventiones* & *Interventiones* incidunt.

53. Sequitur (14) *Concluſio* cauſæ, quæ partes, ſed non judicem ligat.

54. Hanc excipit (15) *Sententia* definitiva, interlocutoria, aut proviſionalis, prolata vel ab ipſo judice Eccleſiaſtico, vel, ad ejus requiſitionem ab ipſius Superiore & Pontifice, aut Collegiis Theologorum ac JCtorum.

55. Sententia ſuſpenditur (16) per *Appellationem*, ubi demonſtratur, quod appellationes ad judicia ſecularia & Imperatores olim factæ fuerint.

56. & 57. Sed poſtmodum, gradibus Epiſcoporum receptis, ad ſuperiores Epiſcopos, tandemque ad Sedem Romanam invaluerunt.

58. Et quidem generaliter per ſaltum, ut contra diſſentientes demonſtratur.

59. Ad quem in terris Proteſtantium appellationes interponantur.

60. Cætera remedia ſuſpenſiva adduntur, & improbatur *Recurſus ad Nuncios Apoſtolicos*, perinde ut denunciatio Evangelica extenſa, de qua antea.

61. Sententiam in appellatione confirmatam; tandem comitatur (17) *Executio*, quæ fit vel ab ipſo Magiſtratu Eccleſiaſtico, aut Executoribus meris & mixtis, ab eo conſtitutis.

62. Vel à judice ſeculari, implorato ſcil. *brachio ſeculari*.

63. Requiſita hujus implorationis recenſentur.

64. Inſimulque, demonſtratur, quod, ſi notorie injuſta ſit ſententia, judex ſecularis brachium ſuum denegare queat.

65. Extra quem caſum cenſuris Eccleſiaſticis ad illud præſtandum cogi poteſt.

66. Hæc imploratio quoque in terris Proteſtantium neceſſaria eſt, quamvis Superiores, Jus Epiſcopale exercentes, cauſas à Conſiſtoriis avocare poſſint.

Præ-

Digitized by Google

PRæter *perſonas, in priori Cap.* conſideratas, *Juriſdictio Eccleſiaſtica* (2) vim & effectum ſuum exerit circa *Cauſas Eccleſiaſticas*, quarum integram tabulam proponit *Weber. in tract. de Conſiſt. c. 27.* easque poſtmodum per varias ſectiones explicat. Sed enimvero circa illas ante omnia diſtinguendum eſt inter cauſas à *Jure Sacrorum*, & à *Jure Epiſcopali* dependentes. *Priores* ad cenſum noſtrarum cauſarum referri nequeunt, quales ſunt, quæ convocationem Synodorum univerſalium, & Conſtitutionum Eccleſiaſticarum promulgationem, aliaque ſimilia, concernunt. Licet enim Epiſcopi quoque Synodum diœceſanam cogere, inque ea perpetua, extra iſtam Synodum vero temporalia, quæ illorum obitu expirant, condere poſſint ſtatuta, ut *ex Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 93. n. 23. & ſeq.* jam ſupra *Cap. 9. n. 102. & 103.* demonſtravimus. Non tamen Synodales conventus extra diœceſin convocare, nec contra jus commune Canonicum aliquid ſtatuere poſſunt, niſi hanc licentiam, conceſſione expreſſa vel tacita, ab eo acceperint, qui Jura Sacrorum exercet. Vid. *Barboſ. cit. alleg. 93. n. 31. & ſeq.* Meritò proinde convocationem Synodorum univerſalium, & generalium Conſtitutionum Eccleſiaſticarum promulgationem &c. ad Jura Sacrorum recenſemus, quæ apud Catholicos Pontifici reſervata ſunt. vid. *c. fin. ✠. de Conſt.* In Eccleſiis verò Evangelicis à Principibus & Statibus, Jura Sacrorum exercentibus, vel in Senatu ſanctiori, vel in Eccleſiaſtico, ſpecialiter hanc in rem conſtituto, peraguntur. *Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 2. n. 8.* atque *Brunnem. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 1. §. 35.* Poſteriores, ad noſtram jurisdictionem ſpectantes, in triplici iterum verſantur differentia: Aliæ enim ſunt *cauſæ Eccleſiaſticæ abſolutè tales*, aliæ *mixti fori*, aliæ verò *ſubſidiariæ*. Pro *abſolute talibus* habentur, quæ res ſpirituales & ſpiritualibus annexas, nec non Eccleſias attinent, quales non ſolum (1) ſunt omnes illæ, quæ ad Clericorum perſonas ſpectant, ſed etiam illæ, quæ pertinent ad Clericorum exceſſus & delicta, ſub declaratione tamen in antecedentibus propoſita. (2) Eæ, quæ reſpiciunt Clericorum conſtitutionem & ordinationem, nec non poſtulationem, electionem canonicam, proviſionem, aliosque modos acquirendi functiones & dignitates Eccleſiaſticas, it. perſonatus, officia, canonicatus, præbendas, aliave beneficia Eccleſiæ. *Clem. 2. de Jud.*

1 (margin, line 1) 2 (margin, beside "cogere") 3 (margin, beside "ſpectantes")

(3) Iſtæ, quæ verſantur circa valorem profeſſionis religioſæ & obligationem votorum. *Gonzal. Tellez. ad. c. 2. X. de Jud. n. 8.* (4) Quæ pertinent ad res ſacras & Eccleſiaſticas ceremonias. *Gonz. Tellez. cit. loc. ac Engel. ad tit. X. de For. compet. n. 62.* (5) Cauſæ hoſpitalium, legatorum piorum, ſtipendiorum, ſalariorum & ſimilium. vid. *c. 2. X. de Jud. junct. c. 8. X. de For. compet.* adeo ut Epiſcopus etiam ratione violentiæ, in rebus his commiſſæ, cognoſcere poſſit, teſte *Klock. vol. 1. conſil. 39. n. 20. & ſeq.* qui plures Dd. adducit, inſimulque ob turbationem, in poſſeſſione Eccleſiaſtica factam, per *c. conqueſtus. 16. X. de For. compet.* in poſſeſſorio rei eccleſiaſticæ judicem Eccleſiaſticum competentem eſſe ſtatuit; ſed quid de hac extenſione quoad poſſeſſorium aſſerendum ſit, ex illis, quæ in ſequentibus dicturi ſumus, facile judicandum erit. Quod vero *d. c. 16. X. de For. compet.* contineat caſum exceptum ac violentia & ſpolium rei Eccleſiaſticæ conſtituat cauſam mixti fori, ex *Barboſ. & Gonzal. Tellez.* demonſtrabimus. (6) Cauſæ delictorum Eccleſiaſticorum omnium, ſive delinquens ſit laicus, ſive ſit Clericus. Delicta autem ejusmodi ſunt: Hæreſis, ſchisma, apoſtaſia, ſimonia, aliaque, de quibus *Brünnem. lib. 3. jur. Eccleſ. c. 1. §. 22.* (7) Cauſæ decimarum, earumque executio & diſtributio. *c. 25. X. de Decim. Carpzov. lib. 1. def. Eccleſ.* 138. (8) Cauſæ juris patronatus, *c.* 3. *X. de Jud.* ubi vid. *Grnzal. Tellez.* (9) Cauſæ ſepulturæ jus concernentes, *c. non æſtimamus. 19. c. 13. q. 2. & c. 9. X. de Simon. Carpz. lib.* 1. *def. Eccleſ.* 10. *n. 5. & ſeq.* (10) Quæſtiones de immunitate Eccleſiaſtica, & an ad Eccleſias confugiens ea ſeu tueri poſſit. *Klock. vol.* 1. *conſ.* 39. *n. 27.* (11) Cauſæ ærarii Eccleſiaſtici & gazophylacii. *Weber. de jur. Conſiſt. c. 27. ſect. 23.* (12) Cenſuræ librorum, præſertim qui ſine expreſſione nominis autoris & typographi emanarunt, vel qui convitia, ſuperſtitioſa continent, aut impia. Nam ut tales libri inhibeantur, concrementur, aut ſupprimantur, tandemque autores caſtigentur; ad curam Epiſcopalem pertinere, docet *Weber. d. c. 27.* Deniq; (13) Viſitationum omnesq; aliæ cauſæ, quæ vel ratione perſonæ conventæ, vel ratione materiæ & objecti pro Eccleſiaſticis habentur, juxta *Wammeſ. conſil.* Jur. *Canon. 67. n. 6.* de quibus ex dictis Dd. & hoc noſtro diſcurſu facile conſtabit, quamvis certa regula circumſcribi haud queant, fatente *Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 2. n.*

14. &

14. & ſeq. Sed quis in poſſeſſorio harum cauſarum Eccleſiaſtica- 4
rum judex competens ſit, ſive, qui de poſſeſſione earundem cognoſcere poſſit? inter Dd. quam maximè controvertitur. Quod in poſſeſſorio, æque ac petitorio harum cauſarum, non niſi judex Eccleſiaſticus judicare poſſit, cum *Azor. Garc. Bero. Mandoſ. Gratian.* aliisque multis docet *Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 39. §. 2. num. 17. & ſeq.* qui omnes urgent *Clem. un. de Cauſ. poſſeſſ. & Clem. unic. de Sequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* in quibus textibus, quod poſſeſſorium rerum Eccleſiaſticarum tractandum ſit apud judicem Eccleſiaſticum, ſat aperte inuitur, nec ſine ratione, quia cauſa poſſeſſorii annexa eſt proprietati, & cauſa ſpiritualis petitorium ac poſſeſſorium comprehendit, unde in *c. 2.* ✠. *de Jud. aliisque text.* cauſæ Eccleſiaſticæ judici Eccleſiaſtico generaliter ſubjiciuntur, hancque ſententiam noviſſime quoque comprobavit *Klock. vol. 1. conſil. 39. num. 26.* jam antea citatus. Contrari- 5
um tamen, & quod cognitio hujus poſſeſſorii ad judicem potius ſecularem pertineat, aſſeruit inter alios *Guid. Pap. dec. 1. n. 1.* quem ſecuti ſunt *Boër. Benedict.* & alii, interque eos *Gail. lib. 1. obſerv. 37. n. 5. & obſerv. 38. n. 2. & ſeq.* nec non noviſſime *Carpzov. lib. 1. def. Eccleſ. 138. n. 6. & ſeq.* pro quibus facit *c. ult.* ✠. *de Jud.* ubi Florentina poteſtas cognovit de quaſi poſſeſſione juris eligendi, *c. petimus. 19. cap. 11. qu. 1.* & ratio, quod poſſeſſio plurimum facti contineat, & in facto conſiſtat, ut adeo quid temporale, non ſpirituale ſit; Hancque ſententiam non ſolum expreſſis conſtitutionibus variorum locorum, ſed etiam à Cameraliſtis *Gail. ſcil. cit. loc. & Mynſing. cent. 2. obſerv. 97. num. 3. & ſeq.* diſſerte probatam eſſe, fatetur *Barboſ. d. l. num. 161. & ſeq.* Flu- 6
ctuat equidem *Grav. ad Gail. lib. 1. concl. 37. conſid. 6.* qui *num. 4. 6. & ſeq.* nonniſi poſſeſſorium in certis caſibus ad forum judicis ſecularis ſpectare dicit; Sed cum cauſæ Eccleſiaſticæ ſua natura ad forum Eccleſiaſticum non pertineant, verum laicis ſolum ab Epiſcopis, forum peculiare meditantibus, ſubtractæ ſint, illa ipſa quoque ſubtractio, quantum fieri poteſt, reſtringenda eſt, præprimis, quia etiam natura poſſeſſorii in cauſis ſpiritualibus, v. gr. decimarum & juris Patronatus &c. ſi à petitorio abſtrahamus, non obſtat, quo minus judex ſecularis cognoſcere poſſit, ſuffragante

præprimis conſuetudine, ut confitetur *Engel. ad tit.* X. *de For. compet. n. 70.* maxime cum hæc quæſtio nihil ſpirituale, vel ſpiri-
7 tuali annexum, ſed merum temporale involvat. Ad hujus tamen aſſertionis majorem declarationem diſtinguendum (1) eſt: An controverſia ſit *de jure poſſidendi*, & ad judicem quoque Eccleſiaſticum, ex hypotheſi judicii Eccleſiaſtici jam formati, pertinebit, etſi contra laicum intendatur, quoniam in cauſa ſpirituali & ipſa quoque poſſeſſio, qua jus poſſidendi reſpicitur, ſpiritualis eſſe debet; An verò de *ſolo facto* laici circa poſſeſſionem, v. g. turbantis vel dejicientis, ut ſi quæratur, an decimæ ſint à laico ſolutæ, nec ne, atque tunc judex ſecularis competens erit, niſi huic cauſæ poſſeſſoriæ ſit aliquid proprietatis admixtum. Vid. *Dn. Lyncker. ad Deſſel. de Cauſ. poſſeſſ. & propriet. q. 6.* ubi idem aſſerit de cauſa matrimonii poſſeſſoria, quando ei proprietatis quæ-
8 ſtio admiſcetur. (2) Ex *c. cum ſit. 8. c. conqueſtus. 16.* X. *de For. compet.* ulterius obſervandum venit, quod raptores & detentores rerum Eccleſiaſticarum coram utroque foro, tam Eccleſiaſtico quam ſeculari, conveniri poſſint, ut hoc modo ſpolia rerum Eccleſiaſticarum ſint mixti fori. Poſtquam enim in favorem Eccleſiæ receptum eſt, ut ejusmodi invaſores pro ſacrilegis haberentur, dijudicatio etiam de eorum delictis foro Eccleſiaſtico ceſſit, ut in eo, æque ac in ſeculari, juxta præventionem tamen factam, puniri poſſint. Vid. *Barboſ. ad d. c. 8.* nec non *Gonzal. Tellez. n. 3. & ſeq.* cum illis, quæ jam antea, *ſub cauſa Eccleſiaſtica quinta, num. 3.* propoſuimus.

9 *Mixti fori* cauſæ (1) in genere illæ eſſe perhibentur, quæ quidem per ſe ſunt ſeculares, ſed quoad certam qualitatem reſpectum habent ad forum Eccleſiaſticum, vel per ſe habentur quidem pro Eccleſiaſticis, propter qualitatem tamen temporalem adjunctam, ad forum quoque ſeculare pertinent, juxta *Engel. ad tit.* X. *de For. compet. n. 67.* ubi tamen fatetur, quod magis exemplis, quam certa quadam definitione demonſtrari poſſint. Sunt itaque variæ & quidem (1) Cauſæ matrimoniales, quatenus de vinculo contracto, aut diſſolvendo agitur. Licet enim multum diſputetur, num cauſæ matrimoniales ad judicium Eccleſiaſticum pertineant, nec diffitendum ſit, eas, ſi jus Divinum, Gentium & Civile inſpiciamus, per ſe eſſe mere ſeculares, à reliquis negotiis vitæ

huma-

humanæ non alienas, vid. *Alberic. Gentil. de Nupt. lib. 1. cap. 18. & 19. Caſp. Ziegl. ad aur. Prax. Calvol. §. Auſtregæ. concl. 2. n. 8. & Schubbard. de Auſtreg. c. 5. n. 80.* ob quam cauſam non ſolum in quibusdam Haſſiæ & Palatinus locis controverſiæ matrimoniales à ſolis Politicis deciduntur, teſte *Schubbard. cit. loc. n. 84.* Verum etiam Dicaſterio ſuo, dem Stadt-Gericht/ dijudicationem earundem non inique aſſignavit Reſpublica Norica, ut *in Differt. de Jud. Reipubl. Norib. c. 2. §. 1. & ſeq.* abunde demonſtravimus. Attamen, 10
perinde ut ipſa Jurisdictio Eccleſiaſtica ex pia & laudabili veterum Chriſtianorum intentione, ne coram judicibus ethnicis litigarent, ſed controverſias, mediante Presbyterio, ad ſcandalum evitandum componerent, contra eorum mentem efformata eſt; Ita quoque idem circa cauſas matrimoniales contigit. Chriſtiani primitivæ Eccleſiæ, ſi, vel de impedimento matrimonii ob conſanguinitatem, aliamque cauſam dubium motum, vel controverſia inter conjuges exorta eſt, Sacerdotum conſilio & reconciliatione utebantur, nec inique, cum per preces & benedictionem officio ſuo circa matrimonia aliàs fungerentur; Aſt ex bono hoc initio incrementum jurisdictionis Eccleſiaſticæ maximum cum inſigni abuſu prodiit, dum cauſæ matrimoniales omnes foro Epiſcoporum, & ut Pontifices circa ſtatum hominum, divortia, nullitates matrimoniorum & ſimilia alia judicarent, aſſignari, tandemque matrimonia Sacramenti nomine haberi cœperunt. Vid. *Dn. Puſend. in Introd. ad Hiſtor. c. 12. §. 13.* Ex hac itaque hypotheſi Canones, quos plerique Status Evangelici hac in re ſequuntur, cauſas matrimoniales fori Eccleſiaſtici eſſe cenſent. Vid. *c. multorum. 10. cauſ. 35. q. 6. c. antecedentibus. 12. X. de Exceſſ. Prælat. c. cauſam. 16. X. de Off. & poteſt. Jud. deleg. Ord. Eccleſ. Elect. Saxon. tit.* Von beyden *Conſiſtoriis. c. 7. ſub rubric.* Was Sachen in das *Conſiſtorium* gehörig/ §. Erſtlich alle Ehe-Sachen/ꝛc. Sed ita, ut etiam in foro ſeculari de iis agi queat, quo reſpectu mixti fori eſſe dicuntur, ſi vel cauſa concernat alimenta, vel agatur de matrimonio ex cauſa politica prohibendo, v. gr. ſi liber homo fœminam adſcriptitiæ conditionis matrimonio ſibi jungere velit, prout demonſtrat *Mev. p. 3. dec. 199. n. 2. & dec. 280.* Omnino ergo diſtinguendum eſt: U- 11
trum quæſtio ſit *de facto*, ſive contracto matrimonio quoad *effectum ſucceſſionis*, repetendæ dotis &c. & cognitio ſpectabit ad ju-

Digitized by Google

dicem ſecularem; An verò *de jure*, num ſcil. hoc vel illo gradu, vel inter tales perſonas matrimonium contrahi poſſit, & hoc modo erit jurisdictionis Eccleſiaſticæ. Vid. poſt *Freyſtein. de jurisd. Eccleſ. Dn. Stryck. ad Brunnem. cit. lib. 3. c. 1. §. 17. atq; cum allegat.*
12 *Schilt. Inſtit. Jur. Canon. lib. 1. tit. 5. §. 11.* Quod de matrimonio eſt dictum, *ob c. tuam, 3. X. de Ord. cognit.* ſtatuendum (2) de quæſtione *Legitimitatis*. Nam hæc cauſa natalium dependet à valore matrimonii, adeoque judex tantum Eccleſiaſticus cognitionem ejus habet, ſi proveniat ex eo, quod in gradu conſanguinitatis prohibito ſit contractum matrimonium, aut propter aliud impedimentum non valuerit. Quod ſi verò illegitimitas proveniat ex matrimonio clandeſtine celebrato, de ea quoque judicem ſecularem, tanquam ſuper re in facto potius quàm in jure conſiſten-
13 tem, cognoſcere poſſe, docet *Gonzal. Tellez. ad d. c. 3. n. 15.* (3) Mixti fori eſt *juramentorum* materia. Etſi enim juramentorum cauſa, licita an ſint, vel illicita, ad judicem Eccleſiaſticum pertineat, c. 13. X. *de jud. & c. fin. de For. compet. in 6.* Attamen, quia relaxatio juramentorum antiquis temporibus ad magiſtratus politici officium ſpectavit, per *l. fin. pr. ff. ad Munic.* atque, conniventibus Imperatoribus & Principibus ſecularibus, jurisdictioni Eccleſiaſticæ adſcribi cœpit; ideo *in Ord. Cam. p. 2. tit. 24.* Cameræ Imperiali & conſequenter Principibus & Statibus Imperii, imprimis quoad effectum agendi, iterum reſtituta, ſicque mixti fori facta eſt. Vid. *Gail. lib. 1. obſerv. 25. ibiq; Grav. Blum. in Proc. Cam. tit. 35. n. 12. Reinking. de R. S. & Eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. c. 10. n. 51. & Carpz. lib. 3. def. Eccleſ. 2. in fin.* ubi plures pro hac ſententia adducit DD. Confer. *Brunnem. cit. lib. 3. d. c. 1. §. 32.* ubi diſtinguit inter relaxationem juramenti puram & abſolutam, & inter relaxationem interimiſticam & ad certum finem factam. Priorem ad judicem Eccleſiaſticum pertinere, poſteriorem verò Magiſtratui Politico competere dicit. Verum non ſolum relaxationem ad effectum agendi, ſed etiam cognitionem de juramentis in aliis caſibus ad judicem ſecularem pertinere, teſtis eſt *Wagnereck. ad c. ult. de For. compet. in 6.* quando ſcil. non diſputatur de juramenti viribus, ſed de ejus obſervantia, an expediat illud ſervari, aut quando agitur de violato juramento ad pœnam, aut hæres ratione juramenti à
14 defuncto præſtiti convenitur. Cæterum licet jus Canonicum, æque

æque ac Civile, contra juratam promiſſionem reſtitutionem &
relaxationem, præcipue ſi vi metuque extortum ſit, concedat,
illudque Praxis paſſim obſervet, ut poſt multos allegatos teſtan-
tur *Setſer. de jur. lib. 1. c. 20. n. 4. & ſeq. & Rauchbar. lib. 2. q. 4.
n. 2. & ſeq.* unde Germanorum illud: Gezwungen Eyd iſt GOtt
leyd; Attamen, ſi juramentum, quoad formam & materiam,
nullo laboret defectu, nec perſona, cui præſtitum eſt, ſe deli-
cto indignam reddiderit, à nulla poteſtate relaxari poſſe vide-
tur, licet vis ac metus ſubſit, quæ ratio eſt, quod multi JCti
& Theologi, quoad jurantis conſcientiam & cœleſte tribunal,
tutius eſſe exiſtiment, etiam tale juramentum, quantum penes
jurantem eſt, propter reverentiam Divini Numinis ſervari, vid.
prolixe *Frantzk. lib. 2. reſol. 3. num. 27. ſeq. atq; Lauterb. de juram.
th. 42.* niſi Superioris, ne promiſſum præſtetur, prohibitio in-
terveniat, qui, vi ſupereminentis dominii aut jurisdictionis, rei
promiſſæ adimplementum ex juſta cauſa prohibere ac remittere,
ſicque per indirectum facere poteſt, ne jurantes, juramentum
non adimplentes, contra juramenti religionem peccare videan-
tur, aut niſi cum vi & metu ſpecies aliqua injuſtitiæ vel ſimilis
iniquitatis conjuncta ſit, quo caſu relaxatio, & quidem etiam
à Secularibus, per antea dicta, fieri poteſt. Vid. *Frantzk. cit. reſol.
3. n. 69. & ſeq. Carpz. p. 2. conſt. 36. def. 1. Zanger. de Except. p. 2. cap.
1. n. 428. & Lauterb. cit. loc. th. 37.* Quod autem de juramento eſt 15
dictum, etiam (4) ad *Contractus juratos* extenditur. Licet enim
contractus inter laicos initi ſint ejus conditionis, ut ad forum
ſeculare pertineant, propter qualitatem tamen juramenti fiunt
mixtæ conditionis, ut, ſi de ea quæratur, cognitio ad judicem
Eccleſiaſticum, ſub declarationibus tamen in juramentorum
materia adjectis, pertineat. Vid. *c. licet. 2. de Jurej. in 6. c. novit.
13. X. de Jud. & c. fin. de For. compet. in 6.* ubi vid. *Wagnereck.* (5)
Cauſæ Teſtamentorum mixti fori eſſe incipiunt, ſi legata
ad pias cauſas contineant, prout *ſub fin. huj. Cap.* demonſtrabi-
mus, & probat *Concil. Trident. de Reform. ſeſſ. 22. c. 8.* (6) Mixti 16
fori eſt crimen uſurariæ pravitatis. Nam quod cognitio de
contractibus uſurariis pertineat ad judicem Eccleſiaſticum, pro-
bat *tot. tit. X. de Uſur. & Engel. ad tit. X. de For. compet. num. 75.*
Quod

Digitized by Google

Quod verò praxis hodierna cognitionem de crimine uſurarum deferat quoque judici ſeculari, ex *Ord. Polit. Imper. de Ann. 1548. & 1577. ſub tit.* Von Wucherlichen *Contracten* liquet. Confer. *Ziegler, ad Lancel. lib. 3. tit. 1. §. 3.*
17 Idem, quod de crimine uſurarum dictum, Dd. applicant (7) ad alia crimina, quorum pœna in utroque jure, tam Canonico, quam Civili ſtatuta eſt. Idcirco, præter rapinam & ſpolium circa res Eccleſiaſticas, de quibus antea, ſi non omnia, ſaltem pleraque crimina *de jure* (ſecus ac *de conſuetudine*, ſecundum quam Eccleſia ordinarie criminum punitionem, inter laicos commiſſorum, judici ſeculari relinquere ſolet) quoad pœnam irrogandam mixti fori eſſe cenſet *Engel. ad tit.* ✠. *de For. compet. n. 75.* Hucque pertinet, quod ad cognitionem Eccleſiaſticam referat *Brunnem. lib. 3. Jur. Eccleſ. cap. 1. §. 23.* non ſolum divinationem ex aſtris de futuris eventibus, verum etiam delicta, quæ in foro civili ſunt impunita, aſt verbo DEI contraria, ut ſunt ebrietas, læſio in contractibus, impoſtura, mendacia, ira, inimicitiæ, aleæ & chartarum luſus, ſuperbia, pejerandi conſuetudo, & ſimilia, ob rationem, quia ad judicium Eccleſiaſticum ſpecialiter ſpectat cuſtodia pietatis in utrâque Decalogi tabula.
18 Sic ergo in utroque foro ſeculari & Eccleſiaſtico multorum criminum coërcitio fieri poteſt, maxime ſi delictum ſit atrox, & in foro Eccleſiaſtico non tam vindicativa, quam medicinalis aut alia levior imponatur pœna. vid. *c. 2.* ✠. *de Maledic. Panormit ad c. Tuæ frat. 5.* ✠. *de Procur. n. 5. & Engel. cit. loc. n. 76.* etiam in terris Proteſtantium, in quibus, quoad delicta publica & notoria, ſæpius recepta eſt vel pœnitentia, vel deprecatio publica. *Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 19.* Cognitionem tamen delictorum, in Eccleſia à laicis commiſſorum, judici laico, poſt *Tiber. Decian. Covarr.* & alios, adſcribunt *Schurff. cent. 2. conſil. 21. & Klock. vol. 1. conſil. 42. n. 7.* cum Eccleſia non habeat territorium, niſi reſpectu clericorum, ac laicus dicatur eſſe de territorio & jurisdictione ſeculari. De reliquis cauſis mixti fori poſt *Mart. de Juriſd.* vid. *Engel. cit. loc.*
19 Denique *in ſubſidium* ad cauſas Eccleſiaſticas, ex pura æmulatione, referuntur (1) *Cauſa miſerabilium perſonarum*, pupillorum, viduarum, pauperum &c. quas cognitioni judicis Eccleſiaſtici indiſtincte adſignare videntur varii textus, in *c. ex parte. 15.* ✠. *de For. comp. c. nuper. 6.* ✠. *de Donat. int. vir. & ux. & c. ſuper. 26.* ✠. *de V. S.*

Digitized by Google

de V. S. vid. quæ in *Cap. antec. n. 35.* hac de re diximus. Sed con-
ſuetudine & ſtylo judiciorum conformius eſſe dicit *Covarruv. Pract.*
Quæſt. c. 6. n. 1. quod tunc demum cauſæ perſonarum miſerabili-
um pertineant ad forum Eccleſiaſticum, ſi judex ſecularis in ex-
ercenda juſtitia negligens fuerit, per *c. ex tenore. 11. X. de For.*
compet. ubi cum alleg. vid. *Barboſ. & ad c. 13. X. de Jud. Engel. de*
For. compet. n. 73. (2) Cæteræ cauſæ omnes, in quibus à judice 20
ſeculari juſtitia impetrari nequit, per *d. c. 11. X. de For. compet.*
Ut tamen perſonæ miſerabiles prærogativam habeant, hanc dif-
ferentiam proponit *Engel. cit. loc. n. 74.* quod poſſint ſtatim, omiſ-
ſa quoque ſecunda inſtantia, ad judicium Eccleſiaſticum provo-
care; Reliquæ verò non, niſi juſtitia in prima & in ſecunda in-
ſtantia ipſis fuerit denegata. Quando autem judex ſecularis di-
catur negligens, ut cauſa ad Eccleſiaſticum devolvatur, poſt *Bald.*
declarat *Engel. cit. loc.* Sed quantos ea res abuſus induxerit, do-
cere poſſunt ea, quæ retulerunt Principes Germaniæ in Grava-
minibus Noribergæ A. 1622. exhibitis §. Item ſo weltliche Perſonen.
60. Hoc ergo modo, perinde ac per quaſi poſſeſſionem & præſcri-
ptionem, Juriſdictioni Eccleſiaſticæ infinitæ fere adſcriptæ ſunt
cauſæ, quæ magiſtratus ſecularis juriſdictionem, ſi non plane
impediunt, multis tamen modis ita turbant, ut effectum ſuum
ſortiri nequeat, & impune quoque à Clericis committantur atro-
ciſſima delicta, ut in ſequentibus ſat aperte monſtrabimus. In 21
Foris Proteſtantium cauſæ equidem ſubſidiariæ fere ignorantur;
nihilominus tamen perſonarum miſerabilium cura Miniſterio quo-
que Eccleſiæ adſcribitur, ad hoc, ut moneat magiſtratum, ſi vi-
duis & orphanis proſpicere negligat, vid. *Brunnem. lib. 1. Jur. Ec-*
cleſ. c. 6. membr. 7. n. 1. & ult. Reliquæ porrò cauſæ Eccleſiaſticæ,
hactenus recenſitæ, cum illis, quæ mixti fori eſſe dicuntur, ju-
riſdictioni Conſiſtoriali hodienum adſcribuntur, ut ex *Carpz. lib.*
3. def. Eccleſ. 2. Brunnem. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 1. § 3. & ſeq. & Weber.
cit. c. 27. ſat abunde liquet. Non ſine ratione ergo cauſas juriſ-
dictionis Eccleſiaſticæ conjunctim, tum quoad Juris Canonici
præſcriptum, tum quoad jura Conſiſtorialia Proteſtantium in
hoc ipſo Diſcurſu conſideravimus.

Perſonis & Cauſis ad juriſdictionem Eccleſiaſticam ſpectan- 22
tibus perluſtratis, nunc meritò progredimur ad *Proceſſum*, in ea-

Ss run-

Digitized by Google

rundem dijudicatione obſervandum. In judicis eqidem Eccleſiaſticis non alium olim obſervatum fuiſſe Proceſſus ordinem, quam qui jure Civili præſcriptus fuit, non tantum ex *Nov. Juſtinian. 79. c. 1.* ejusque verbis: *Et quæ de lite ſunt &c. ſecundum Leges noſtras & ſacratiſſimas regulas &c.* ſed etiam ex praxi variorum temporum liquet. Hinc, ad exemplum juris Civilis, in criminali cauſa nomine rei non facile, & nonniſi certis caſibus procuratorem admittentis, *ſec. l. 13. §. 1. ff. de publ. jud. in Concil. Conſtantinopol.* contra *Eutychem Archimandritam* procuratorem admittere noluit *Synodus.* Vid. *Acta Concil. Chalced. p. 2. act. 1. apud. Binn. vol. 3.* Porro, ad imitationem juris Civilis, promiſcue omnium accuſationes non recipientis, plures excluſit *Codex Can. Eccleſ. African. cap. 131.* denique quemadmodum appellationes in foro Civili neceſſariæ viſæ ſunt, ſic etiam easdem in ſuis judiciis recepit Eccleſia. Vid. *Dn. Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 30. §. pen. & ult. atque c. 31. §. 1.*

23 Sed poſtmodum judicia Eccleſiaſtica magis magisq; confirmata, & Jura Canonum decretalibus variis Pontificum aucta fuerunt, ſingularis quoque Proceſſus præſcribi & ordinari cœpit; qui non ſolum in judiciis Eccleſiaſticis receptus, ſed etiam ob ſanctitatem quam pro ſe ferre videbantur decretales iſtæ, ad judicia ſecularia translatus eſt, ad imitationem ipſius juris Canonici, quod in multis articulis juri Civili palmam præripuit, & in Germania quoque, præ jure Juſtinianeo, imprimis quoad proceſſum, invaluit; maxime poſt Decretales à Gregorio IX. editas, poſt quæ tempora, ob Pontificum, quæ tunc temporis erat, auctoritatem, judiciorum Germanicorum ratio à priſca ſimplicitate & brevitate deflexit, ut obſervavit, *Dn. Conring. de Orig. Jur. Germ. c. 26.* qui verba Autoris Speculi Suevici, ſub finem forte decimi tertii ſeculi conſcripti: Aus den zweyen Büchern (Decret und Decretales) nimmt man alle Recht/ der Geiſtl. und Weltl. Gerichte bedarff/ de

24 hoc caſu accipienda eſſe docet. Sic ergo, juris Civilis ratione procedendi relicta, ſtylus Curiæ Romanæ in jure Canonico non ſolùm receptus, ſed & ita auctus ac prolixior, adeoque deteſtabilior partibus redditus eſt, ut factus fuerit *Ens quoddam collectivum* & aggregatum ex multis & infinitis ferè actibus forenſibus. Hoc cum ſequentes Pontifices tandem animadverterent, in quibusdam cauſis, quæ ſingularem promereri videbantur favorem, redu-

Digitized by Google

reduxerunt expeditiorem & celeriorem procedendi modum, quem oppoſitive ad priorem vocarunt ſummarium, huncque Clemens V. *in c. ſæpe. 2. de V. S.* exponit, ac ita declarat, ut citatio quidem & juramenta calumniæ non excludantur, libellus tamen non exigatur, nec etiam litis conteſtatio, ſcil. ſolennis, & quæ alia proceſſus ordinarii requiſita ſunt, ſed, ſola facti veritate inſpecta, procedatur, & nonniſi probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ admittantur. Poſt hæc ergo tempora *Proceſſus*, ex ratione juris Canonici, in *ordinarium*, in quo ſolenni judiciorum ordine ſervato procedit judex, & *ſummarium* ſive *extraordinarium*, in quo de ſimplici & plano cognoſcit, ab Interpretibus juris Canonici & Practicis diſtingui cœpit. Recenſuit autem hic 25
ipſe *Clemens V.* Pontifex *in Clem. Compendioſam. 2. de Jud.* certos caſus, in quibus hunc proceſſum ſummarium obſervandum eſſe voluit, ut in cauſis electionum, poſtulationum, proviſionum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, canonicatuum, præbendarum, ſeu beneficiorum Eccleſiaſticorum, decimarum, nec non matrimoniorum, uſurarum, hasque enarratas cauſas quoquo modo tangentium. Vid. *Barboſ. ad. d. Clem. 2. num. 1. ibique plures alleg.* nec non *Vivian. in Ration.* Sed quia Pontifex in rela- 26
tione dictarum cauſarum verbis generalioribus: *Eas quoquo modo tangentibus &c.* utitur; eapropter extenſionem etiam ad alias cauſas permittit, quæ ſucceſſive in tantum excrevit numerum, ut *Zanger. de Except. p. 1. cap. 1. num. 60. & ſeq. XL. Schulteſ. verò obſerv. 3. CL.* referant & cumulent, quâ ipſa tamen enumeratione cauſarum rem nondum expeditam redditam eſſe, cenſet *Carpzov. in Proc. tit. 1. art. 1. num. 65.* cum varietas temporum, perſonarum & circumſtantiarum facta gignere poſſit nova, in quibus ſummariam procedendi rationem vel ipſa æquitas efflagitat. *In Ord. Cam. p. 3. tit. 3. ejusque Concept. XXX.* recenſentur cauſæ, quæ pro extraordinariis habentur, & *in tit. ſubſeq. 4.* adjicitur: Alle andere Sachen / die unter obbemeldten Extraordinariis nicht benenntlich angezeiget / ſollen unter den Ordinariis begriffen werden. Has aliasque quas Dd. pro ſummariis habent, ad *quatuor cauſas* generales reducit *Brunnem. in Proc. Civil. cap. 7. num. 21.* quarum (1) eſt *Salus publica* in inquiſitionibus, præcipue criminum &c. (2) *Qualitas & favor perſonæ* in cauſis

Eccleſiarum, viduarum &c. (3) *Parvitas præjudicii & facilitas reparationis*, v. g. in remediis poſſeſſoriis, tandemque (4) quod *res*
27 *non patiatur moram.* Ex quibus patet, quod communiter cauſæ Eccleſiaſticæ omnes pro talibus habeantur, quarum cognitio de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii ordinarii, ſola veritate inſpecta, in judiciis Eccleſiaſticis ſuſcipi & tractari poteſt. Vid. *Joh. Baptiſt. Aſin. in Prax. judic.* §. 3. *c.* 31. *num.* 2. *junct. num.* 8. *& ſeq.* Hucque pertinet vulgatum illud: Eccleſiaſticas cauſas ſummarias eſſe, de quo vid. *Mev. p.* 3. *dec.* 217. *n.* 5. quam aſſertionem non ſolum in Electoratu Saxoniæ *per Ordin. Eccleſ. ſub tit.* Von beyden *Conſiſtoriis c.* 8. nec non *in Ducat. Gothan. per Ord. Eccleſ. c.* 2. §. 4. *in verbis:* Und dieweil in Conſiſtorial Recht oder Partheyen-Sachen ſummariſcher Weiſe ohne Weitläufftigkeit/ ꝛc. auf ſchlechteſte Erkundigung der Sachen Warheit zu verfahren/ ꝛc. Sed etiam in aliis Proteſtantium terris *per Ordin. Eccleſ.* approbatam eſſe videmus. Recte proinde cum *Carpz. lib.* 3. *def. Eccleſ.* 19. *Brunnem. lib.* 3. *Jur. Eccleſ. c.* 2. *n.* 1. proceſſum Conſiſtorialem utplurimum ſummarium, nec ſubtilitates proceſſus obſervandas eſſe dicit, cui ſuffragatur quoque *Schilt. lib.* 1. *Inſt. jur. Canon. tit.* 5. §. 15. niſi tanta appareat difficultas, ut ordinariam diſquiſitionem requirat. *Ord.*
28 *Elect. Saxon. cit. loc.* Sed quia hoc modo illa, quæ in Decretalium *lib.* 1. *&* 2. *de Proceſſu judiciario* proponuntur, omnium judiciorum civilium communia ſunt; in modo verò procedendi quoad Eccleſiaſticas cauſas fere conveniunt Judicia Eccleſiaſtica Catholicorum & Proteſtantium, quod utraque ſecundum rei veritatem, obſervatis ſolum ſubſtantialibus proceſſus, controverſias occurrentes tractent; Ideòque miſſis illis, quæ alioquin in proceſſu cauſarum civilium occurrunt, quoad *modum procedendi & remedia ſuſpenſiva*, nec non *executionem ſententiæ*, circa quæ (3) *jurisdictio Eccleſiaſtica* verſatur, nonnulla ſaltem ſpecialia proceſſus Eccleſiaſtici, ex utroque Catholicorum & proteſtantium foro, adjiciemus.
29 Et quidem Proceſſus hic Eccleſiaſticus initium ſuum (1) accipit vel per *actionem*, vel per *denunciationem.* Per *actionem*, actore exiſtente, qui hanc ob cauſam judicio Eccleſiaſtico offert libellum, non quidem articulatum, ſed ſimplicem potius ac minus ſolennem, ſecundum *d. Clem.* 2. *de V. S.* eumque vel mere talem, vel punctatum, id eſt, ſi actio varia contineat capita, punctis

quibus-

quibusdam diſtinctum, hic enim multis modis à libello articulato differt. vid. *Blum. in Proc. Cam. tit. 68. n. 21. & 22.* In Dicaſterio Norico tamen adhuc hodie libellum articulatum quoad cauſas matrimoniales frequentiorem eſſe, in *Diſſert. de Jud. Reipubl. Nor. c. 2. §. ult.* diximus. Etſi enim modus ita procedendi de Jure Civili plane ſit incognitus, ſed à Gloſſa & Dd. poſt receptum Jus Canonicum, introductus, ſuis non carens vitiis, eaque propter *in Rec. Imper. de A. 1654.* §. 34. & 37. ſublatus; Quia tamen conſuetudine fuit approbatus, voluit Respublica Norica inveteratum hunc morem modumque retinere, & quod vitii eidem adhæret, corrigere, cum & in eo per ſimplices & planas reſponſiones tædioſa repetitio evitetur, & citius ſæpe proceſſus expediatur, quam alius, qui ſimplici enunciationis genere peragitur. Vid. *cit. diſſ. d. loc.* Actore verò non apparente, præcipue in delictis, per *denunciationem*. Eſt autem 30
denunciatio notificatio delicti commiſſi judici facta, & communiter à Canoniſtis *ad c. noviter. 13. X. de Jud.* dividitur in *Civilem* ſive *Judicialem*, *Canonicam* & *Evangelicam*. Vid. *Vallenſ. ad tit. X. de Accuſ. §. 5. n. 1. Engel. ad eund. tit. n. 29. & Caniſ. in Summ. jur. Canon. lib. 4. tit. 19. §. 16.* Quibus alii adjiciunt *quartam* ſcil. *Regularem*: Alii verò omnem omnino denunciationem non niſi *duplicem* eſſe cenſent, *Judicialem* ſcil. qua delictum denunciatur ſuperiori ut judici, & *Extrajudicialem*, qua denunciatur ſuperiori quidem, ſed ut patri, ad ſolam emendationem proximi, hancque diviſionem cum Theologis probant *Azor. Inſt. moral. p. 3. lib. 13. c. 21. circa princ. atque Wagnereck. ad c. 26. X. de Accuſ. not. 4.*
Denunciatio *Civilis* ſive *judicialis* varia equidem eſt, publica ac 31
privata, bellica ac togata, hic autem ea eſſe dicitur, quæ peragitur in delictis, vel jure Civili ab Irenarchis, vid. *l. 6. pr. ff. de Cuſt. reor.* & hodie à miniſtris, ad delationem criminum conſtitutis, vel à privatis, ad inquiſitionem peragendam & pœnam imponendam. vid. *Brunnem. in Proc. Inquiſ. c. 4. n. 21.* nec non *ad tit. C. de Irenarch. n. 1.* Denunciatio *Canonica*, à canonibus intro- 32
ducta, eſt vel *generalis*, vel *ſpecialis*, teſte *Marant. in Spec. p. 6. de Denunc. n. 7. Generalem* dicit eſſe publicam, quæ fit vel ob crimina, quæ paſſim inoleverunt, coërcenda, vel ob matrimonia impedienda. Vid. *Wagnereck. ad c. 16. X. de Accuſ.* Poſterior fit bannis,

ſive denunciationibus Eccleſiaſticis de matrimonio contrahendo,
vel trina, juxta *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Reform: matr. c. 1.* vel
etiam quandoque una vice, adjecta ferè hac formula: Wer et-
was darwider zu reden hat/ der thue es bey Zeiten/ oder ſchweige her-
nach/ ꝛc. Nec ſine ratione. Propterea enim dicitur hæc denuncia-
tio *bannum* in *c. 27. X. de Sponſ.* (quod verbum alioquin edictum
publicum ſignificat, ut demonſtrat *Carol. du Freſne, in Gloſſ. ad
verb. Bannum*) quia vim edictalis & quidem peremtoriæ citatio-
nis habet; quæ propterea ſub pœna ſilentii merito proponitur.
*Berlich. p. 1. dec. 76. n. 2. & Dn. Stryck. ad Brunnem. lib. 2. Jur. Ec-
cleſ. lib. 2. c. 6. §. 6.* Si tamen unica vice fiat, quod moribus quo-
rundam locorum receptum, nec à *Carpzov. lib. 2. def. Eccleſ.* 140.
improbatum legitur, certum inter eam & copulationem ſacer-
dotalem intercedere debet tempus, alioquin, æque ac commi-
natio ſilentii, fruſtranea erit, niſi manifeſtum ſit, inter deſpon-
ſatos nullum impedimentum intercedere, quo caſu etiam omit-
ti poteſt. Vid. *Dn. Stryck. cit. loc.* neque enim à Canoniſtis de eſ-
ſentia matrimonii eſſe creditur. Vid. *Martin. Azpilc. Navarr. in
in Man. c. 22. n. 70.* atque poſt ſexcentos alios *Barboſ. ad cit. c. 1. Con-*
33 *cil. Trident. n. 28.* *Specialis* verò eſt illa ipſa delatio criminis cano-
nica, quæ ad ſuperiorem Eccleſiaſticum ſine ſolennitate accuſa-
tionis fit. Prodita eſt, hæc denunciatio contra eccleſiarum &
monaſteriorum Prælatos, quorum exceſſus à ſubditis clericis &
monachis poſſunt deferri ad ſuperiorem, juxta *c. ſi quis. 2. & c.
cum dilectus. 20. X. de Accuſ.* eandem tamen charitativa admoni-
tio præcedere debet, per *d. c. 20.* ubi vid. *Wagnereck.* Atque ad hanc
canonicam denunciationem pertinet etiam *regularis*, quia proce-
ditur in religioſis ordinibus contra ipſos religioſos, ſecundum
ipſorum regulas & conſtitutiones. Nam quia & canonibus con-
formis eſſe debet, meritò quoque canonica, utraque denique, &
canonica & hæc regularis, certo reſpectu etiam judicialis dici me-
retur, quia tam reſpectu ſecularium, quàm regularium tendit
ad punitionem criminum, & emendationem publicam, per ea,
quæ tradit *Wagnereck. ad c. 16. h. tit.* ſequutus *Azor. cit. loc.* Conf.
34 poſt *Marant. aliosque Vallenſ. ad tit. X. de Accuſ. §. 5. n. 3. & 5. Ev-
angelica* denique vocatur, quæ intenditur ad ſpiritualem emen-
dationem alterius, de peccato vel omittendo, vel non commit-
tendo,

tendo, atque ſit vel ipſi peccanti, vel judici Eccleſiaſtico, juxta normam à Salvatore noſtro *Matth. 18. v. 15. & ſeq.* præſcriptam, unde non incongrue dividi poteſt in *privatam* & *publicam*. *Privata* incumbit non ſolum (1) miniſterio Eccleſiaſtico; ſed etiam (2) Magiſtratui & Patronis Eccleſiaſticis, ſi miniſtri Eccleſiæ aliquid indecenter faciant, imò (3) cuilibet patrifamilias, ſi quid fiat à conjuge, liberis, domeſticis ac miniſtris, quod correctione indiget; Tandemque (4) cuilibet Chriſtiano, quoad fratrem peccantem, ad ejusdem emendationem, unde dubitamus, an cum nonnullis poſſit diſtingui in eam, quæ ex officio, vel libero arbitrio peragitur, cum hæc denunciatio, juxta præceptum Salvatoris noſtri, cuivis injuncta ſit, hoc tamen obſervato ordine, ut primo corripiatur privatim, deinde, ſi coërcitionem non admiſerit, ut admoneatur coram teſtibus, & tandem, ut denunciatio fiat Eccleſiæ. Conf. *c. novit. 13. h. t. de Jud. Privatâ* hac non ſufficiente, ſequitur *publica Eccleſiæ facta*. Licet enim hæc denunciatio ex charitate proximi oriatur, & fraternam correctionem ſupponat, nec ad publicam vindictam aut pœnam tendat, ut ſuperiori, non ut judici, ſed ut patri fieri dicatur; Si tamen charitas nihil proficiat, nec ſufficiat materna Eccleſiæ correctio, per accidens hæc denunciatio involvit pœnam Eccleſiaſticam, quod ipſe Chriſtus *Matth. 18. v. 17.* innuit, dum illum, qui Eccleſiam non audit, jubet haberi inſtar ethnici & publicani. At- 35
que ita quidem hæc denunciatio *per ſe*, ex Salvatoris præcepto, peragitur. Sed enim verò à Canoniſtis per *extenſionem* etiam remedium ad impetrandam ſatisfactionem fieri cœpit, ut adeo hoc reſpectu *duplex* ſit: *Alia*, quæ, prævia correctione charitativa, fit ad *emendationem* & *pœnitentiam*, de qua hactenus: alia verò, quæ ad *ſatisfactionem*, auxilio in foro ſeculari deficiente, conſequendam inſtituitur; atque hæc poſterior eſſe dicitur remedium impugnandi ſententiam, ut, qui eandem injuſte obtinuit, per indirectum compellatur ad reſtitutionem ejus, quod ex injuſta illa ſententia acquiſivit, dum læſus, qui in foro ſeculari expediri nequit, lædentem privatim monet, tandemque contumacem Eccleſiæ denunciat, ut hoc modo ſatisfactionem per indirectum conſequatur, atque alter à peccato deſiſtat. Vid. cum aliis *Dd. Abb. ad c. 15.*

de

de Conceſſ. prab. & Marant. in Spec. cit. loc. n. 6. cùm in foro Eccleſiaſtico, quoties adverſarius obligatur in conſcientia ad ſatisfactionem compelli poſſe videatur, dum Eccleſia de quovis peccato mortali judicat, *d. c. novit. 13.* ✠. *de Jud. Engel. cit. loc. n. 30.* Aſt de-
36 nunciatio hæc extenſiva purum Canoniſtarum figmentum eſt, quod neque *in cit. c. novit. 13.* ✠. *de Judic.* nec in aliis *Juris Canonici textibus* fundamentum habet, ſed merum abuſum potius ſapit, ut demonſtravit *Chriſt. Frid. Jan. in tract. de Denunc. Evangel.* Quare in foro civili & terris Proteſtantium rejicitur, & ſimplex potius denunciatio evangelica probatur, æque ac canonica; quæ fit, ſi miniſtri eccleſiaſtici circa officium ſuum ex negligentia, privatis affectibus, odio, aliiſque ex cauſis minus decore ſe gerant.
37 Non diffitemur equidem, quod hæ denunciationes hodie ut plurimum rariores ſint, cum quilibet timeat offenſiones & proceſſum injuriarum, quem alter ex hac denunciatione format; Quare vel hoc unicum quandoque fieri videmus, ut cordati proximos, ſcandaloſe viventes, miniſtris Eccleſiæ clam, & ſub fide ſilentii, ne nominentur, denuncient, hoc fine, ut deſuper, præcipue quando ſacra Synaxi uſuri ſunt, moneantur. Sed cùm quilibet Chriſtianus proximum, in animæ periculo verſantem, juxta monitum Salvatoris *cit. Matth. 18.* fraternè corripere teneatur; Ideò quàm maxime neceſſarium eſſe videtur, hanc ipſam omnibus Chriſtianis injunctam obligationem auditoribus ſubinde in homiliis frequenter inculcare, pariterque modum & formam præſcribere, ut tandem aliquando in uſum revocetur. Vid. præ cæteris *Brunnem. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 2. n. 8. & ſeq.* ibique *Dn. Stryck. in addit. atq. Gothofred. de Jena in tract. de SCt. Macedon.*

38 Poſtquam ita per *denunciationem* aut *actionem* controverſia ad judicium Eccleſiaſticum delata eſt, decernuntur (2) vel *Mandata*, ſi res plana ac talis ſit, quæ mandatis, vel cum, vel ſine clauſula, expediri poteſt, de quibus eorumque requiſitis vid. *Blum. in Proc. Camer. tit. 34. per tot.* vel, ſi res ampliori cauſæ cognitione indigeat, *Citationes* emittuntur, iſtæ enim principium cujuscunque, etiam ſummarii & Eccleſiaſtici, judicii conſtituunt, *per c. 11.* ✠. *de Probat. & Clem. 2. de V. S.* & quidem vel *publicæ* ac *Edictales*, affixis citationis literis in valvis Eccleſiæ, juxta *c. ult.* ✠. *de Dol. & contum. & Clem. 1. de Judic.* iis ſcil. in caſibus, quibus reus

reus vel per ſe, vel per alios efficit, ne adiri poſſit, aut locus citandi non eſt tutus, vel plures incerti ad judicium vocari debent, vid. *cit. Clem. 1.* vel, ſi ſuper deſertione conjugis proceſſus inſtituatur, quibus caſibus tamen edictum quoque in locis vicinis domicilii citandi proponi debet, ut veroſimiliter in ejus notitiam pervenire poſſit. vid. *Clem. un. de For. compet.* unde multis in locis receptum eſſe videmus, ut in trium diverſorum dominorum territoriis, in dreyer Herren Landen / citationes affigantur. *Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 62.* quod tamen ubivis non obſervatur, teſte *Brunnem. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 2. §. 15.* vel *privatâ*, eæque tum verbales, tum 39
reales, per apprehenſionem perſonæ, etiam Clericorum, juxta *c. ſi Clericos. 15. de Sent. excomm. in 6.* Poteſt tamen judex Eccleſiaſticus etiam ſubditos laicos dominorum territorialium, absque eorundem requiſitione & literis mutui compaſſus, ad tribunal Eccleſiaſticum immediate vocare, ſicut judicium Camerale Principum Imperii ſubditos citat directò, non per ambages ſubſidialium citationum, ob fundatam in cauſis Eccleſiaſticis juriſdictionem, ob quarum naturam laici coram judicio Eccleſiaſtico forum ſortiuntur. Vid. *Frantzk. lib. 1. reſol. 18. n. 16.* in ipſis quoque Proteſtantium terris, ut demonſtrat *Brunnem. cit. cap. 2. §. 11.* utut in Electoratu Saxoniæ laici mediate per judicem ordinarium ſecularem, ſed omiſſa clauſula: in ſubſidium, ex ſpeciali diſpoſitione vocandi ſunt, de qua videri poteſt *Ord. Polit. Elect. Sax. de A. 1612. ſub. tit. Conſiſtorial*-Sachen / quam comprobarunt *Reſol. Grav. ſub tit.* Von *Conſiſtorial*-Sachen / §. Nächſt dieſem beſchwehren ſich zum eilfften / ꝛc. ubi additur ratio: Daß die *Conſiſtoriales* auf ſolche Maſſe der Partheyen viel gewiſſer ſeyn können / *Carpz. lib. 2. def. Eccleſ. 19. ac Schilt. lib. 1. Inſt. Jur. Canon. tit. 5. §. 16.* Citatione facta, ſi partes 40
(3) non compareant, habet quoque accuſatio *Contumaciæ* ejusque pœna locum, tum ex parte actoris, ita quidem, ut vel condemnetur in expenſas & cautionem de lite proſequenda, *per c. 1. de Dol. & contumac. in 6.* vel ut reus admittatur ad litis conteſtationem negativam, & ulteriorem in cauſa proceſſum, *per c. 3.* ✠. *eod.* tum ex parte rei per miſſionem in bona, *c. ult.* ✠. *de Eo qui mitt.* aut ſi locum habere nequeat, per ſequeſtrationem & arreſtationem, *Lancel. lib. 3. Inſt. Jur. Can. tit. 6. §. 1.* per excommunicationem. *c. 1.* ✠. *Ut lit. non conteſt.* ubi vid. *Wagnereck.* quæ tamen ob *Concil. Trident.*

 ſeſſ.

ſeſſ. 25. de Reform. c. 3. non, niſi aliis remediis deficientibus, adhiberi debet, tandemque, actore ita volente, per proceſſum in cauſa, juxta *l. 13. §. 2. C. de Jud. Engel. ad tit.* ☩. *de Dol. & contum. n. 8. & ſeq.* Sed in *Rec. de A. 1654. §.* Würde. 36. à Statibus eccleſiaſticis, æque ac ſecularibus, ſubſcripto, miſſio in bona quoad punctum contumaciæ, ſurrogato proceſſu in cauſa, ſublata eſt, ut ejus rarior hodie videatur eſſe uſus, niſi, quod in cauſis matrimonialibus per miſſionem in bona judicia Eccleſiaſtica contra refractarios hodienum procedant, teſte *Brunnem. d. c. 2. §. 17.* In quibusdam præterea judiciis Eccleſiaſticis litigantes contumaces inſimul certam pœnam fiſco Eccleſiaſtico ſolvere coguntur, *Brunnem. cit. loc. §. ult.* Cæteroquin de remediis juris adverſus contumaces in genere conſuli poſſunt *Stacc. de Jud. lib. 1. c. 93. & 96. Fulv. Pacian. de Probat. lib. 1. c. 72. Rosbach. in Proc. tit. 30. &*
41 *Brunnem. in Proc. civ. c. 4. per tot. Carpzov. Nicol. & alii.* Comparentibus in termino partibus, ante omnia (4) à judice Eccleſiaſtico, vel ipſo, vel etiam ab ejusdem delegatis, aut vicariis, quales in foro Proteſtantium ut plurimum ſunt Superintendentes & Inſpectores Eccleſiarum, præcipue inter clericos & miniſtros Eccleſiæ, tentari ſolet *amicabilis Compoſitio*, cum lites eorum vix unquam ita comparatæ ſint, ut non cultum ſacrum turbent, aut auditoribus ſcandalum præbeant. *Mev. p. 3. dec. 217.* Quibus vero admonitionibus hæc ipſa compoſitio promoveri ac perſuaderi poſſit, ex *Mev. cit. dec. 217. atque Zigler. ad Lancel. lib. 3. tit. 3. §. 1.* affatim liquet, quibus diſcretus judex ea, quæ neceſſitas cauſæ
42 poſcit, facile addere poterit. Et quamvis alioquin (5) etiam de jure Canonico arbitrio partium relictum ſit, in cauſis quoque Eccleſiaſticis per procuratorem comparere, ut inter alia apparet ex *c. 5.* ☩. *de Procur. & c. 2.* ☩. *de in integr. Reſtit.* judicium tamen Eccleſiaſticum ſæpius partes ita citare poteſt, ut in propria perſona compareant, præſertim, ſi præſentia neceſſaria aut utilis judicetur ad eruendam veritatem, aut ſi conſcientia maxime urgenda in cauſis matrimonialibus, beneficiorum Eccleſiaſticorum, aliisq; ſimilibus. Vid. *Carpz. lib. 3. def. 31. & 65.* nec non *Brunnem. cit.*
43 *c. 2. §. 13.* Lite in audientia per transactionem non ſopita, ſequitur (6) ejusdem *conteſtatio*, ob cujus generalitatem equidem jus Canonicum quoque probavit poſitiones cum earundem juramento in *c.*

1. & 2. de Confeſſ. in 6. ubi vid. *Barboſ. & Wagner.* nec non in *Clem. 2.*
de V. S. Quia tamen per *noviſſ. Imp. Receſſ. de Anno* 1654. §. Es ſoll auch
hinführo. 37. in locum generalis litis conteſtationis, eiq; adjuncta-
rum poſitionum, litis conteſtatio ſpecialis ſurrogata, inſimulque
diſpoſitum eſt, ut ſi forte res aliter ſe habeat, quam actor narra-
vit; reus ſpecifice, punctualiter, diſtincte, perſpicue ac nervoſe
factum referat. Vid. *Blum in Proc. Cam. tit. 69. §. 52.* Ideo quam
maxime in judiciis Eccleſiaſticis neceſſarium eſſe cenſemus, ut,
generali litis conteſtatione remota, (niſi eam in ſpecie cum poſi-
tionibus & reſponſionibus ſtylus curiæ probaverit) reus diſtincte &
punctatim, ſi conventio plura capitula contineat, litem conteſte-
tur, & quidem ſtatim in primo termino, ita, ut inſimul (7) o- 44
mnes *Exceptiones, tam dilatoriæ quam peremtoriæ*, cum eventuali li-
tis conteſtatione ſubjiciantur, quod iterum requirit *cit. Imp. Re-
ceſſ. de An. 1654.* §. Und hat der Beklagte. 40. & §. Nechſt dieſen ſoll der
Beklagte. 78. *Blum. cit. loc. n. 61. & ſeq.* hocque jure Conſiſtoria Pro-
teſtantium non immerito utuntur, ut patet ex traditis *Brunnem. l. 3.
Jur. Eccleſ. c. 3. §. 1. & 2.* Curare tamen debet judex Eccleſiaſticus, ut
fruſtratoriæ & temerariæ exceptionis removeantur per *d. Clem. Sæpe.
2. de V. S.* ad quas exceptiones cautionales ſæpius referri merentur.
Hæ enim animo differendi judicium nonnunquam opponuntur,
eoq; in caſu merito rejiciuntur, per doctrinam *Pruckmann. vol. 1. con-
ſil. 43. n. 75. Mev. p. 2. dec. 26. & p. 3. dec.* 248. nec non *Brunnem. in Proc.
Civil. c. 8. n. 12.* Litis conteſtationem, cum eaq; conjunctam op- 45
poſitionem exceptionum, comitatur (8) *Probatio*, quæ, vel *ordi-
nario modo*, per probationem in ſpecie ſic dictam, tum artificialem,
tum inartificialem, nimirum per inſtrumenta aut teſtes, vel et-
iam *extraordinario modo* per juramentorum delationem peragi-
tur. De ordinariis probandi modis ut prolixius hic agamus, in-
ſtituti noſtri non eſt, conferri ergo debent tituli *Decret.* peculia-
res de hiſce materiis, ex quibus inſimul patet, non obſtante
prohibitione juris Canonici, de repetitione teſtium poſt publi-
cata teſtimonia, in *Clem. 2. de Teſt.* propoſita, poſſe tamen itera-
tam probationem in foro Eccleſiaſtico permitti, ſi agatur de
peccato vitando, aut jure per partes non remiſſibili, ut in
matrimonio, quando pro eo teſtes audiuntur, per *c. ſeries.
26. X. de Teſt.* quod à variis varie explicatur, ita ut decem refe-

rat ſententias *Panormit.* Conſ. *Cujac. ad cit. c. 26.* Sed recte de cau-
ſa matrimoniali excepta intelligit *Gonzal. Tellez. n. ult.* atque *Wam-*
46 *meſ. vol. 1. Conſil. Jur. Can. 104. n. 4. & ſeq.* Porrò, quod clerici,
imò regulares, in cauſis quoque ſecularibus teſtes eſſe queant,
monſtrat cum infinitis juris Canonici locis, in quibus admittun-
tur, *c. 6. & c. 12. X. de Teſt.* modo teſtimonium coram judicio Ec-
cleſiaſtico dicant, niſi examen alteri commiſerit, vid. *c. 2. qu. 2.
cauſ.* 14. & in religioſis Abbatis licentia præcedat, quia ipſorum
voluntas ab arbitrio ſuperioris dependet, per *c. 26. de Elect. in 6.*
Vid. *Vallenſ. ad tit. X. de Teſt. §. 2. n. 25.* Omnes vero, ſive ſint
clerici, ſive etiam religioſi, deponere tenentur teſtimonium, præ-
vio juramento, prout reſcribit *Innocent. Pontif. in d. c. nuper. 51.
X. de Teſt.* Ab eo quidem Clericos Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ
immunes eſſe voluit *Marcian. Imper. in l. 25. §. 1. C. de Epiſcop.*
Concilium porro Tiburienſe Germanicum pro jurejurando ob-
teſtationem, per ſanctam conſecrationem factam, introduxit in
c. ſi quis. 4. cauſ. 2. q. 5. Tandemque clericis Henricus II. Impe-
rator facultatem jusjurandum per alios præſtandi, in ſua conſti-
tutione *lib. 2. LL. Longobard. tit. 48. l. 11.* conceſſit, ſicque quod
clericis Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ in *d. l. 25.* indultum eſt, ad
omnes pertinere voluit. Verum Pontifices Romanos hoc privi-
legium non confirmaſſe, *ex d. c. nuper.* 51. abunde patet, quare
Barboſ. ad cit. c. n. 5. ne in jurato quidem Cardinali credere vult,
hocque jure Conſiſtoria Proteſtantium non immerito utuntur.
Vid. *Carpz. lib. 3. def. Eccleſ. 22. & 23. Finckelthuſ. obſerv. 95. Virgil.
Pingitz. q. 35. n. 15. & ſeq. Ziegler. ad Lancel. lib. 3. tit. 14. §. 6.* Non
ergo ſufficit ſecundum Facultatem Theologicam Jenenſem apud
Dedekenn. vol. 1. Conſil. Theol. p. 3. membr. 4. ſect. 4. n. 15. daß die Pfar-
rer bey denen Pflichten / bey welchen Ihnen die Pfarr-Kinder anbefoh-
len / abgehöret werden / niſi honori miniſterii Eccleſiaſtici ſpeciali-
ter per conſvetudines locorum, utpote Noribergæ, hoc tributum
47 eſſe videamus. Quod ſi vero Clericis aliquid, ſive in confeſſio-
ne, ſive extra eam, ſecreto revelatum ſit, ad teſtimonium plane
cogi nequeunt, per jam antea *c. 8. n. 53. & ſeq.* ex *Dn. Stryck. Diſſ.
de Credend. revel. c. 2. n. 63. & ſeq.* deducta, cum nec cathedra pœ-
nitentialis, nec forma confeſſionis nexum obligationis ad ſilen-
tium conſtituat, ſed data potius & ſperata fides. Hocque vel

pro-

propterea notatu dignum eſt, partim ut cautelæ ſacerdotum minus cautæ tollantur, qui exiſtimant, poſſe etiam, quæ quis extra actum confeſſionis ſacerdoti ſecreto concredidit, licite diffulgari; partim etiam, quia in multis Eccleſiis Evangelicis, præcipue reformatis, confesſio privata ab uſu recesſit, ne miniſtri Eccleſiæ exiſtiment, ſecreta liberiori licentia manifeſtari poſſe, cum ſub ſigillo confesſionis nihil acceperint; partim denique ut reprobentur iniqui judicum mores, qui reos, veritatem fateri nolentes, ſæpius miniſtris Eccleſiæ committunt, ut illis confesſionem ſub hac ſpe: Der Delinquent möchte es Ihnen / als Predigern / nur in Vertrauen eröffnen / eliciant; quamvis non diffiteamur, poſſe adhiberi miniſtros Eccleſiæ, ut admoneant delinquentes, ne conſcientiam ſuam onerent, ſed delicta potius magiſtratui confiteantur. Sicut & hoc ſigillum confesſionis, in delictis committendis & futuris, ut anſa delinquendi tollatur, merito ceſſat. Vid. *Stryck. cit. c. 2. n. 56.68. & ſeq.* Probationibus in judiciis Eccleſiaſticis adjunguntur (9) *Præſumtiones*, non quidem leves & temerariæ, ſed juſtæ, tum hominis, tum juris, eæque iterum, tum juris tantum, quas alioquin violentas nominant, ad easque referunt *c. 2. & c. 12. ✠. de Præſumt.* tum juris & de jure ſimul, ſive neceſſarias, qualis occurrit in *c. is qui fidem. 30. ✠. de Sponſal.* quæ quidem poſt *Concil. Trident.* quod matrimonia ſine præſentia parochi contracta *ſeſſ. 24. de Reform. matrim. c. 1.* irrita eſſe dicit, amplius non obtinet; Nihilominus tamen hodienum inducitur per copulam carnalem, ad ſponſalia conditionalia accedentem, vigore cujus contrahentes à conditione receſſiſſe, & abſolutum conſenſum interpoſuiſſe cenſentur, ut cum allegat. docet *Engel. ad tit. ✠. de Præſumt. n. 11.* Poſterior hæc præſumtio regulariter probationem in contrarium excludit, reliquarum tamen præſumtionum diverſus eſt effectus, quos ex *Alciat. Maſcard. & Menoch.* recenſet *Brunnem. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 6. §. 1.* interque eos, quod purgationis juramentum nonnunquam inducant, id quod fit, quando v. gr. vel ſuper matrimonio tanta adſint indicia, quæ juramenti purgatorii delationem ſuadent. Vid. *Carpz. lib. 3. def. Eccleſ. 49.* vel etiam ſuper ſtupro & adulterio, v. gr. ſi uxor diu à marito abfuerit, de quo caſu vid. *Carpz. lib. 2. def. Eccleſ. 209.* Ex quibus ſe inſimul offerat (10) *extraordinariæ probationis* per *Juramentum* factæ

48 (margin, beside "Probationibus in judiciis … adjunguntur")
49 (margin, beside "Ex quibus ſe inſimul")

uſus in judiciis Eccleſiaſticis, qui frequentiſſimus eſt, non ſolum quoad juramentum judiciale, quod in cauſis matrimonialibus pro matrimonio equidem, ſed non contra matrimonium deferri poteſt, *arg. c. ſ. X. de Tranſact. & c. 7. X. de Sent. Covarr. de Matrim. p. 1. c. 4. §. 1. n. 5. & Setſer. de Juram. lib. 4. c. 4. n. 7. Becer. Claſſ. 6. diſp. 18. th. 52. ibiq; plures*; verum etiam quoad juramentum neceſſarium, tum purgatorium, quod frequentius occurrit, tum ſuppletorium, modo ſemiplana adſit probatio, aliaque occurrant requiſita, quæ ad delationem hujus juramenti neceſſaria ſunt, de quibus vid. *Mev. p. 3. dec. 402.* & paſſim *Brunnem. in Proc. Civil. c. 23. n. 22. & lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 5.* nec non *Lauterbach. ad tit. ff. de Jurej. th. 90. & ſeq. aliiq; plures*. In matrimonialibus, tanquam nimis arduis cauſis, juramentum hoc ſuppletorium admittitur equidem, ſed non indiſtincte, prout velle videtur *Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 46.* aſt tunc ſolum, quando vel negans conſentit, vel plusquam ſemiplene fuit probatum, aut ſemiplena probatio adminiculis ſuffulta eſt. Vid. *Setſer. de Juram. lib. 4. c. 14. n. 22.* poſt *Borcholt. & alios Lauterbach. cit. loc. th. 95. & Brunnem. lib. 3. Jur. Ec-*
50 *cleſ. c. 5. §. 6.* Præterea locum quoque habet (11) *Juramentum Calumniæ* non generale ſolum, ſed & ſpeciale, à jure Canonico in *c. 2. de jur. calumn. in 6.* generali ſuperadditum. Etſi enim in cauſis ſpiritualibus quondam non exactum fuerit juramentum calumniæ, per *c. 2. X. de jur. Calumn.* id tamen correxit *Boniſ. in c. 1. eod. in 6.* cum experientia doceat, etiam in illis frequenter calumnias intervenire. Vid. *Gonzal. Tellez. ad c. ult. eod. n. 13.* Utriusque præſtationem jus Canonicum etiam clericis per procuratorem permittit in *c. ult. de Juram. calumn. in 6.* Vid. *Wagnereck. ad c. 1. X. eod.* niſi judici neceſſarium viſum fuerit, inſpecta qualitate perſonarum principalium, procuratorem repellere, atque jubere, ut per principales perſonas præſtetur, *c. 3. X. de Juram. calumn. Scacc. de jud. lib. 3. c. 1. n. 181. & Zigler. ad Lancel. lib. 3. tit. 1. §. 13.* quod conſultius eſſe cenſet *Brunnemann. d. c. 5. n. 15.* propterea que gene-
51 raliter in Jure Saxonico probatum eſt. Probationes & juramenta excipiunt quandoque (12) *Diſputationes atteſtationum*, de quibus vid. *c. in cauſis, 15. X. de Teſt.* In foro quidem Eccleſiaſtico ſummarius utplurimum obſervatur procedendi modus, qui diſpu-

tatio-

tationes partium excludit, cum alioquin parum aut nihil profi-
ciant, & ex probationibus factis jam appareat, quid probatum
ſit nec ne. *Brunnem. in Proc. Civ. c. 20. n. 61.* Interdum tamen, ob
negotii gravitatem & difficultatem, ſi in mora nullum verſetur
periculum, diſputationes iſtæ admitti poſſunt, modo exceptiones
contra teſtes eorumque dicta aut documenta, replicam acto-
ris, ſive ſcriptum ſalvatorium, quibus teſtium depoſitiones ſal-
vantur, haud excedant, arg. eorum, quæ *de Proc. Cam.* con-
ſtituta ſunt in *Rec. Imp. de A.* 1654. §. Und demnach 56. *& ſeq.* Poſ- 52
ſunt etiam (13) quandoque fieri *Reconventiones*, modo cauſa recon-
ventionis ſit talis, de qua judex Eccleſiaſticus cognoſcere poteſt,
quia reconventio, licet tollat privilegium perſonæ, non tamen
mutat qualitatem cauſæ, nec efficit, ut qui per modum conven-
tionis judicare prohibetur, in reconventione judex ſit. *Mindan.
lib. 3. cap. 6. n. 35. Finckelth. de Jur. Patron. c. 8. n. 12. & ſeq. Zigler.
ad Lancel. lib. 3. tit. 9. §. 5.* Quandoque etiam *interventiones* inſti-
tuuntur, per *c. ſuper eo, 15. X. de Off. & poteſt. jud. deleg.* aliaque
nonnulla pro qualitate cauſæ peraguntur, quæ cæteroquin in cau-
ſis ſummariis permiſſa ſunt, *arg. Clem. Sepe. 2. de V. S.* Ea excipit 53
(14) *Concluſio cauſæ*, ſi non expreſſa, ſaltem tacita, contra quam
tamen in cauſis matrimonialibus aliisque arduis judex, pro re
nata, partes adhuc audire poteſt; cum concluſio partes quidem,
non judicem, liget, adeoq; non impediat, quo minus, ſi favor
cauſæ id exigat, illam reſcindere, utque acta compleantur & du-
bia reſolvantur, mandare poſſit. *Scacc. lib. 2. de Jud. c. 12. n. 28. &
ſeq. Mev. p. 3. dec. 400. n. 3. Brunnem. in Proc. Civil. c. 25. n. ult.* Tan- 54
dem (15) *Sententia definitiva, interlocutoria*, vel etiam *proviſionalis*
profertur, non ſolum pro decernendis alimentis ac vitæ ſubſidiis,
vid. *Carpz. lib. 1. def. Eccl.* 153. ſed etiam ob alias cauſas. Sic regulari
quoque per ſententiam proviſionalem decernendas eſſe litis ex-
penſas, ſi accuſet Prælatum, monſtrat *c. ex parte. 11. X. de Ac-
cuſ.* Idem dicendum de Clerico paupere, ſi pro utilitate Eccleſiæ
agat. Hos aliosque caſus, quibus ſententia proviſionalis locum
habet, recenſet *Dn. Stryck. in Diſſ. de Decret. interimiſt. c. 2. per tot.*
Fertur autem ſententia vel ab ipſo judice Eccleſiaſtico, vel, ad
ejusdem requiſitionem, à Pontifice, aliove Superiore, jura Sacro-
rum exercente, quod comprobant infinita *Decretalium* loca, ex

quibus

quibus colligere poſſumus, ſublatas jure Novellarum relationes, quod Curiæ Romanæ utiles viderentur, iterum revocatas eſſe, teſte *Schilt. Ex. ad Pand. 1. th. 18.* vel denique à Collegiis Theologicis, æque ac Juridicis, maxime ſi quæſtio ad Theologos magis quam JCtos pertineat, hocque poſterius obtinet, ſi mos ac ſtylus judicii, quem probat *Pax Scala de Conſil. Sapient. lib. 1. c. 22.* illam transmiſſionem, quæ in omnibus cauſis fieri poteſt, teſte *Brunnem. de Transmiſſ. act. c. 3.* ad negotia Eccleſiaſtica transtulerit. Vid. cum *Mev. p. 5. dec. 358. & paſſim. Brunnem. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 9. §. 1. & 2. ibiq; Dn. Stryck. in addit.*
55 Sicut vero de jure Civili poſt ſententiam, ad ipſius iniquitatem corrigendam, introductæ ſunt appellationes, per *l. 1. pr. ff. de Appell.* Ita quoque (16) conſimili modo Jus Canonicum hoc remedium judiciis ſuis applicavit, & eapropter proceſſui ſuo, *in Decretal. Sext. & Clementin. lib. 2.* propoſito, antiqua appellandi ratione, quæ ab initio inter Chriſtianos recepta fuit, plane abrogata, inſeruit. Etſi enim Ipſi Imperatores Chriſtiani Epiſcopis poteſtatem in quibusdam cauſis judicandi permiſerint, ut ex iis, quæ de *Jurisdict. Epiſcop.* in genere diximus, abunde patet; Litigantibus tamen, qui ſententiæ acquieſcere noluerunt, ad judicia ſecularia provocandi impoſuerunt licentiam, quod præter *l. 20. C. Theod. Quor. appell. non recip.* ubi vid. *Jacob. Gothofr.* diſertis verbis comprobat *Nov. Juſtin. 123. c. 21. in pr.* Excepit ſolummodo Juſtinianus in *l. 29. §. 4. C. de Epiſc. aud.* cauſas mere Eccleſiaſticas, quas noluit ad judicium ſeculare ullo modo deferri. Ipſi quoque Epiſcopi, quorum cauſæ ſub initio Chriſtianiſmi in ſynodis diſceptatæ & deciſæ fuerunt, ſi per ſententiam gravati fuerint, ad Imperatores provocarunt, qui vel Ipſi de cauſa controverſa cognoverunt, vel judices alios delegarunt, quod per nonnulla exempla declarat *Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 31. §. 8.* hæcque ad Imperatores appellandi ratio adhuc temporibus Caroli M. obtinuit, quibus quidem ab Epiſcopis ad Metropolitanos inſtitui cœperunt appellationes, ſed ita, ut concurrerent quoque Comites, ab Imperatoribus conſtituti, hisque ipſis tandem ultima cognitio remaneret, cujus rei teſtimonium *Concil. Francofurt.* perhibere dicit *Ziegler. cit. c. 31. §. 9.*
56 Sed poſtquam inter Epiſcopos, judiciis Eccleſiaſticis præpoſitos, gradus fuerunt recepti, ordo quoque appellationis receptus eſt, & gradus inſtantiarum

tiarum

Digitized by Google

tiarum ex gradibus Epiſcoporum, quos refert Juſtinian. *in d. l. 29. pr. C. de Epiſc. aud.* conſtituti ſunt. Tandem Epiſcopi non ſolum condemnatis licentiam ad Imperatores provocandi denegârunt; verum etiam ſucceſſive ea invaluit opinio, ſupra Patriarchas omnes eſſe Pontificem Romanum, ſicque tum à Patriarchis, eorumque ſynodis, tum etiam ab inferioribus quibusvis judicibus Eccleſiaſticis ad Pontificem Romanum appellationem interponi poſſe. Quæ aſſertio Romanæ Eccleſiæ ab initio valde ambitioſa & periculoſa viſa fuit Patriarchis Eccleſiæ Orientalis, unde controverſia maxima de appellatione ad ſedem Romanam exarſit quæ ſub initio *Secul. V.* inter *ipſas Eccleſias Occidentales, Romanam* & *Africanas* ventilata fuit, cujus originem paulò altius repetit *Ziegler. cit. c. 31. §. 13. ac ſeq. uſq; ad §. 33.* quem B. L. plenioris informationis gratia conjungere poteſt. Sed ea prærogativa magis magisque tam altas in *Eccleſia Latina* egit radices, ut, omiſſis plane intermediis, ad ſedem Romanam invaluerint appellationes, quam in rem *Gratian. cauſ. 2. q. 6.* ſuo Decreto plura inſeruit teſtimonia, domeſtica partim, partim etiam dubia & apocrypha, per praxin tamen Eccleſiæ Romanæ, & jus Canonicum noviſſimum ita comprobata, ut regula univerſalis: *Omiſſo Judice intermedio non poſſe appellari ad ſuperiorem mediatum*, tam de jure Civili *in l. 21. pr. ff. de Appell.* quam de jure Canonico *in c. 66. de Appell. & c. Romana. 3. §. ab Archidiaconis. eod. in 6.* propoſita, *de jure Canonico quoad ſedem Romanam & Pontificem* catholicam fere recipiat limitationem, per *c. 4. & ſeq. c. 2. q. 6. & c. 7.* nec non *c. 54. X. de Appell. Guid.* equidem *Papa dec. 221. n. 5.* hos aliosque textus de eo accipit caſu, quo, appellationibus ad Pontificem factis, exceptio judicis intermedii oppoſita non fuit; *Cujac. ad cit. c. 66.* intra territorium Romanæ Eccleſiæ, non extra illud, ſaltum hunc admittit; *Dn. Lyncker. de Grav. extrajud. c. 5. ſect. 2. §. 3. n. 4. & ſeq.* ad certos ſolummodo caſus beneficiorum reſtringit, propterea, quod congregatio Cardinalium, (quæ per *Pium V. Concilii Tridentini interpretationi* propoſita eſt) A. 1587. decretum promulgaverit, ut appellatio à Guardiano, vel à Priore aut Abbate, ad Provincialem, deinde à Provinciali ad Generalem, ab hoc ad Protectorem, & à Protectore denique ad Sanctam, quam dicunt, Congregationem procederet, vel juxta *Bull. Gregor. XIII. de A. 1575.*

57 58

ad Pontificem. Aſt, licet vel maxime fateamur, quod hæc licentia appellandi, quæ diſciplinam corrumpit, reformatione indigeat, ceu in ipſa *Concil. Trident.* congregatione oſtendit *Joh. Gropperus*; illico tamen contradictorem invenit *Johan. Baptiſt. Caſtellum*, conſentientibus aliis, qui indigne tulerunt Curiæ Romanæ commoda & axiomata in jus vocari. Vid. *Petr. Suav. in Hiſtor. Concil. Trident. lib. 4. ſub diſcurſ. de corrupt. Juriſd. Epiſcopal.* Quapropter, num reſtrictio extra cauſis, *in cit. Bullis*, comprehenſos, facta ſit, vel maxime dubium redditur, inprimis, quia recentiſſimi juris Canonici Interpretes, interque eos *Wagner. ad cit. cap. 66.* ob plenitudinem Apoſtolicæ poteſtatis, appellationes per ſaltum ad Pontificem adhuc hodie concedunt, quibus ex Proteſtantium Interpretibus ſuffragatur *Berlich. p. 1. concl. 50. n. 68.* Reſtat ergo, ut univerſalitatem quidem agnoſcamus, interim cum *Ferrar. in Pract. ſub form. appell. à ſent. definit.* &c. *in verbis: Et ad quemcunq; judicem competentem* &c. hoc inſtitutum Papale ab avaritia & ambitione eorum promanaſſe credamus, ut nundinationes in Curia Romana eſſent frequentiores, quam rationem *Ferrarienſ.* probarunt quoque *Mynſing. cent. 2. obſerv. 4. n. 4. Speckhan. cent. 2. claſſ. 4. q. 37. n. 6.* atque *Ritterſch. noſt. in diff. Jur. Civ. & Can. lib. 5. cap. 26.*

59 In *judiciis Proteſtantium Eccleſiaſticis* hæc disquiſitio cum ipſis appellationibus ad Curiam Romanam, propter juriſdictionem Eccleſiaſticam in *Pacif. Relig. & Pac. Osnabrug.* ſuſpenſam, ceſſat; locum tamen habent appellationes ad Principem, vel ad Conſiſtoria ſuprema, & ſicubi talia conſtituta non ſunt, cauſæ Eccleſiaſticæ, quoad appellationis inſtantiam, tractantur vel in ſecretiori Principum conſilio, adhibitis pro re nata Theologis, vel etiam Conſiſtoria retinent directionem proceſſus, & poſtea ad Facultatem Juridicam, & quandoque Theologicam, haud ſuſpectam, transmittuntur Acta: alicubi etiam Principes, ad quos appellatio facta eſt, cauſam certis perſonis cognoſcendam committunt, teſte *Weber. de Conſiſt. c. 32.* vel denique Tribunalibus ſupremis. Ad hæc in provinciis Germanicis, ad Regnum Sueciæ pertinenti-

60 bus, appellatur in Eccleſiaſticis, teſte *Mev. p. 2. dec. 365.* Præter appellationem probarunt quoque Canones reſtitutionem, qua ſuccurrunt minori, & hujus exemplo Eccleſiæ læſæ, per

61 In-

c. 1. ✕. de in integr. Reſtit. etiam contra lapſum fatalium, per *Clem. un. eod.* quandoque etiam majori ex juſta cauſa. *Wagnereck. ad c. 6. ✕. eod.* ita quidem, ut & hæc reſtitutio executionem impediat, niſi præſumtio ſit, malitioſe eam petitam eſſe, per *c. 6. ✕. eod.* quod ſæpius arbitrio judicis committunt Dd. Vid. *Sfort. Odd. de Reſtit. p. 1. c. 43. Lancel. de Attent. p. 2. c. 18. num. 75. Finckelthuſ. obſerv. 106. num. 9. & ſeq. & Carpz. lib. 2. reſp. 94. num. 13.* tandemque alia remedia ſuſpenſiva, de quibus videri poteſt *Brunnem. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. 10.* inter quæ tamen, perinde ut extenſam denunciationem Evangelicam, de qua antea, merito Recurſum ab officialibus ad Nuntios Apoſtolicos, aut Pontificem, in cauſis civilibus factum, improbamus, ob *Rec. Imp. de A. 1654. §.* Als ſich dann. *164.* Tandem, ſi ſententia à viribus rei 61
judicatæ vel plane non ſuſpenſa, vel ſuſpenſa quidem, ſed confirmata ſit, ſequitur (17) *Executio*, quæ, de jure Canonico pariter ac Civili, ſuper actione reali & perſonali ad rem noſtram reſtituendam ſtatim intra quadrimeſtre vero ſpatium in cæteris actionibus perſonalibus peragenda eſt, quamvis ex cauſa gravi arctari vel prorogari poſſit. Vid. *c. quoad. 15. §. ſed nec. ✕. de Sent. & rejud. Lancel. lib. 3. Inſt. tit. 16. §. 1. ibiq; cum alleg. Zigler.* Peragitur autem hæc executio vel ab ipſo *Magiſtratu Eccleſiaſtico*, vel ad ejus requiſitionem *à ſeculari.* Et quidem *à Magiſtratu Eccleſiaſtico* iterum vel *ipſo*, vel *executoribus* hanc in rem conſtitutis, quorum alii dicuntur *meri*, quibus merum factum executionis commiſſum eſt, de quibus vid. *c. 5. ✕. de Sent.* alii *mixti*, qui conſtituuntur ad rem judicatam exequendam, cum quadam cauſæ cognitione, adeoque admittere poſſunt exceptiones, non quæ ſententiæ contrariantur, ſed quæ impediunt executionem. *Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. fin. p. 2. §. 3. Gonzal. Tellez. ad c. 28. §. poſtulaſti. ✕. de Off. & poteſt. Jud. deleg. num. 3.* Utrique vero delegati Judices vocantur à *Specul. p. 1. tit. de Jud. deleg. §. ſequitur videre &c.* & paſſim, nec non à *Parlador. cit. loc.* A ſeculari verò, ſi adverſus laicos executio pera- 62
genda ſit. Licet enim Eccleſiaſticus judex, ſecundum hactenus dicta, in variis cauſis laicorum cognoſcere poſſit, decreta tamen in laicorum perſonas & bona executioni mandare nequit, ut cum *Olrad. Ang. & aliis* docent *Nic. Boër. dec. 264. n. 3. & Parlador. cit. p. 2. §. 2. n. 1.* Quod ſi ergo laici anathemati aliiſque

 cen-

cenſuris, quibus judices Eccleſiaſtici eos coërcere poſſunt, non obtemperaverint, cum Eccleſia jam non habeat, quid amplius facere poſſit, ſuppetias à judice ſeculari efflagitare, ſicq; Principes & poteſtates ſeculares requirere debet, ut *brachium* ſuum Eccleſiæ porrigant. Vid. *c. 1. §. ult. in fin. & c. quoniam. 14. X. de Off. jud. ordin. c. ſi quis. 9. diſt. 79. c. 21. X. de Homic.* atque poſt plures alios Jur. Canon. textus *Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. de Reform. c. 8. ibique Barboſ. nec non. ad cit. c. 1.* ubi innumeros à *Vela ad d. text.* conge-
63 ſtos transſcripſit, teſte *Gonzal. Tellez. ad d. c. 1. n. 13.* Imploratio tamen brachii ſecularis non aliter, quàm (1) pro ultimo remedio adhiberi poteſt, cum ſcil. Eccleſiaſtica jurisdictio ſua præſtitit, nec amplius poteſt, ſuppoſita nimirum (2) excommunicatione ejusq; aggravatione, teſte *Barboſ. cit. loc. n. 8. ubi vid. plures*, & quidem ita, ſi (3) ex mente *Parlador. cit. §. 2. n. 4.* exemplum Actorum transmiſſum, vel ſaltem ſummatim ſecularis judex de Actorum fide & ſententiæ juſtitia certior redditus ſit, alioquin, ſi ſententiam injuſtam & nullam, vel ab ea appellatum eſſe cognoverit, auxilium ſuum recte denegare poteſt, docentibus *Jul. Clar. & Parlad. cit. loc.* quibus ſuffragantur *Barboſ. ad Concil. Tridentin. cit. c. 8. n. 6.* atque Legiſtæ communiter, teſte *Gonzal. Tellez. d. loc. n. 17.*
64 Quare, ſi ex Actis appareat, ſententiam nullam eſſe, brachium ſuum judicem ſecularem etiam Pontifici denegare poſſe, *arg. c. 5. X. de Reſcript.* aſſerit *Gail. lib. 1. obſerv. 115. n. 5.* Nonnulli quidem hanc denegationem, proptereaque communicationem Actorum, judici ſeculari plane denegant, quos refert *Gonzal. cit. loc.* Alii diſtinguunt inter cauſas civiles & criminales, ut in civilibus non neceſſaria ſit juſtificatio requiſitionis, ſed in criminalibus; Alii adhuc intereſſe cenſent, an ſententia formaliter, an materialiter ſit injuſta, de quo diſcrimine videri poteſt *Laymann. Theol. Moral. lib. 3. tract. 6. cap. 2. n. 12.* Ipſe denique *Gonzal. Tellez. cit. loc.* diſcrimen inter cauſas conſtituit, ut in illis, quarum cognitio ad judicem ſecularem ob defectum capacitatis non pertinet, cauſis ſcil. ſpiritualibus aut mere Eccleſiaſticis, iſte de juſtificatione requiſitionis cognoſcere nequeat; bene tamen in cauſis mixti fori. Sed enimvero judicem ſecularem neutrubi ad executionem obſtrictum eſſe cenſemus, dum tamen manifeſte de injuſtitia ſententiæ conſtet, atque per executionem damnum irreparabile infera-

tur

Digitized by Google

tur innocenti, quia mandatum injuſtum nunquam obligat ad parendum, hocque reſpectu veriſſima eſt *Barboſ. & Parlador.* ſententia, quibus ſubſcribunt quoque *Ziegler. ad Lancel. lib. 3. tit. 16. §. 4. Grav. ad Gail. cit. concl. 115. num. 6. & 7. Brunnem. lib. 3. Jur. Eccleſ. c. ult. §. 1. ibique Stryck.* Extra hunc caſum judex 65
ſecularis, legitime requiſitus, brachium ſuum judici Eccleſiaſtico præbere atque executionem ſententiæ legitimo modo peragere debet, alioquin cenſuris Eccleſiaſticis & anathemate ad hoc peragendum compelli poteſt, *arg. c. 2. de Except. in 6. Parlador. cit. §. 2. num. 3. atque Wagner. ad c. 1. X. de Off. jud. ord. not. 3.*
In terris Proteſtantium hæc imploratio brachii ſecularis itidem ſæpius neceſſaria eſt, ut patet ex *Ordinat. Eccleſiaſt. paſſim.* & traditis *Carpz. lib. 3. def. Eccleſ. 13.* nec non *Weber. tract. de Conſiſt. c. 29.* non tamen protinus ſub anathematis vinculo ad executionem peragendam adſtringitur judex ſecularis; ſed pœnâ arbitraria à Superiori punitur, ſi ſine juſta cauſa executionem à Conſiſtorio commiſſam recuſaverit. Vid. *Carpz. cit. def. 13. in fin. & Brunnem. lib. 3. c. ult. §. 4.* Contra mandata vero Superiorum, jura Epiſcopalia exercentium, nihil decernere poſſunt Conſiſtoria, quin potius Principes cauſas, ſicubi juſta ſubeſſe videatur ratio, ab iis avocare poſſunt. Hæc enim poteſtas avocandi annexum Majeſtatis, adeoque Superioritatis territorialis eſt, *Grav. ad Gail. lib. 1. concl. 41. num. 3.* Cæteroquin de imploratione hac brachii ſecularis, præter allegatos, in peculiaribus Tractatibus conferri merentur *Martin. de Fano. Mich. de Agia. Franciſc. Molin. Ludov. Rudolphin. Rutger. Ruland. aliique.* 66

CAPUT XIII.

De

Pœnis Eccleſiaſticis, vindicativis & medicinalibus, earundem Remiſſione, Indulgentiis, aliisque Jurisdictionis Eccleſiaſticæ connexis.

Summaria.

1. *Jurisdictio Eccleſiaſtica* (4) occupata eſt circa *pœnas Eccleſiaſticas.*
2. Movetur dubium, quod poteſtas clavium Ordinis Epiſcopalis eſſe dicatur, & omnibus Sacerdotibus in Eccleſiis Catholicis & Auguſt. Confeſſ. competat.
3. Dubium hoc reſolvitur, & demonſtratur, qua ratione Pœnitentia & pœnæ Eccleſiaſticæ Jurisdictionis Epiſcopalis factæ ſint.
4. Hinc agitur de *Pœnitentia* tum *privata* & *ſacramentali*, quoties peragenda.
5. Ejus tres partes, quas Canoniſtæ conſtituunt, *Contritio*, *Confeſſio*, & *Satisfactio* examinantur.
6. Tum *publica*, cujus varii ritus ex primitiva Eccleſia recenſentur.
7. Et Stationes diverſæ, quarum *quatuor* recenſentur.
8. Sed hanc pœnitentiam ejusq; tempora *redemtiones* ſubſequentes turbarunt, ejusque partes externæ ad ſacramentalem, contra mentem Antiquitatis, applicatæ ſunt.
9. Neglectus ejus etiam ad Eccleſias Aug. Confeſſ. tranſiit, ob rationes adductas.
10. Non deſunt tamen exercitia publicæ pœnitentiæ, quæ recenſentur.
11. Illa vero, quæ peragitur per deprecationem Paſtoris, eſt mere palliata, quare adjiciuntur vota de reductione veteris pœnitentiæ.
12. Pœnitentiæ ſubjiciuntur pœnæ Eccleſiaſticæ, *vindicativæ* & *medicinales.*
13. Pœnæ Eccleſiaſticæ vindicativæ quid ſint?
14. (1) Eſt *Pœna pecuniaria*, alioquin mulcta dicta, & (2) *Subtractio fructuum.*

15. Utram-

15. Utramque in quid erogare debeat Epiſcopus, additur, etiam in terris Proteſtantium.
16. (3) *Pœna carceris*, cui inſerviebant olim *Decanica*, ubi quæ ſint, & hodie varia loca.
17. Carceri ſæpius (4) conjungitur *Carena*, ubi quid ſignificet Carena, præcipue quando conjungitur cum ſeptem annis.
18. Additur quid porro ſignificet, & quidem hoc loco.
19. (5) *Pœna Carceris perpetui*, alioquin *immuratio* dicta, quâ tamen rarò utendum.
20. (6) *Detruſio in arctum Monaſterium* ad pœnitentiam peragendam, quæ hodie rarior eſt.
21. & 22. (7) *Verberatio modica*, & (8) *Exilium*.
23. (9) *Translatio* in alteram parochiam, cui *Schilt.* æquiparat *Communionem peregrinam*, quod declaratur, per diviſiones Comunionum, & excluſionis perpetuæ ac temporalis.
24. Clerici remoti quondam participes facti ſunt Communionis laicæ, non remoti dicebantur damnari *Communione peregrina*, ubi de ratione denominationis.
25. Translatio certo modo magis probanda, quam remotio.
26. (10) *Suſpenſio*, quæ ſua natura eſt *cenſura*, quandoque tamen pœnæ loco imponitur, quandoque etiam inquiſitionem præcedit.
27. Durante eâ officii adminiſtratio Collegis vel vicinis Paſtoribus committitur, atque vel *totalis*, vel *partialis* eſt.
28. (11) *Depoſitio*, ſive remotio, ubi, ex quibus criminibus fiat, & quem effectum habeat.
29. (12) *Degradatio*, quæ dividitur in *verbalem*, cujus differentia à depoſitione proponitur,
30. Et *realem*, quæ certis ritibus & ſolennibus conſtat.
31. Et peragi debet præſente judice ſeculari, adjuncta efficaci interceſſione, de qua certis caſibus recte dubitat *Ziegler*.
32. Ob varios ritus & difficultatem negotii aliaſque cauſas rariſſime peracta eſt degradatio, quare temperamentum petierunt Principes Germaniæ, in *Grav. Orat. Pontificis Noribergæ* exhibitis.
33. Sed nihil, niſi per reformationem obtinuerunt, poſt eam,

eam, quatenus Degradatio in Eccleſiis Aug. Confeſſ. peragatur, adjungitur.

34. Graviores pœnas Eccleſiaſticas & Excommunicationem præcedere debent *Monitiones tres*, ubi de earum intervallis & modo.

35. *Medicinales pœnæ* ſive *Cenſuræ Eccleſiaſticæ* conſiderantur.

36. Quomodo differant à reliquis pœnis.

37. Species *Cenſuræ Eccleſiaſticæ* ſunt: *Suſpenſio, Excommunicatio & Interdictum*, non Communio laica aut peregrina, nec Irregularitas.

38. Excommunicatio, quæ relationem ad communionem involvit, deſcribitur.

39. Excommunicatio tripliciter dividitur in *generalem* & *ſpecialem*; Excommunicationem *canonis* & *judicis*, nec non *minorem* & *majorem*, rejectâ tertia intermedia.

40. Minor & major Excommunicatio quid ſit, & an à majore differat *Anathematiſmus*.

41. Minor Excommunicatio in Eccleſiis Evangelicis non infrequens eſt, ſolus tamen Paſtor ſine conſultatione Conſiſtorii aut Presbyterii neminem à ſacrâ Cœna repellere poteſt.

42. Major Excommunicatio olim à Presbyteris quoque facta eſt, adjunctis aſſeſſoribus ex Ordine fidelium.

43. Poſtmodum Epiſcopis adſcribi, & terminos cenſuræ Eccleſiaſticæ excedere cœpit; quare Imperatores per Conſtitutiones ipſi frenum injecerunt.

44. Tandem & his Conſtitutionibus neglectis tota corrupta, ex affectibus ſæpius decreta, & arcananum Papatus facta eſt. Allegantur *Gravam. Princ. German.*

45. Hoc reſpectu in *Artic. Schmalcalditis* vocatur pœna Civilis, quod confirmatur.

46. In Eccleſiis Aug. Confeſſ. quomodo peragatur, ubi ritus Hebræorum & veterum Chriſtianorum.

47. Nec non reliqua ad hanc materiam relative proponuntur.

48. Adjicitur, quod in Principes non niſi minor Excommunicatio cadat.

49. *Interdictum* quid ſit, & quomodo differat ab Excommunicatione.

50. Dividitur in *locale*, *perſonale* & *mixtum*, in *generale* & *ſpeciale*, nec non in *totale* & *partiale*.

51. Tres

51. Tres Interdicti generalis effectus.
52. Reliqua hujus materiæ relative proponuntur.
53. *Ceſſatio à Divinis* cum Interdicto affinitatem habet.
54. Interdicti natales evolvuntur.
55. Id ipſum Eccleſiæ Evangelicæ cum *Marc. Anton. de Domin.* reprobarunt.
56. Juriſdictio Eccleſiaſtica (5) vim ſuam exſerit circa *Poteſtatem abſolvendi à pœnis & cenſuris*, quam in rem Pœnitentia publica, cum ipſius gradibus & reconciliatione minori ac majori, *ordinarie* introducta fuit.
57. *Extraordinarie* in periculo mortis facta eſt reconciliatio per *Viaticum* ſive Euchariſtiam.
58. Quæ reconciliatio omnibus quoque Presbyteris conceſſa fuit. ſed poſtmodum formari cœperunt *Caſus reſervati.*
59. Hoc modo à Cenſura hominis abſolvit is, qui eam tulit. ſive ſit Epiſcopus, ſive alius Prælatus.
60. Excipitur abſolutio in articulo mortis, quæ omni Presbytero conceditur cum declaratione adjecta.
61. Quoad Cenſuras Juris, extra articulum mortis, in caſibus reſervatis abſolvit is, qui eas ſibi reſervavit, adeoque Pontifex, quod ex Concil. Trident. declaratur.
62. *Caſus reſervati ex Bulla Cœnæ Domini*, cujus denominatio adjicitur, & aliis relative recenſentur, præcipuus concernit cenſuram ob percuſſionem Clerici.
63. Circa aliorum receptionem conſuetudines locorum obſervandæ ſunt.
64. In caſibus non reſervatis abſolutio ad juriſdictionem Epiſcopalem refertur.
65. Poteſtati abſolvendi cohæret *Jus concedendi Indulgentias*, quod tamen Epiſcopo non, niſi certo modo, competit.
66. *Indulgentiarum* nomen jam in Eccleſia puriori, quatenus ſignificavit remiſſionem rigoris pœnitentiæ, in uſu fuit;
67. Sed poſtmodum traductum fuit ad remiſſionem culpæ, & ſatisfactionem reſpectu Dei, quo reſpectu Indulgentiæ definiuntur, ac
68. dividuntur in minus plenas, plenarias & pleniſſimas.
69. Hoc modo theſaurus Eccleſiæ publicus formatus eſt,

ex quo Indulgentiæ venditæ ſunt, cujus venditionis puduit *Patres Concil. Trident.*

70. Indulgentias has, in *Concil. Trident.* moderatas pauliſper, ſed permiſſas, *Proteſtantes* prægnantibus impugnarunt verbis, quæ recenſentur, & hiſtoriam Eccleſiaſticam hujus materiæ continent.

71. Adducitur porro teſtimonium *Chemnit.* eaque occaſione origo Indulgentiarum harum evolvitur.

72. Ex *Polydor. Vergil.* & *Joh. Roff.* alia denique contra indulgentias proponuntur.

73. Denique ad poteſtatem abſolvendi refertur *Diſpenſatio*, in Conciliis Epiſcopis permiſſa.

74. Ejusdem requiſita, quæ veteres poſtularunt, & hîc recenſentur, poſtmodum ita neglecta ſunt, ut nonniſi lucroſa fieri cœperit, quod probat *Taxa Cançellaria Apoſtolica.*

75. Quid circa poteſtatem abſolvendi, jus Indulgentiarum & diſpenſandi in Eccleſiis Auguſt. Confeſſ. obtineat, annectitur.

76. Denique (6) ad connexa jurisdictionis Eccleſiaſticæ pertinet (1) *Jus circa conciliandа & dirimenda matrimonia*, quorum prius concernit omiſſionem proclamationis, permiſſionem nuptiarum tempore prohibito.

77. Inprimis, ut in gradibus prohibitis contrahantur, ubi differentia inter diſpenſationem Pontificiam & Eccleſiarum Aug. Confeſſ.

78. Poſterius conſiſtit in cognitione cauſarum divortii, ubi iterum differentia inter Jus Canonicum & Eccleſiarum Proteſtantium.

79. Poſterius innocenti indiſtincte, nocenti ſub certis conditionibus nuptias concedit, quæ recenſentur.

80. (2) Poteſtas *relaxandi juramenta*, quæ in Germania quoque Cameræ Imperiali & Statibus Proteſtantibus competit.

81. (3) Poteſtas *judicandi* in *cauſis Scholarum*, juxta *auth. Habita. C. ne fil. pro patr.* quæ tamen hodie non multum frequentatur.

82. Denique (4) quod, in concernentibus pietatem & officium charitatis, jurisdictio Epiſcopis etiam in laicos adſcribatur, hucque inter alia

alia pertinet *Executio piarum diſpoſitionum*, ſi vel nulli nominati fuerint executores, vel nominati intra certum tempus executionem peragere neglexerint.

85. Eſt tamen hæc *executio mixti fori*, atque uſu in terris Proteſtantium etiam officialibus Principum quandoque concredita, non tamen penitus excluſis Superintendentibus aut Inſpectoribus.

84. Concluſio circa materiam Jurisdictionis Eccleſiaſticæ, cujus ortum & progreſſum illuſtrat inſignis locus apud *Pufendorf*.

QUoniam executio judicii Eccleſiaſtici potiſſimum in pœnarum Eccleſiaſticarum irrogatione conſiſtit; Eapropter 1 nunc meritò ſubjicimus *quartam Jurisdictionis Epiſcopalis functionem*; quam circa pœnas Eccleſiaſticas occupatam eſſe diximus. Equidem inter illa, quæ Ordinis Epiſcopalis vocari 2 conſueverunt, *poteſtatem clavium* atque jus imponendi pœnitentiam recenſuimus: nec diffiteri poſſumus, eam ſuo modo Epiſcopis ac aliis Sacerdotibus communem eſſe, non ſolum in Eccleſiis Catholicis, in quibus juxta *Concil. Trident. ſeſſ. 14. c. 8.* quilibet ſacerdos pœnitenti ſacramentalem pœnitentiam in ſatisfactionem peccatorum, quæ ex hypotheſi harum Eccleſiarum pars pœnitentiæ eſt, teſte *Laymann. Theol moral. lib. 5. tract. 6. c. 15. n. 4 & 6.* imperare poteſt; ſed etiam in Eccleſiis Evangelicis, quæ ſatisfactionem equidem, quatenus ejus uſus apud Catholicos invaluit, non agnoſcunt, (cum veteres eam in pœnitentia requiſiverint, non ut eſſet compenſatio propitiatoria pro peccatis; ſed alio plane ſenſu, ut ritibus ſcil. externis pœnitentium animi explorarentur, an ſerio reſipuerint, Eccleſiæ ſcandalis criminum offenſæ externa hac declaratione ſatisfecerint, aliasque ob cauſas, de quibus videri poteſt *Chemnit. in Exam. Concil. Tridentin. ad d. c. 8.*) nihilominus tamen miniſterio Eccleſiaſtico quale quale coërcitionis Eccleſiaſticæ exercitium, ſub eoque nonnunquam ſuſpenſionem ab uſu ſacræ Cœnæ, usque dum à ſuperioribus, Conſiſtoriis aut toto Presbyterio arceantur, vel admittantur, aliaque nonnulla, de quibus videri poteſt *Dn. Stryck. ad Brunnemann. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 19. §. 25.* commiſerunt. Sed enim- 3 vero, qualis qualis etiam illa poteſtas ſit, non jurisdictionis,

 ſed

ſed ſpiritualis ſolum eſt, ſacro officio, quo funguntur miniſtri Eccleſiæ, præciſe cohærens, hocque reſpectu ad Ordinem ſpectans; ſed à jure imponendi hanc noſtram pœnitentiam, ſive à pœnis Eccleſiaſticis, quæ vigore jurisdictionis Epiſcopalis exercentur, quam maxime differens, ut agnoſcit quoque *Dn. Stryk. ad Brunnem. lib. 1. c. 6. membr. 9. §. 4.* Origo hujus diſtinctionis fluxit inde, quod ad efficaciam abſolutionis non ſufficere putaverint Canoniſtæ poteſtatem Ordinis, ſed inſuper requiſiverint poteſtatem jurisdictionis in perſonam abſolvendam, quam omnem, tum ordinariam, tum delegatam, quæ in Eccleſia eſt, à Pontifice Romano promanaſſe, hocque modo Pontifici à poteſtate jurisdictionis Epiſcopalis certos caſus, & iterum Epiſcopis alios reſervatos eſſe crediderunt, quos involare ſacerdotibus inferioribus haud quaquam fas eſſet. Hac ratione non tantum caſus reſervati, de quibus jam antea nonnulla propoſuimus, & in ſequentibus adhuc circa abſolutionem acturi ſumus, extiterunt; ſed & poteſtas clavium, cum poteſtate imponendi pœnitentiam publicam, quæ Ordinis fuit, atque ea occaſione à Nobis breviter propoſita eſt, jurisdictionis Eccleſiaſticæ fieri cœpit, teſte *Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 10. num. ult.*

4 Quapropter, ut de *Pœnitentia Eccleſiaſtica*, æque ac *pœnis Eccleſiaſticis*, aliquid hic inferamus, ratio propoſiti ſuadere videtur. Et quidem quod, exceptâ quotidiana, pœnitentia vel *privata* vel *publica* fit, in confeſſo eſſe cenſemus. *Privata*, alioquin *ſacramentalis & ſecreta* vocata, Deo ac ſacerdoti ad minimum ſemel in anno Paſchatos tempore fieri debet, juxta diſpoſitionem *Concil. Lateranenſ. gener.* cujus verba recenſentur in *c. 12.* ✠ *. de Pœn. & remiſſ.* In Eccleſiis tamen Proteſtantium ſingulis ſemeſtribus vel etiam quater in anno peragenda, ipſique ſacra Synaxis conjungenda eſt. Vid. *Brunnem. lib. 2. Jur. Eccl. c. 1. membr. 3. n. 6.* ibique cum *König. in Caſ. conſc. & Chemnit. in Exam. Conc. Trid. Dn. Stryck.*

5 Partes hujus pœnitentiæ tres conſtituunt Canoniſtæ (1) *contritionem* cordis, (2) *confeſſionem* oris, & (3) operis *ſatisfactionem*, in quibus quid deſiderent *Theologi Aug. Confeſſ.* ex *Fabric. Prælect. Theolog. loc. de Pœnit. aph. 2.* fuſius apparet. *Contritio* ſane à pœnitentia abeſſe nequit, ut contra diſſentientes uberius demonſtrat *Fabric. cit. loc. Confeſſio* oris juxta *cit. Concil. Lateran. in alleg. c. 12.* ſup-

ponit

Digitized by Google

ponit enumerationem omnium peccatorum; antea tamen eandem in Eccleſia controverſiam fuiſſe, arguit prolixa diſputatio, quam poſt *can. 87. de Pœnit. diſt. 1.* propoſuit Gratian. ubi vid. *verb. fin. Præmiſſis itaque &c.* Recte proinde non neceſſariam aut poſſibilem, utilem tamen eam eſſe dicunt Eccleſiæ Evangelicæ in rudioribus, ut illa, quæ in memoriam redigi poſſunt, recenſeantur, modo laquei conſcientiis haud injiciantur. Vid. *Apol. Aug. Confeſſ.* ex eâque *Dn. Schilter. lib. 2. Inſt.* Jur. *Can. tit.* 4. *Satisfactio* denique in generaliſſima ſignificatione, alia *compenſatoria*, alia *deprecatoria* & *emendatoria* eſt. *Prior* præſtita eſt pro Nobis à Chriſto, altera conſiſtit in ſeria pœnitentia, atque de hac, tanquam à DEO præceptâ, intelligi debent Patres. *Zigler. ad Lancel. 2. tit. 5. §. 12.* De ea ſatisfactione ſatis pie loquitur *Concil. Trident. ſeſſ.* 14. *c. 8.* in verbis: *Debent Sacerdotes &c.* modo pravus intellectus à verbo ſatisfactionis, qui apud Canoniſtas invaluit, abſit. *Brunnem. lib. 2. c. 19. §. 21.* *Publica*, in notoriis delictis neceſſaria, diverſis temporibus diverſos habuit ritus. De ſolennibus primitivæ Eccleſiæ ut ritus Vet. & Nov. Teſtam. prætereamus, de quibus videri poteſt *Levit. 4. v. 4. & 2. Cor. 2. v. 6.* plena ſunt Eccleſiaſtica ſcripta & varii proſtant Canones pœnitentiales, pro temporum & Eccleſiarum diverſitate diverſi, qui exigebant (1) confeſſionem peccatorum, à pœnitentibus factam, quam excipiebat (2) humilima veniæ petitio, eamque (3) excommunicatio cum examine, num receptione digni eſſent; quam in rem (4) caſtigationibus quibusdam externis per aliquod temporis ſpatium exercebantur pœnitentes, ac in multos ſæpe annos, imò ad totum vitæ tempus pœnitentia continuanda imponebatur, ut, diuturniori diſciplinæ hujus Eccleſiaſticæ exercitio, de converſione peccatoris eo exactior haberi poſſet notitia. Nec tempora tantum pœnitentibus præfixa fuerunt, ſed ſtationes etiam & loca in Eccleſia diverſa, ne reliquis fidelibus immiſcerentur, quem ob finem ipſi pœnitentes inter ſe diſtincti fuerunt ratione ordinis & gradus pœnitentiæ. *Primus* ergo & infimus ordo fuit illorum, qui προσκλαίοντες dicebantur, qui in porticu Eccleſiæ ſtabant, & ingredientes cum luctu & lacrymis orabant, ut pro ſe DEI miſericordiam implorarent; *Secundus* ἀκροωμένων, ſive audientium, qui in narthece ſtare ibique divinas ſcripturas & conciones audire cogebantur.

The margin numbers 6 and 7 stand beside the lines beginning "c. 19. §. 21." and "haberi poſſet notitia." respectively.

Digitized by Google

Tertius ὑποπιπτόντων, ſive genu flectentium, qui intra Eccleſiæ ſepta poſt ſuggeſtum ſtabant, atque cum Catechumenis, antequam myſteria ſacra peragerentur, exibant, ante demiſſionem vero in genua coram Epiſcopo procidebant, qui & ipſe, cum populo procidens & ſtatim exſurgens, manus ipſis imponebat. *Quartus* συνισταμένων, conſiſtentium, ita dictorum, quod reliquorum fidelium more ſtantes oraverint ad finem usque liturgiæ Eccleſiaſticæ, non tamen ad Sacramentorum perceptionem admiſſi fuerint. Vid. *Zigl. ad Lancel. lib. 2, tit. 5. §. 2.* Plura de ſolennibus hujus pœnitentiæ publicæ habentur apud *Lehmann. in Chronic. Spirenſ. lib. 2. c. 34. in pr. Chemnit. in Exam. Concil. Trid. de Pœn. ſive ad ſeſſ. 14. c.*
8 *5. & Dn. Müller. de Pœn. Eccleſ. c. 5. n. 1. & ſeq.* Sed hanc pœnitentiam ejusque tempora redemtiones, ſequioribus ſeculis mediante pecunia & corporeis afflictionibus invaleſcentes, maxime turbarunt, de quibus vid. *jam antea dicta Cap. 8. n. 48. & ſeq.* nec non *Zigler. de Epiſc. cit. c. 12. n. 7. & ſeq.* quæ ratio eſt, quod publicam & ſolennem pœnitentiam, contra mentem *Concil. Trident.* quod eam *ſeſſ. 24. de Reform. c. 8.* publice peccantibus imponit, parum in uſu eſſe cenſeat *Engel. ad tit. X. de Pœnit. n. 3.* cum etiam, ex ipſius Concilii Tridentini permiſſione, *cit. c. 8.* factâ, Epiſcopus eam in ſecretam commutare poſſit. Sic ergo totam veteris pœnitentiæ Eccleſiaſticæ rationem inverſam, & *contritionem*, *confeſſionem* & *ſatisfactionem*, tanquam partes externæ & publicæ pœnitentiæ, præter antiquitatis mentem, ad privatam accomodatas eſſe videmus, rectiſſime id obſervante *Chemnit. in Exam. Concil. Trid. ſeſſ. 14. de Pœn.*
9 *c. 1.* ex coque & *B. Rhenan. Fabrit. in loc. de Pœn. cit. aph. 2.* Dolendum autem quam maxime, neglectum veteris iſtius diſciplinæ etiam ad Eccleſias Auguſt. Confesſionis tranſiiſſe, hocque vel inde factum eſſe cenſet *Fabrit. cit. aph. 2.* quod genuina diſciplina Eccleſiaſtica, ob neglectum medicinalem Excommunicationis uſum, & ſubſequentem terrorem anathematis (cujus fulmine, ad Pontificum & Epiſcoporum nudum, ditionibus ſuis exciderunt Reges & Principes, cumque iis ſubditi, per interdictum ſacrorum uſum, luere coacti fuerunt) horrorem, ingesque odium ſecum traxerit, quodque hac in re, ne in caſſum laborarent, remisſius paulo egerint primi Reformatores, *doctrina purgandæ, pro illorum tem-*
10 *porum ratione, magis, quam inſtaurandæ diſciplinæ, intenti.* Non deſunt

ſunt tamen in Eccleſiis Evangelicis exercitia publicæ pœnitentiæ,
ut ſcil. durante concione, aut miniſtratione ſacræ Cœnæ, in ge-
nua procumbant, donec publica deprecatione Eccleſiæ ſatisfa-
ctum, aut coram foribus templorum ſiſtantur cum baculo al-
bo in manu, in quibus aliisque ritibus ante omnia uſus & mos
cujuscunque Eccleſiæ inſpiciendus eſt, teſte *Dn. Müller. de Pœn.*
Eccleſ. c. 5. num. 24. Hinc triplicem modum pœnitentiæ publicæ
recenſet *Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 83.* ex cujus traditis liquet,
quod fere in deprecationem publicam, cujus utilitatem præce-
denti *def. Eccleſ. 81.* deſcribit, tranſierit. Sed cum pœnitentia, 11
quæ conſiſtit in deprecatione, per paſtorem peragenda, fere ſit
palliativa & pœnæ rationem vix habeat; Idcirco paſſim extant
in omnibus Eccleſiis pia vota de reductione publicæ pœnitentiæ,
ad exemplum veteris Eccleſiæ purioris, quod inter alia *Chemnit.*
in Exam. Concil. Trident. de Pœnit. c. 5. ſequentibus comprobat
verbis: *Publica pœnitentiæ exempla apud Nos ſervantur. Et quidem*
optamus, poſſe in hoc genere plura quædam ex veteris Eccleſiæ diſciplinâ
in uſum revocari, quæ in Pontificia Eccleſia vel prorſus collapſa, vel in
ſuperſtitiones converſa ſunt. Conf. *Saubert.* Zucht-Büchlein der Evan-
geliſchen Kirchen / *Fabrit. cit. loc. atque Brunnem. lib. 2. Jur. Eccleſ.*
c. 19. §. 24.

Cum itaque ex hactenus dictis conſtet, qua ratione pœni- 12
tentia jurisdictionis Eccleſiaſticæ eſſe dicatur, & quid ambitu ſuo
comprehendat, nunc ad ipſas pœnarum Eccleſiaſticarum, ſpecies
deſcendimus, easque duplices eſſe videmus, alias quidem *vindi-*
cativas, alias vero *medicinales* ſive ſpirituales, quas Canoniſtæ *Cen-*
ſuras Eccleſiaſticas nominant, vid. *c. 1. de Sent. excommun. in 6. Engel.*
ad tit. X. eod. num. 2. & n. 26. Lancel. lib. 4. Inſt. Jur. Can. tit. 13. & 17.
Laymann. Theol. Moral. lib. 1. tract. 5. p. 1. c. 1. n. 1. differentia inter
utrasque ex ſequentibus conſtabit. Sunt ergo pœnæ Eccleſiaſticæ 13
vindicativæ, quibus exceſſus atque delicta, ad dijudicationem ju-
dicis Eccleſiaſtici pertinentia, coërcentur. Harum quædam ita
comparatæ inveniuntur, ut à ſecularibus quoque judicibus in-
fligi posſint, v. gr. mulcta, carcer, exilium, quædam vero non.
Sunt autem fere ſequentes: (1) *Pœna pecuniaria*, alioquin mul- 14
cta dicta, quamvis olim, ante monetam cuſam, mulctam in
pecoribus ſolutam eſſe, doceat *Gonzal. Tellez. ad c. 1. X. de Off.*
& poteſt.

Digitized by Google

& poteſt. jud. deleg. n. 19. Hæcq; pœna inprimis decernitur adverſus
clericos majoris dignitatis, aut totum Collegium delinquens, teſte
Dn. Schilter. lib. 1. Inſt. Jur. Can. tit. 18. §. 4. (2) *Subtractio fructuum
beneficialium*, ſi clerici beneficiati delinquant. *Engel. ad tit. X. de*
15 *Pœn. n. 7.* Utramque, ſcil. priorem & hanc ipſam, Epiſcopus non
ſibi ſuisque officialibus vindicare poteſt, ſed *dimidiam* partem
in Eccleſias & pia loca erogare, *alteram* verò inter pauperes diſtribuere
debet, per *c. 2. X. de Pœn.* ubi vid. poſt *Panormit. Wagner.
atque Concil. Trident. ſeſſ. 23. de Reform. c. 1. it. ſeſſ. 25. de Reform. c. 1.*
Inter Proteſtantes equidem hanc pœnam aut Conſiſtoriis, aut ſi
lucri aviditas, hincque commutatio pœnarum in nummarias, metuatur,
Fiſco ejus, qui Jura Epiſcopalia exercet, applicandam
eſſe cenſet *Weber. de Jur. Conſiſt. c. 29.* Sed merito in ſumma Eccleſiarum
paupertate *Brunnem. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 19. §. 2.* deciſionem
cit. cap. 2. probat; quamvis non diffiteamur, Conſtitutionibus
Eccleſiaſticis variorum locorum aliud receptum eſſe, de qui-
16 bus videri poteſt *Weber. cit. loc.* (3) *Pœna carceris*, quæ vel ob exceſſus
leviores Clericis, præprimis Ordinum minorum, irrogatur,
vid. *c. 35. X. de Sent. excomm.* vel etiam ob graviora delicta, quæ
remotionem quidem promerentur, de emendatione tamen gradus
admonitionum non præceſſerunt. *Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 113.*
Huic pœnæ quondam inſerviebant *Diaconia* ſive *Decanica*, ut patet
ex *l. 30. C. Theod. de Hæret. & Nov. 79. c. 3.* Erant autem decanica
Eccleſiæ juncta loca, quæ aliàs ſecretaria dicuntur, ubi
quævis res, ſacris uſibus deſtinatæ, aſſervabantur, atque præbuerunt
etiam uſum carceris & cuſtodiæ Eccleſiaſticæ, ut ex *lib. 5.
Capitul. cap. 225.* demonſtrat *Jacob. Gothofred. ad cit. l. 30.* addens:
immorigeros clericos in hiſce decanicis aſſervatos fuiſſe, etiam illis
temporibus, quibus Eccleſia non habuit jurisdictionem, ſed
notionem tantum. Hodie & ſecretaria, & alia loca, huic pœnæ,
quæ nomen des Prieſterl. Gehorſams promeretur, aſſignata eſſe
cernimus, atque hæc pœna exiſtimationum apud vulgum haud
17 parum minuit. *Carpzov. cit. lib. 3. def. Eccleſ. 114.* Cohæret autem
iſti ſæpius (4) *Carena*; non à carentia hominum ob incluſionem,
ut vult *Gloſſ.* nec etiam quaſi canina dicta, quod eâ injuncta homines
veſcantur pane & aqua, ut canes, juxta *Cont.* ſed vel à
Quarentena, ſive Quadrageſima, vel etiam à *carendo* denominata.
Vid.

Vid. *Carol. du Freſne in Gloſſ. verb. Carena*, & *Gonzal. Tellez. ad c.*
2. de Sponſ. duor. n. 2. Unde quoque quadrageſimale jejunium,
ab Epiſcopo aut Abbate, clericis, monachis & laicis indictum ſi-
gnificat, quia iſtius vigore per ſpatium 40. dierum jejunare co-
guntur, ut ex variis demonſtrat locis *Carol. du Freſne cit. loc.* Hæc
ipſa autem pœnitentia Eccleſiaſtica cum 40. diebus & ſeptem ſe-
quentibus annis conjuncta eſſe dicitur in *c. 8. X. de Accuſat.* non
ita quidem, ut per ſingulos dies & annos continuos carena duret,
ſed per quoſdam ſolum dies in unaquaque hebdomade, qui pro-
pterea legitimæ feriæ vocatæ fuerunt, de quibus vid. *Covarruv.*
lib. 4. var. Reſol. c. 20. n. 8. aliique *à Gonzal. Tellez. ad cit. c. 8. X.*
de Accuſ. n. 2. allegati, juxta quorum ſententiam Canones omnes,
qui de pœnitentia per annos & dies peragenda diſponunt, nec
modum exprimunt, intelligi debent de pœnitentia, certis ſepti-
manæ diebus per jejunia, confeſſionarii arbitrio, peragenda. Hoc 18
loco verò non ita generaliter ſumitur pro bannito iſto jejunio,
prout illud poſt *Binn. in not. ad Concil. Sal.* nominat *Gonzal. ad cit.*
c. 2. nec pro indulgentia & remiſſione 40. dierum, à Pontifice vel
Epiſcopo factâ, de qua *Car. du Freſne in Gloſſ. hoc verb.* ſed potius
pro ſpeciali jejunio, pœnæ loco impoſito, atque in hâc ſignifica-
tione deſcribitur à *Joach. Stephan. lib. 3. Inſt. Jur. Can. c. 7. n. 8.* &
Laurent. Obm. de Jur. Epiſc. th. 18. lit. C. quod ſit commeſtura pa-
nis nudi & potus aquæ, ad certam menſuram & certum tempus
impoſita, toties ſcil. quoties pœna carceris aggravationem prome-
retur, hucque pertinet, quod panis doloris & aqua anguſtiæ vo-
cetur in *c. 27. X. de V. S.* ubi vid. *Gonz. Tellez.* Hodiernis mori-
bus, pro arbitrio judicis, ratione circumſtantiarum ita dictatur,
ut vel per totum incarcerationis tempus, vel etiam per nonnul-
los dies pane & aquâ cibandus veniat reus, juxta modum, quem
ſuadet monitum JCti in *l. 11. ff. de Pœn.* Conf. *Diſſ. noſt. de Pœn.*
Civil. (5) *Pœna Carceris perpetui*, quam contra principia juris Ci- 19
vilis, de quibus vid. *l. 35. ff. & l. 6. C. de Pœn.* probavit jus Ca-
nonicum in *c. 3. de Pœn. in 6.* & quidem propterea vel maxime,
quia judex Eccleſiaſticus non poteſt infligere pœnam mortis. Ne
ergo ſemper cogatur clericos delinquentes tradere Curiæ ſeculari,
aut uti pœnis corporalibus, hanc carceris perpetui pœnam recepit
jus Canonicum. Vid. *Wagner. ad cit. cap. 3.* nec non *Zigler. ad*

Digitized by Google

Lancel. lib. 1. tit. 20. §. 4. Vocatur alioquin *Immuratio.* Sic de hæreticis, quod vel Curiæ ſeculari tradendi, vel immurandi ſint, aſſeritur in *c. 1. de Hæret. in 6.* hoc eſt, quod muris ita includendi ſint, non ut fame & inediâ pereant, uti vulgo fabulantur, ſed ut carceris perpetui pœnam ſubeant, quæ capitali ſupplicio æquiparatur, cum è numero viventium ejectus & excluſus videatur, cui in carcere eſt moriendum. *Ziegler. cit. loc.* Raro autem hâc pœna utendum eſſe, cenſet *Wagner. d. loc.* cum experientia do-
20 ceat, eam deſperationi anſam præbere. Cum priori (6) affinitatem habet *Detruſio in arctum monaſterium*, ad pœnitentiam peragendam, quæ olim frequenter in uſu fuit. vid. *c. 2. X. de Adult. & c. 6. X. de Pœn.* Nec tamen contra voluntatem Abbatis & Conventus fecit profeſſum, ſed ſolum hunc effectum habuit, ut delinquens incluſus maneret in monaſterio, ad pœnitentiam peragendam, vid. *Engel. ad tit. X. de Pœn. n. 8.* & aleretur, vel ex ſuis beneficiis, vel ſi pauper fuerit, ab Epiſcopo, per *c. delapſis. 5. c. 16. q. 6.* Verum hodiernis temporibus hanc detruſionem rarius occurrere, adeoque vix in uſu eſſe, docent *Wagner. ad cit. c. 2. & 6.* nec non *Vallenſ. ad tit. X. de Pœn. & Sent. excomm.* §. 14. *n. 6.* cum monaſteria tales homines vix recipiant, nec ab Epiſcopis, quorum juriſdictioni fere exemta ſunt, ad receptionem
21 cogi queant. (7) *Verberatio* ſive *Caſtigatio*, per *cit. c. 2. X. de Adult. & c. 4. X. de Rapt.* etiam in perſonis clericorum ſec. *cap. 1. X. de Calumn.* modo hæc flagellatio ſit modica, quæ non tranſit in pœnam ſanguinis, mortis, mutilationis aut morbi. *cit. cap. 4.*
22 *Engel. dict. loc.* & *Wagner. ad c. 1. X. de Calumn.* (8) *Exilium* & *Relegatio*, quam jus Canonicum quoad clericos quoque probavit, in *cit. c. 1. X. de Calumn.* ita quidem, ut Epiſcopus poſſit relegare ex diœceſi, Archi-Epiſcopus verò ex tota provincia, vid.
23 *Barboſ. ad c. 2. X. de Arbitr. n. 4.* (9) *Tranſlocatio* ſive *Tranſlatio* in alteram Parochiam, ubi delinquentis vel dignitas vel ſalarium minuitur, quæ vulgo vocatur eine Pœnitentz-Pfarre/ cui in veteri Eccleſia ſimilem fuiſſe dicit *Communionem peregrinam Schilter. lib. 1. Inſt. Jur. Can. tit. 18.* §. 5. quam in rem *Boſquet. Epiſt. ad Innocent. III.* allegat, ad cujus aſſerti declarationem conducit, quod, quando in antiquis Eccleſiæ Canonibus quis communione privari, aut à communione removeri dicitur, hoc non ſit acci-

piendum de excluſione ab Eucharistia, aut cœtu fidelium, cum communio plures ſocietatis ſpecies ſub ſe contineat, & in Eccleſia ſit vel *generalis* ac univerſalis, vel *ſpecialis* & particularis. *Generalis* eſt omnium fidelium; *Specialis* iterum diverſimode ſe habet, &, ſecundum diviſionem perſonarum ad Eccleſiam pertinentium, *alia* eſſe dicitur *Laica*, *alia Clericalis* ſive *Eccleſiaſtica*. *Communio laica*, quoad ſacra, eſt ſocietas fidelium, cujus quis inter laicos particeps eſt, ut cum iis conſiſtere, precari & Euchariſtiam accipere poſſit: *Communio* vero *Clericalis* tot iterum habet ſpecies, quot ſunt miniſtrorum Eccleſiæ ordines & gradus, Epiſcoporum ſc. Presbyterorum, Diaconorum. Jam per conſequens qui gradu fuit motus, amiſit ſimul functionem illam, quæ huic gradui adhærebat. Et in his ipſis etiam gradibus vel omnino quis amiſit communionem, vel pro parte. Quotiescunque ergo in antiquis *Conciliis* clerici à communione ſejungi dicuntur, toties id de clericali communione intelligendum eſt, ſive excluſio ſit omnimoda & perpetua, ſive temporalis tantùm, aut certæ functionis prohibitio; quarum prior clericum in ſtatum & numerum laicorum redegit, poſterior vero conditionem clericalem conſervavit, & fecit, ut aliquando in priſtinum ſtatum reſtitui poſſet. Qui itaque à miniſterio & 24 communione clericali removebantur, laicæ tantum communionis participes fiebant: qui vero conditionem clericalem non plane amittebant, nec in ordinem laicorum redigebantur, dicebantur damnari *communione peregrinâ*. Ratio denominationis inde videtur nata, quod clerici peregrini, qui ſine Epiſcopi ſui literis formatis advenerunt, ad Eccleſiæ communionem olim non admiſſi, ſed ſeorſim, ſumtibus Eccleſiæ in loco ſeparato ſuſtentati fuerint, ideo ſcil. quia de eorum ſtatu & conditione non conſtabat. Id vero, quod ita ab initio tum ſecuritati Eccleſiæ, tum honori clericorum peregrinorum, quos penitus rejicere incivile erat, inſervire debuit, traductum deinceps fuit in certum animadverſionis ac diſciplinæ genus, quo clerici, etiam non peregrini, ut in officio continerentur, ad certum temporis ſpatium puniti fuerunt. Plura de communione hac peregrina, quatenus vel per ſe conſideratur, & debetur Epiſcopis & Clericis peregrinis, in aliam tranſeuntibus diœceſin, vel etiam, quatenus ut pœna ſpectatur, videri poſſunt apud

 Car.

Digitized by Google

Car. du Freſne in Gloſſar. ad verb. Communio Peregrina. Conf. *Concil. Agathenſ. c. 2.* in quo communionis peregrinæ, ut pœnæ, mentio fit: Ex quibus jam liquet, quomodo hæc communio peregrina cum translatione aut ſuſpenſione conveniat, & quomodo ab ea differat, & magis ad depoſitionem & remotionem pertineat. Cæterum translatio, quæ de jure quoque Canonico propter neceſſitatem & utilitatem Eccleſiæ fieri poteſt, juxta *c. 35. c. 7. q. 1.* & tradita *Cuch. lib. 1. Inſt. jur. Can. tit. 11. ibiq; Mareſ.* maxime id ſvadente bono pacis & concordiæ, *Vallenſ. ad tit. X. de Translat. Epiſc. n. 3.* in Eccleſiis Aug. Confeſſ. non infrequens eſt. Vid. *Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 318.* Et quia ad correctionem tendit, & ut ſcandalum removeatur, non verò ut clericus ad incitas redigatur, plerumque magis probatur, quam remotio, teſte *Brunnem. lib. 2. jur. Eccleſ. c. 19. §. 3.* Non tamen promiſcue adhiberi debet, ſed tunc ſolum, ſi vel miniſter Eccleſiæ alat diſcordias inter Collegas, vel ſcandalum rixis uni ſolum præbeat Eccleſiæ; Quod ſi verò ſcandaloſam ducat vitam, potius ſuſpendendus eſt, donec ad ſaniorem redierit mentem, quam alteri Eccleſiæ præficiendus.

26 *Stryck. ad Brunnem. cit. loc.* Succedit ergo (10) *Suſpenſio*, quæ ſuâ naturâ quidem non pœna vindicativa, ſed medicinalis ſolum eſt, ſive cenſura Eccleſiaſtica, privans uſu Eccleſiaſtici beneficii, aut officii. *Wagnereck. ad c. ult. X. de cohab. Cleric.* ſive interdictio officii Eccleſiaſtici aut ſcholaſtici, nec non ſalarii ad tempus, vid. *c. 11. X. de Privil.* alioquin *in Concil. Aurel. III. c. 1.* ſequeſtratio ab officio vocata; Nihilominus tamen quandoque pœnæ loco imponitur, quoties clerici graviorem, quam carceris aut pecuniariam coërcitionem, promerentur. Vid. *Wagnereck. ad c. 51. de Sent. excomm.* hæc enim ſuſpenſio non ſolum exiſtimationem minuit, ſed etiam ſalario & reditibus privat *Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 114.* Quandoque verò inquiſitionem præcedit, ſi ſcil. miniſter Eccleſiæ, de crimine atroci commiſſo, nondum quidem convictus, indiciis tamen gravatus ſit, tunc enim, ne interim ſcandalum in administratione officii aliis præbeat, exemplo tutoris ſuſpecti, ſuſpendi poteſt, quod pluribus probat *Carpz. lib. 3. def. Eccleſ. 115.*

27 *Brunnem. lib. 2. c. 19. §. 6. ibiq; Stryck.* Officii adminiſtratio, durante ſuſpenſione, vicinis Paſtoribus vel Collegiis committitur, non ſecus, ac ſi locus vacaret, ipſisque de redhoſtimento quodam

ex

ex ſalario ſuſpenſi proſpicitur. *Carpz. cit. lib. 3. def. Eccl. 116. Brunnem. d. loc.* Suſpenſo tamen alimenta denegari nequeunt, niſi ipſi aliunde ſuppetant. Reſtitutio denique nonnunquam ſimpliciter, nonnunquam verò, prævia deprecatione & admonitione, fieri ſolet, teſte *Carpzov. cit. lib. 3. def. Eccleſ. 117.* Dividitur aliàs hæc ſuſpenſio in *totalem*, quæ fit ab omni beneficio & officio, ejusq; uſu, vel *partialem*, quæ fit ab ordine tantum, vel à ſola jurisdictione, vel à certo ejus actu, de qua diviſione aliisque ad hanc materiam pertinentibus, quis ſcil. Poſſit ſuſpenſionem dictare, quam ob cauſſam, & quibus modis iterum tollatur, latius agant *Laymann. Theol. moral. lib. 1. tract. 5. p. 3. per tot. c. 1. & ſeq.* nec non *Wagner. ad cit. c. 51. ✕. de Sent. excomm.* Suſpenſione gravior (11) eſt *Depoſitio*, 28
ſive *Remotio*, quæ non ſolum uſum, ſed & ipſum jus & titulum beneficii & officii aufert, adeoque eſt perpetua muneris clericalis privatio, per canonicam ſententiam facta. *Zoëſ. ad tit. ✕. de Pœn. n. 6.* Hanc promerentur ob crimen atrocius condemnati, ſive ſint clerici majorum, ſive minorum ordinum, ſive judex ex officio inquiſitorie, ſive ad accuſationem procedat: gradus tamen adhiberi debent, nec, niſi in atrociſſimis delictis clerici ac miniſtri Eccleſiæ, de corrigendis moribus nondum admoniti, removeri ab officio poſſunt. Vid. *Laymann. cit. p. 3. c. 5. n. 2. circ. fin. Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 119. & ſeq. Schilt. lib. 1. Inſt. Jur. Can. tit. 18. §. 19. & ſeqq.* Effectus depoſitionis conſiſtit in privatione miniſterii Eccleſiaſtici, non verò in privatione Ordinis. Retinet ergo depoſitus privilegia clericalia *Fori*, & *Canonis* ſcil. *c. ſi quis ſuadente. 29. c. 17. q. 4.* vigore cujus anathematis arctiſſimi vinculo ſubjacet, qui in clericum vel monachum violentas manus injecit, cujus prolixiorem explicationem proponit *Laymann. lib. 1. Theol. moral. tract. 5. p. 2. c. 5. n. 3. & ſeq.* Poſt peractam quoq; pœnitentiam cum depoſito Epiſcopus diſpenſare, eumque Ordinibus reſtituere poteſt, per tradita *Engel. ad tit. ✕. de Pœn. n. 21.*
Omnium graviſſima denique (12) eſt *Degradatio*, qua clericus ab 29
omni officio ac beneficio Eccleſiaſtico depoſitus, clericorum quoque privilegiis, per ſolennem ſententiam, in perpetuum & ſine ſpe reſtitutionis privatur, indeque degradatio dicitur, quod per eam clericus extra gradum & ſtatum clericorum conſtituatur, atque in judicis ſecularis recidat jurisdictionem. Vid. *Gloſſ. in c. 1.*

 de

de Pœn. in 6. verb. privilegio Clericali. Jul. Clar. lib. 5. Sent. §. fin. q.
74. n. 1. in not. Dividitur in cit. c. 2. de Pœn. in 6. in verbalem ſeu ſen-
tentionalem, & actualem, ſive realem & ſolennem, uti vocatur
in Concil. Trident. ſeſſ. 13. de Reform. cap. 4. Verbalis eſſe dicitur,
quando per ſententiam Epiſcopi clerico executio ſuorum Ordi-
num & promotio ad altiores in perpetuum interdicitur. Engel. ad
tit. X. de Pœn. num. 11. & à depoſitione nonniſi in ordine ad de-
gradationem differt, quæ ratio eſt, quod depoſitio alia dicatur
eſſe abſoluta, alia reſpectiva. Prior eſt & vocatur κατ' ἐξοχὴν
depoſitio quæ in effectu nihil aliud eſt, quam ſuſpenſio perpe-
30 tua; Poſterior verò præcedit degradationem realem. Hæc ipſa
verò degradatio realis ſententiæ latæ executionem continet, at-
que nihil aliud eſt, quam actus, quo clericus realiter privatur
ordine & privilegiis clericalibus, per detractationem inſignium
& veſtium ſacrarum, adjunctis aliis ſolennitatibus. Caniſ. in Summ.
Jur. Canon. lib. 3. tit. 22. § 7. Solennitates iſtæ deſcribuntur in
cap. 2. de Pœn. in 6. & conſiſtunt in aſſiſtentia aliorum Epiſcopo-
rum, (quam tamen in Concil. Trident. cit. c. 4. temperatam legi-
mus) nec non in eo, quod delinquentem, jam ante per ſen-
tentiam omni ordine, beneficio & privilegio clericali privatum,
Epiſcopus actu ipſo adhibitâ ceremonia, veſtibus & ornamen-
tis clericalibus, quaſi ſpiritualibus militiæ inſignibus, privet &
ſpoliet, vel potius ante ſpoliatum ſolenniter declaret, adjunctâ
ea ipſa, vel ſimili formula, qualis in cit. c. 2. de Pœn. in 6. præ-
31 ſcribitur, atque ex ipſius perlectione apparet. Debet autem
hæc realis degradatio fieri præſente judice ſeculari, cui denun-
ciatur, ut reum, jam privilegiis Eccleſiaſticis exutum, in ſu-
um forum & juriſdictionem recipiat, adjunctâ tamen efficaci,
id eſt ſeria & ex animo facta interceſſione, per c. novimus. 27. X.
de V. S. ne mortis pœna degradatus & curiæ ſeculari traditus cle-
ricus plectatur, ad oſtentandam manſuetudinem Eccleſiæ, &
evitandam præſumtionem, quaſi hominis necem deſideraret.
Sed non ſine ratione ambigit Zigler. ad Lancel. lib. 1. tit. 20. §. 5.
ſi crimen tale commiſſum fuerit, quod de Jure Divino mortis
ſupplicium promeretur, utrum Eccleſia ejuſmodi ſupplicium
bona cum conſcientia deprecari queat. Sic ergo Canoniſtæ, con-
tra primitivæ Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatum, Magiſtratui ſeculari
nihil

nihil juris in clericum competere cenſent, antequam ſolenniter
foro Eccleſiaſtico fuerit ejectus, atque, detractatione veſtimen-
torum clericalium, ad ſtatum ſecularem redactus, cum tamen,
ſtantibus illorum hypotheſibus de *charactere Ordinis indelebili*, et-
iam degradatus ſacro hoc ſigno maneat. Plura de hac *Degrada-
tione* vid. apud *Vallenſ. cit.* §. *14. Zoeſ. ad tit.* ✠. *de Pœn. n. 7. Lay-
mann. d. p. 3. c. 5. n. 3. & ſeq. Stacc. de* Jud. *lib. 1. c. 11. num. 71. &
ſeq.* Petr. *Gregor. Synt.* Jur. *lib. 31. cap.* 30. Jul. *Clar. cit. qu. 74. Farin.
Prax. Crim. q. 8. n. 72. & ſeq.* nec non *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc.
alleg.* 110. *per tot.* & quos ipſe allegat. Patet vero ex horum tra- 32
ditis; Jus Canonicum ad degradationem, modo ſolenni perficien-
dam, tot ritus requiſiviſſe, ut ob difficultatem & erogationem
ſumtuum rariſſime perageretur, hocque modo etiam ſceleratiſſi-
mi clerici capitalibus ſubtraherentur pœnis, quod vel inde magis
liquet, dum, juxta tradita *Engel. ad tit.* ✠. *de Pœn. n.* 17. Epiſco-
pi arbitrio permiſſum eſt, eam plane declinare, &, pro qualita-
te cauſæ ac perſonæ, ad proprios carceres perpetuos reum con-
demnare. Vid. omnino Petr. *Suav.* Polan. *in Hiſt. Concil. Trident.
lib. 4. p. m.* 376. ubi, tot circumſtantiis requiſitis, rei difficultate
factum fuiſſe docet, ut rariſſime ad eam perventum fuerit. Me-
rito proinde Principes Germaniæ in *Gravaminibus*, *Noribergæ A.*
1520. Pontificis Oratori exhibitis, modum quendam intolerabili-
um harum ſolennitatum ſerio poſtularunt, & quidem teſte *Hort-
led. de Bell. Germ. lib. 1. c. 1. n.* 56. ſeqq. verbis: Es iſt den Ertzbi-
ſchoffen und Biſchoffen etlicher maſſen ohne beſtändigen Grund verbo-
ten/ daß dieſelbe Geweyhete nicht offentlich ſtraffen dürffen/ ſie ſeyn dann
vor degradiret/ welches dann mit ſo groſſen Koſten und Gepräng gethan
werden muß/ daß es gar wunder ſelten geſchiehet. Sed parum, imo 33
nihil obtinuerunt: ſiquidem in *Concil. Trident.* poſt multam di-
ſceptationem placuit tandem Patribus, in hoc ritu exauctoratio-
nis nihil prorſus innovare, ſed difficultati tantum conveniendi, &
ſumtibus moderandis temperamentum adhibere in *cit. ſeſſ.* 14. *de
Reform. c.* 4. Petr. *Suav.* Polan. *cit. loc.* Inter alias itaque & ob hanc
cauſam clerici, in terris Proteſtantium, Principum atque Statuum
jurisdictioni ſubjecti, vel potius poſtliminio reſtituti fuerunt.
Non tamen propterea *Degradatio* clericorum in Eccleſiis Aug.
Confeſſ. in uſu eſſe deſiit, ſed adhuc, ne clerici in clericatu tur-
piter

Digitized by Google

piter moriantur, obſervatur, ſolummodo ſuperfluæ iſtæ ceremoniæ ſublatæ ſunt, atque vel absque ulla ſolennitate, ſolâ extraditione clericorum in manus judicis ſecularis, peragitur, vel adhibitis quibusdam ſolennibus, quibus habitus clericalis iterum adimitur, quæ quidem non neceſſitatis ſunt, ad id tamen conducunt, ut dignitas Ordinis clericalis apud plebem illibata maneat. Vid. *Carpz. lib. 3. def. Eccleſ. 117. n. 9. Sithm. de Jur. Epiſc. c. 12. n. 37. Schilt. lib. 1. Inſt. Jur. Can. tit. 18. §. ult. & Stryck. ad Brunnem. lib. 2. c. 19. §. 4.*

34 Hæ ſunt pœnæ Eccleſiaſticæ vindicativæ, quarum graviores, *Depoſitionem* ſcil. & *Degradationem*, judex Eccleſiaſticus æque ac excommunicationem decernere nequit, niſi præviâ competenti *Monitione*, vel *gradibus Admonitionum* præmiſſis, juxta *c. 46. & c. 48. ✠. de Sent. excomm.* qui textus equidem de excommunicatione loquuntur; ex analogia tamen in aliis quoque pœnis vindicativis, inprimis in depoſitione miniſtrorum Eccleſiæ procedunt, cum ad remotionem, quæ miniſtris pariter ac parochianis damnoſa & ſcandaloſa eſt, properari haud debeat, ut bene demonſtrat *Carpzov. lib. 3. def. Eccleſ. 112.* quem ſequitur *Schilt. lib. 1. Inſt. Jur. Can. tit. 18. §. 2.* hasque ipſas admonitiones ante depoſitionem jam olim interceſſiſſe, monſtrat *Concil. Carthag. III. in c. 19. cauſ. 11. q. 1.* Sunt autem monitiones iſtæ Canonicæ, & in cenſuris & in pœnis intervenientes, nihil aliud, quam amicæ crorectiones & adhortationes de emendatione nævorum ac vitæ diſſolutæ. Et quidem has monitiones ita requirit Jus Canonicum, ut tres intercedant, juſtis intervallis diſtinctæ, aut una pro omnibus, per *c. 9. de Sent. excomm. in 6.* modo illa una fiat peremtorie loco trium. *Wagner. ad cit. cap. 9.* Sed enimverò in definiendis iſtis intervallis parci nimiùm ſunt Canoniſtæ, dum nonnulli duos ſolum dies pro ſingulis monitionibus conſtituunt. Vid. *Zigler. ad Lancel. lib. 4. tit. 13. §. 17.* Alii verò ſufficere credunt, ſi una tribus diſtinctis terminis per 15. dies peragatur. Vid. *Covarr. ad c. alma mater. p. 1. §. 9. n. 5.* Fieri porrò debent præſentibus teſtibus, vel ad inſtantiam partis, vel ex officio, hoc modo, ut exprimant nomen ejus, qui monetur, per *cit. c. 9. de Sent. excomm. in 6.* Vid. *Covarr. cit. p. 1. §. 9. n. 4. & ſeq. Wagner. ad c. 48. ✠. de Sent. excomm. & Zigler. alleg. loc.* In pœnis tamen & cenſuris, quæ per modum pœnæ infliguntur, quandoque omitti poſſunt, ſi ſcil.

gra-

graviora committantur delicta; In excommunicatione vero non, & ſi hoc factum ſit, excommunicatio quidem non ſtatim nulla, ſed tamen injuſta eſt, ut ex *Gloſſ. Panormit. & Dec.* deducit *Covarruv. dict. loc. n. 7.*

Supetſunt *Pœnæ medicinales* ſive *Cenſuræ Eccleſiaſticæ*, quas *Marc. Anton. de Domin. lib. 5. de Republ. Eccleſ. c. 9. n. 6.* in eo à pœnis diſtinguit, quod poteſtate clavium exerceantur, & ita peccatum ligent in terris, ut etiam in cœlis ſit ligatum; proinde, ubi tale vinculum coram DEO non nectitur, pœnam tantum aliquam Eccleſiaſticam, non vero cenſuram eſſe ſtatuit, hincque porro negat, Interdictum veram eſſe cenſuram; *cit. c. n. 30.* idem ex hac hypotheſi aſſerendum eſſet de Suſpenſione. At enim vero quia Interdictum æque ac Suſpenſio in *c. 20. ✠. de V. S.* expreſſe ad cenſuras refertur, ideo *Azpilc. Navarr. in Man. c. 27. n. 1.* & *Canoniſtæ* communiter Cenſuras ſententiam, per Eccleſiaſticam poteſtatem prolatam, ſive pœnam ſpiritualem eſſe dicunt, qua, vi jurisdictionis Eccleſiaſticæ, fideles, propter aliquod peccatum, privantur ad tempus communione, aut uſu bonorum & officiorum ſpiritualium. Conf. *Aug. Barboſ. ad cit. c. 20. ✠. de V. S. n. 5.* ubi definitionem cenſuræ latius explicat. Differunt itaque *Cenſuræ* à reliquis pœnis eſſentialiter in eo, quod ſint pœnæ medicinales, ſupponentes admonitionem, vigore quarum Eccleſia cenſet de fratris delinquentis ſtatu & conditione, quem habuit hactenus in communione fidelium, deque eo dejicit aut ſequeſtrat ipſum, vel omnino, vel ex parte, usque dum per abſolutionem fuerint Cenſuræ ſublatæ; Pœnæ vero ſæpius in perpetuum durant, atq; officia & beneficia Eccleſiaſtica non ſolum ſuſpendunt, ſed & plane tollunt, niſi diſpenſatio aut relaxatio legis vel judicis intervenerit. Vid. *Wagner. ad rubr. ✠. de Sent. excomm. not. 2. Engel. ad eund. tit. n. 1. & ſeq.* atque *Laymann. Theol. moral. lib. 1. tract. 5. p. 1. cap. 1. & ſeq.* ubi cenſuras Eccleſiaſticas prolixius declarant, inſimulque monſtrant, quotuplices ſint, quis eas ferre poſſit, in quem, & quam ob cauſam, ſubjuncta abſolutione ab earum vinculo, quorſum B. L. qui plura deſiderat, remittimus. *Species harum cenſurarum* tres recenſentur in *c. 20. ✠. de V. S. Suſpenſio, Excommunicatio & Interdictum*, ubi *Barboſ.* præter illas tres nullas alias admittit, &, ſi quæ dentur, ad has reduci debere contendit.

35

36

37

Plures quidem in antiquis Eccleſiæ monumentis recenſentur: *Communio* ſcil. *laica*, & *communio peregrina*, ſed utraque, per antea dicta, pertinuit ad ſolos clericos, & prior depoſitionis, poſterior autem vel ſuſpenſionis ab officio, vel translocationis effectum habuit; meritò proinde ad ſuas cauſas recenſentur, teſte *Ziegler. ad Lancel. lib. 4. tit. 12.* §. 2. ſicut & *Irregularitas* non tam propriè cenſura eſt, quam potius impedimentum quoddam canonicum, ob quod quis Eccleſiaſticos Ordines ſuſcipere & exercere nequit, ortum ex variis cauſis, natalium defectu, corporis vitio, delicto, aliisque, de quibus iterum conſuli poteſt *Laymann. cit. lib. 1. tract.*
38 *5. p. 5. per tot.* Et quia de ſuſpenſione inter pœnas Eccleſiaſticas jam actum, nunc paucis adhuc excommunicationem & interdictum perluſtrabimus. Quoniam verò de *Excommunicatione* ejusque effectibus plena ſunt Canoniſtarum ſcripta, nobis hac vice ſufficiat, quod excommunicatio involvat quendam reſpectum, vel relationem ad communitatem, à qua ſeparatur ille, qui extra eam conſtituitur, unde quoque per cenſuram Eccleſiaſticam deſcribitur, qua Chriſtianus à communione Eccleſiæ ſive Sacramentorum & hominum ſeparatur. Vid. *Azpilc. in Man. cap. 27. n. 2. & Engel. ad tit.* ✠. *de Sent. excomm. n. 27.* ſive, per quam Eccleſiæ membrum, ob ſcandaloſum crimen, aut falſam profesſionem fidei, ſuſpenditur, vel plane excluditur à communione, tum interna gratiæ ſpiritualis, tum externa verbi & Sacramentorum, nec non conſervationis fraternæ, quæ Chriſtianis, etiam extra cœtus ſacros, intercedit. Vid. poſt *Hülſemann. de Correct. fratern.* §. 18. *Ziegler. ad Lancel. lib. 4. tit. 12.* §. 2. ex qua definitione patet, perperam Canoniſtas, cumque eis *Azpilc. Navarr. cit. c. 27. n. 2.* ſtatuere, excommunicationem nihil operari quoad DE-
39 UM. Varie excommunicatio dividitur, ut patet ex *Azpilc. cit. loc.* maxime (1) in *Generalem*, qua fures, eorumque complices, niſi reſtituerint, anathemate feriuntur; *c. 21.* ✠. *de Sent. excomm.* & *Specialem*, in certam perſonam directam. *Zoëſ. ad eund. tit. 32.* (2) in *excommunicationem Canonis*, quæ etiam alio vocabulo *latæ ſententiæ* nuncupatur, & excommunicationem *Judicis*, ſive *ferendæ ſententiæ*, vid. *Lancel. lib. 4. Inſt. Jur. Canon. tit. 13.* §. 2. differentias inter utramque proponit *Wagner. ad rubr.* ✠. *de Sent. excomm. not. 7.* ſed hanc diſtinctionem plane rejicit *Marc. Anton. de Dom. lib. 5.*

Digitized by Google

lib. 5. de Republ. Eccleſ. c. 9. n. 22. Licet enim dentur caſus, quibus ipſo jure excommunicationis vinculo quis conſtringitur, ſemper tamen requiritur ſententia, ut, quod à canone pronunciatur, legaliter à judice applicetur. Plura hanc in rem vid. apud *Ziegler. ad Lancel. cit.* §. 2. (3) in excommunicationem *minorem* & *majorem. Marc. Ant. de Dom. d. c. 9. n. 12.* addit *tertiam*, quæ à ſolo conſortio excludit, & non à perceptione Sacramentorum; ſed hæc ipſa ſubtractio communionis Chriſtianæ reverà videtur pertinere ad minorem excommunicationem, per quam implicite Sacramentorum perceptio denegatur. Licet ergo plures excommunicationis gradus ſtatui poſſint, diverſis communionum gradibus correſpondentes, duo tamen hi gradus minoris & majoris excommunicationis hactenus ſolum in conſiderationem venerunt. *Minor* à participatione Sacramentorum arcet & repellit: 40
quæ excluſio jam olim quoque conſueta fuit, ut ex *Auguſtin.* aliiſque demonſtrat *Laymann. Theol. Moral. lib. 5. tract. 6. c. 15. n. 5. Major* vero ab ipſa Eccleſia & cœtu fidelium peccatorem refractarium abſcindit. Ab utrâque hac *Cujac. ad c. 10. X. de Jud.* diſtinguit *Anathematiſmum*, huncque plane ab ipſo corpore Chriſti reſcindere & avellere dicit, quam diſtinctionem probare videtur *Urban. Papa apud Gratian. in cauſ. 37. cap. 24. quæſt. 3.* Alii tamen, quos refert *Covarruv. in c. alma mater. p. 1. §. 8. num. 6.* eandem dicunt eſſe vim idemque vinculum anathematiſmi & excommunicationis majoris, & differre tantum quoad ſolennitates & terrorem, eo, quod anathematiſmus adjunctas habeat diras imprecationes & execrationes publicas. Hacque ratione *excommunicatio major* irrogatur per ſententiam judicis Eccleſiaſtici, *anathema* vero, ſi contumacia creverit, peragitur per executionem ſententiæ latæ, quæ conſiſtit in execratione & ceremoniis in *c. 106. cap. 11. quæſt. 3.* propoſitis. Vid. *Dn. Lyncker. ad Deſſel. de Sent. excommun. quæſt. 4. Minor excommunicatio* 41
in Eccleſiis Auguſt. Confeſſionis non infrequens eſt, proque ea habetur, ſi quis ab uſu ſacræ Cœnæ repellitur. Vid. *Carpzov. p. 2. def. Eccleſ. 284. num. 8.* atque *Brunnemann. lib. 2. Jur. Eccleſ. cap. 19. §. 10.* quæ repulſio tamen non à quolibet Paſtore, utut poteſtatem clavium habeat, ſine prævia conſultatione Conſiſtorii aut Presbyterii, adhiberi & uſurpari poteſt.

Digitized by Google

Nam quia obſervatum fuit, eam ſæpiſſime ad offenſiones levio-
res privatas vindicandas, ob damnum vile illatum, & ob fur-
tum rei parvæ uſurpari ſolitam fuiſſe; Idcirco recte in quibus-
dam Germaniæ Provinciis, præcipue in terris Saxonicis, Eccleſiæ
miniſtris interdictum eſt, ne ſine juſſu & conſenſu Conſiſtorii Ec-
cleſiaſtici aut Superiorum à communione Sacramentorum quem
arceant. Vid. *Weber. de Conſiſtor. c. 29. König. de Caſ. conſc. loc. de ſacr.
Cœn. c. 18. n. 20. pr. atq; Dn. Stryck. ad Brunnem. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 1.*
42 *membr. 3. §. 12.* Quod vero *majorem excommunicationem* concer-
nit, per quam fit abſciſſio à communione & cœtu fidelium, eam
quaſi propriam Epiſcopis faciunt Canoniſtæ, ut propterea mu-
cro Epiſcopi dicatur in *c. viſis. 1. c. 16. q. 2.* Sed enimverò ſicut,
poteſtatem clavium Salvator omnibus Apoſtolis eorumque ſuc-
ceſſoribus ſimul conceſſit; Ita quoque ex Praxi priorum tem-
porum affatim conſtat, quod non minus presbyteris, quàm Epi-
ſcopis, talis poteſtas conceſſa fuerit, ut demonſtrat *Ziegler. de
Epiſc. lib. 3. c. 11. §. 18. & ſeq.* Hi tamen aſſeſſores ex ordine fide-
lium aſciverunt, proceſſum, à Salvatore *Matth. 18.* præſcriptum,
obſervarunt, tandemque delinquentem contumacem à corpore
43 Eccleſiæ excluſerunt, ut jam antea *Cap. XI. n. 9.* diximus. Poſtea
hujus poteſtatis exercitium, ſucceſſu temporis, perinde ut po-
teſtas judicandi de aliis negotiis Eccleſiaſticis, vel quod à reliquis
negligentior habita fuerit, vel quod Epiſcopi, tanquam valen-
tiores, illam ſibi propriam fecerint, ad ſolos Epiſcopos tranſire,
terminos cenſuræ Eccleſiaſticæ plane excedere, & in civilem quaſi
degenerare cœpit pœnam; quâ occaſione ſuarum partium eſſe,
crediderunt Imperatores, ut lege publica huic clericorum pote-
ſtati frenum injicerent, ne temere atque inconſulte eâ uterent-
tur, neve impiâ excommunicationis ſententia innocentes percel-
lerent, quam in rem proſtat *Conſtitutio Juſtiniani in Nov. 123. c. 11.*
quam conſtitutionem varii ſucceſſive ſecuti ſunt Imperatores,
etiam in Occidente *Car. M. & alii*, de quorum ſanctionibus videri
44 poteſt *Ziegler. cit. c. 11. §. 23. & ſeq.* Sed, & his neglectis, ſaluta-
ris hæc diſciplina Eccleſiaſtica corrupta, & tota ex affectibus ſæ-
pius, inprimis à Pontificibus Romanis, decreta eſt. Sub ſpecie,
enim & poteſtate ligandi ſolvendique acerrime Principes & Im-
peratores perſecuti ſunt, &, ſub ſpiritualis cenſuræ prætextu,
eos

eos omni poteſtate & autoritate in ſubditos exuerunt, ſicque ab Imperio æque ac Eccleſia removerunt, vid. *Pufendorff. in Introd. ad Hiſtor. cap. 12. §. 13.* hocque reſpectu, magnum in hâc excommunicationis ſpecie arcanum Papatus latere, recte credidit *Marc. Anton. de Domin. lib. 5. c. 9. n. 22.* Compararunt enim ſibi Pontifices hiſce terroribus, & confictis Eccleſiæ ligamentis, exactiſſimam omnium obedientiam; eamque ſæpius ex leviſſimis irrogarunt cauſis, quibus tollendis alia ſufficere potuerunt remedia, de quibus corruptelis videri poterunt *Gravam. Princip. German. ſub n. 25.* apud *Hortleder. de Bell. German. lib. 1. c. 1. n. 57.* in verbis: Item es werden viel Chriſten-Menſchen zu Rom auch in andern Orten durch die Ertzbiſchoffe/ Biſchoffe/ oder ihre geiſtliche Richter um zeitlicher Sachen und Guts willen gebannt/ und dadurch viel ſchwacher Gewiſſen beſchwehret/ und in Verzweifelung geführet/ auch &c. offt gar üm geringe Dinge üm Seel/ Ehr/ Leib und Gut bracht/ wider der Göttliche Satzung und Rechte/ ſo doch niemand/ dann allein ůberwundener Ketzerey halben/ gebannet/ oder für bänniſch gehalten werden ſolle. Hanc itaque ob cauſam, prout reformationis tempore invaluerat, excommunicatio major in *Articul. Schmalcald.* appoſite vocatur pœna civilis, ad miniſtros Eccleſiæ non pertinens: ob quod aſſertum *Lutherum* quidem *Didac. Covarr. in c. alma mater. p. 1. ſub init. n. 9.* reprehendit; aſt negari nequit, non manſiſſe apud Pontificios excommunicationem in terminis cenſuræ Eccleſiaſticæ; ſed vel maxime propterea in civilem degeneraſſe pœnam, quod Pontifex per talem excommunicationem omnia ſocietatis vincula, quæ inter parentes & liberos, magiſtratum & ſubditum, virum & uxorem intercedunt, relaxare nitatur, cum tamen, in ſenſu genuino & Eccleſiaſtico, major excommunicatio civili hâc communione non privet, ſed ſacrâ ſolum converſatione piorum. Vid. *Ziegler. ad Lancel. lib. 4. tit. 13. §. 1. in verb. Major eſt &c.* 45

Non inique proinde in Eccleſiis *Aug. Confeſſ.* ſicubi hæc excommunicatio irroganda ſit, ejusdem publicatio præſente reo fit in choro Eccleſiæ, executio vero conſiſtit in eductione ex templo, & excluſione ab omni honeſtâ converſatione, non vero à commerciorum jure. Vid. Die Churfl. Sächſ. General-Articul. *art. 10. & 11. atque Schilt. lib. 2. Inſt. Jur. Can. tit. 5. §. 3. Hebræorum & veterum Chriſtianorum* ritus varios, quibus hoc rejectionis, abſciſ- 46

ſionis & expurgationis (his enim vocabulis Jus divinum utitur) negotium peregerunt, illuſtrant *Selden. de Jur. Nat. & Gent. juxt. diſcipl. Hebr. lib. 4. c. 7. & ſeq. B. Dürr. Exerc. de Anathem. aliique*
46 *plures.* Cæterùm, quod excommunicationis fulmine facinoroſi ſolùm & incorrigibiles, & quidem ab Epiſcopo, cui ſubjecti ſunt, ferri debeant, (neque enim peregrinum, aut extraneum alterius diœceſeos, excommunicare poſſunt niſi Papa, vel qui ab eo delegatam ſuſtinent poteſtatem.) prævià exacta cauſæ cognitione, ceremoniis adhibitis conſvetis, quæ excommunicationem ſolenniorem faciunt, (qua in re tamen ſimpliciori via inceſſerunt antiquioris Eccleſiæ Antiſtites) denique quod ita à Communione fidelium in una Eccleſia ſeparati, ab omnibus aliis Eccleſiis ſegregati intelligantur, de his & aliis, ſicque de tota hac excommunicationis materia ex antiquitate Eccleſiaſtica, pro more erudite diſſerit *Ziegler. cit. c. 11. per tot.* cui addi poſſunt *Tractatus* hujus materiæ *peculiares*, interque eos *Arcland. Belviſ. Campeg. Capiſtran. Coſt. Plat. Covarr. ad c. alma mater de Sent. excomm. aliiq; plures*, in ſpecie vero de Excommunicatione majori, quâ Pontifices in Principes ab-
47 uſi fuerunt, *Joh. Zanger.* Quantum enim ad perſonas Principum attinet, dubium non eſt, quatenus ſunt membra Eccleſiæ primaria, adeoque ſub ſacra clavium poteſtate, iis S. Euchariſtiam ab Eccleſia denegari poſſe, quam excommunicationem minorem vocamus: excluſio autem à tota ſocietate Eccleſiaſtica, ſive excommunicatio major, Eccleſiæ in Principem competere nequit, neque etiam ſolutio homagii, & obligationis inter Principem & ſubditos, in Eccleſiam de jure Divino aut Gentium cadere poteſt, cùm Eccleſiæ non congruat, ut deſtruat Politias & rebelliones excitet; ſed ut ſubditis obedientiam & fidem injungat. Vid. poſt *Reink. Limn. & Cluten. Schilt. lib. 2. Inſt. Jur. Canon. §. 4. atq; Ziegler. cit. c. 11. §. 71.*

48 Quoniam etiam in integras provincias, respublicas & civitates excommunicatio non cadit, per *c. 5. verſ. In univerſitatem, de Sentent. excomm. in 6.* ubi Pontifex hanc aſſignat rationem, ne contingat, innoxios hujusmodi ſententia irretiri; Eapropter, præter excommunicationem, receptum eſt etiam *Interdictum*, ut ejus terrore percutiantur hæ conciones. Dicitur autem *Interdictum Cenſura Eccleſiaſtica*, qua fideles uſu quarundam rerum ſacrarum privan-

privantur, ſive, quæ in locum aut univerſitatem profertur, & pro-
hibet, ne Sacramenta, divina officia & ſepulturæ miniſtrentur.
Vid. *Wagnereck. ad cap. 43. de Sent. excomm. Laymann. Theol. moral.*
lib. 1. tract. 5. p. 4. c. 1. atq; Engel. ad tit. ⁜. de Sent. excomm. n. 81.
unde differt ab excommunicatione in eo, quod directo non ſub-
trahat aut deneget communionem cum aliis fidelibus in ſacris &
profanis, ſed ſaltem divinorum diſpenſationem ſive participatio-
nem, ne Deus more ſolenni & libero colatur, ad terrorem & cor-
rectionem peccantium. Vid. *Wagnereck. & Engel. cit. loc.* Varie au- 49
tem dividitur, & quidem (1) *in locale, perſonale & mixtum.* *Prius*
locum, in quo ſacra prohibentur celebrari, immediate afficit, ad-
eoque indigenas, æque ac extraneos, ligat in loco interdicto; *Al-
terum* perſonas certas reſpicit, quas ſequitur in omni loco; Si de-
nique & locus & perſonæ interdicuntur, conſtituitur interdictum
mixtum. Locale & perſonale ulterius (2) ſubdivitur in *generale & par-
ticulare*, ſive *ſpeciale. Generale locale* eſt, quod fertur in regnum, pro-
vinciam, urbem, villam, pagum & caſtellum; *Perſonale* verò,
quod fertur in capitulum, collegium &c. *Locale particulare* ſive
ſpeciale afficit locum particularem, unam alicujus urbis Eccleſiam,
ſacellum, cœmiterium; *Perſonale* denique *ſpeciale* ligat certas ſo-
lum perſonas. Tandem (3) Interdictum aliud conſtituitur *totale*,
quod omnes interdicti effectus habet, aliud *partiale*, quod quos-
dam ſolum effectus ſortitur, cum prohibetur, ne quis in Eccleſia
divina celebret aut audiat, neque eo fine ingrediatur. Plura hu-
jus Interdicti exempla ex jure Canonico proponit *Layman. cit. c. 5.*
n. 4. Recenſentur autem Interdicti generalis tres effectus: (1) Uſus 50
activus & paſſivus Sacramentorum prohibitus, per *c. 11. de Pœnit.*
& rem. c. 16. & ult. de Sent. excomm. in 6. qui tamen multis modis
iterum limitatur in Baptiſmo, Confirmatione, Pœnitentia & Eu-
chariſtia per modum *viatici*, iis exceptis, qui vel interdicto cau-
ſam dederunt, vel in ſpeciali interdicto ſunt. (2) Prohibita cele-
bratio & auditio divinorum officiorum, nec non campanarum
pulſus, vid. *d. c. 16. & ult.* Excipiuntur tamen iterum quatuor fe-
ſtivitates: Nativitatis, Paſchæ, Pentecoſtes, Aſſumptionis B. V.
Sacra ſubmiſſa voce peracta, pulſus campanarum ad Ave Ma-
ria &c. (3) Privatio Eccleſiaſticæ ſepulturæ, *cit. c. 11. de Pœnit. &*
remiſſ.

remiſſ. de quibus omnibus latius videri poteſt *Laymann. cit. p. 4. c. 5.*
52 Reliqua, quod ſc. is, qui excommunicare & ſuſpendere poteſt, interdictum ferre queat, vel in clerum vel in populum, ob juſtam cauſam & culpam mortalem, ita tamen, ut propter pecuniarium debitum, ſine ſpeciali licentia Pontificis, nullus locus vel territorium interdicto ſupponatur, per *c. provide 2. in Extrav. comm. de Sent. excomm.* violationem it. interdicti ejusque pœnas varias, quibus clerici & laici ſubjiciuntur, tandemque modos, quibus interdictum tollitur vel relaxatur, prolixius proponunt Autores hujus materiæ proprii, *Altier. Joh. de Lignan. Plov. Ugolin.* aliique & poſt eos *Covarr. in relect. ad c. alma mater. p. 2. Wagner. & Laymann. cit. loc.* nec non *Engel. ad tit.* ✠. *de Sent. excomm. n. 81. &*
53 *ſeq.* Cum Interdicto locali maximam ſimilitudinem habet, eosdemque fere effectus ſortitur *Ceſſatio à Divinis*; per quam divina officia ſuſpenduntur propter gravem injuriam Eccleſiæ illatam, ut injuriantes reſipiſcant, atque delictum emendent; differt tamen ab Interdicto, quod non ſit pœna, ſed prohibitio ſimplex, in ſignum mœroris & luctus, ob injuriam DEO vel Eccleſiæ illatam. Vid. *Clem. 1. de Sentent. Excomm.* poſt *Franciſc. Svarez. de Cenſur. & Interd. Wagner. ad cap. 43.* ✠. *de Sent. excomm. in fin.* atque *Laymann. cit. p. 4. c. 6. per tot.* Sed, ut de hac *Ceſſatione* ac *Inter-*
54 *dicto* plura adjiciamus, haud neceſſarium eſſe cenſemus. Nec enim Interdictum in Eccleſia prima uſitatum, ſed demum poſt annum à C. N. milleſimum excogitatum fuit. Ejusdem natales *Marc. Anton. de Dom. lib. 5. de Republ. Eccleſ. cap. 9. n. 38. Hildebrando* adſcribit, qui omne divinum officium Canonicis de Caſtro S. Pauli in cunctis ipſorum locis, propter cujusdam villæ uſurpationem, interdixit. Hujus factum ſucceſſores ſecuti ſunt, adeoque Interdictum, quale nunc eſt, efformarunt, & quidem propterea, quia viderunt Pontifices, ob nimium abuſum Excommunicationem, & à multitudine infimæ plebis, & à magnis viris con-
55 temtui habitam fuiſſe. Sed, ſi non plane deteſtandam tyrannidem, inſignem tamen injuſtitiæ ſpeciem ſub ſe continet, dum propter paucos immorigeros tot animæ innocentium puniuntur. Quapropter non ſolum *Marc. Anton. de Domin. cit. loc.* idipſum recte reprobavit; verum etiam Eccleſiæ Evangelicæ rejecerunt, juxta querelas Principum Imperii in *Gravamin.* Oratori Pontificis exhi-

exhibitis, de quibus quoad hunc locum videri poteſt *Hortleder. lib. 1. de Bell. Germ. cap. 1. n. 58.* Plura contra hoc interdictum vid. apud *Zigler. ad Lancel. lib. 4. tit. 14. Brunnem. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 19. n. 12.* ubi *Dn. Stryck. in not.* formulam Interdicti contra civitatem Francofurtanam recenſet.

Pœnitentiam variasque Eccleſiaſticas pœnas nunc in *Jurisdictione Epiſcopali* excipit *quinta functio*, quæ conſiſtit in *Poteſtate abſolvendi & reconciliandi pœnitentes*, nec non *concedendi Indulgentias*, & *remittendi pœnas Eccleſiaſticas*, ſive ut vulgo dicitur, *diſpenſandi*. 55 Et quidem, quia præcipuus Cenſuræ Eccleſiaſticæ, inprimis excommunicationis finis eſt, ut, qui in peccatis contumaces hactenus fuerunt, hoc modo ad eorundem agnitionem & deteſtationem, ſicque ad veram pœnitentiam adducantur, Eccleſia non inique publicam recepit pœnitentiam, ejusque ſpeciminibus varia prædſcripſit tempora, quibus elapſis reſtitutionem in priſtinum ſtatum conceſſit, hucque pertinent, quæ *in antecedent.* de Pœnitentiæ modo & gradibus propoſuimus, ex quibus, niſi diſpenſatio Epiſcopi acceſſiſſet, non, niſi ſenſim & gradatim, liberatio contingebat, ſolennitatibus tamen nonnullis adhibitis, quando ex uno gradu in alium fiebat tranſitus, quarum præcipua fuit manus impoſitio. Vid. poſt *Gabr. Albaſp. Zigler. cit. lib. 3. c. 13. §. 9. & ſeq.* ita quidem, ut tertiâ vice facta minorem, quartâ vero & ultimâ majorem ſecum ferret reconciliationem. Erat enim alia reconciliatio minor, quæ omnium communionem largiebatur, ſolo Euchariſtiæ & oblationum uſu excepto; alia vero major, quæ pleniſſime pœnitentes reſtituebat, etiam ad ſacram communionem. Præter hanc ordinariam reconciliationis viam, urgente neceſſitate 56 ex imminente periculo mortis, recepit Eccleſia *Viaticum*, de quo paſſim agitur in *Concil.* Vid. *Concil. Nicæn. I. c. 13. Conſil. Arauſican. I. c. 3.* aliave, per quod viaticum nil, niſi Euchariſtia, intelligi poteſt, ob *Concil. Carthagin. IV. c. 76.* & tradita *Car. du Freſne in Gloſſar. hoc. verb.* ubi plura teſtimonia accumulat. Sed hoc poſteriori modo in communionem quidem, aſt non plene recepti ſunt pœnitentes moribundi, & nil, niſi minus plenam acquiſiverunt communionem. Quapropter, ſi ſupervixerint, reliqua pœnitentiæ tempora abſolvere debuerunt. Vid. plura de hoc *Viatico* apud *Ziegler. de Epiſc. cit. lib. 3. cap. 13. §. 12. & ſeq. Schilt. lib. 2. Inſt. Jur.*

57 *Can. tit.* 5. §. 5. *& Car. du Freſne cit. loc.* Poteſtas autem hæc reconciliandi, præcipue viaticum concedendi, Presbyteris quoque data legitur, quandoquidem fieri non potuit, ut de omnibus pœnitentibus, in extremo vitæ conſtitutis, in diœceſi, præſertim ampla, conſuli queat Epiſcopus. Sed, ſicut Epiſcopi hanc poteſtatem abſolvendi reliquis ſacerdotibus ſucceſſive ademerunt; Ita rurſus Epiſcopis denegarunt, ſibique vindicarunt Pontifices, varios conſtituendo caſus reſervatos, quos poſtmodum Legatis
58 ſuis commiſerunt. Sic ergo (ſi cenſura non ſit nulla & irrita, vel ob defectum jurisdictionis, vel ob defectum cauſæ, & ob ſubſtantialia proceſſus non obſervata, vel ſi cenſuræ tum antiquorum Canonum, tum novarum Bullarum, aut non receptæ, aut contraria conſvetudine abrogatæ ſint, quod accidit, vel quia ejus materia in omnibus mundi partibus in praxin deduci nequit, vel quia per locorum Ordinarios nunquam ſufficienter publicatæ fuerunt, de quibus vid. prolixius *Engel. ad. tit.* ✠. *de Sent. Excomm. num.* 104. *& ſeq.*) à *Cenſura hominis* non alius abſolvit, quam is, qui eam tulit, ſive ſit Epiſcopus, ſive alius Prælatus, aut Abbas, vel qui ab illis abſolvendi poteſtatem accipit, per *c.* 3. ✠. *de Off. jud. ordin.* Eo vero mortuo jus abſolvendi ad ſucceſſorem transit, ſicque etiam, ſede vacante in Eccleſia Cathedrali, ad Capitulum, quod in jurisdictionem Epiſcopi ſuccedit,
59 per diſertum textum *c. un. de Major. & Obed. in* 6. Excipitur abſolutio in articulo mortis peragenda, qam quilibet ſacerdos, etiamſi ipſe cenſura affectus ſit, peragere poteſt, juxta *Concil. Trident. ſeſſ.* 14. *de Pœnit. c.* 7. ubi vid. *Barboſ. num.* 13. *& ſeq.* ita tamen, ut ſi in articulo mortis conſtitutus periculum evadat, Superiorem, qui cenſuram tulit, accedere ab eoque abſolutionem impetrare teneatur, cum abſolutio à ſacerdote facta ſolum in foro
60 animæ effectum habeat. Quoad *cenſuras juris*, quæ per canones & bullas Pontificias aut ſtatuta feruntur, diſtinctio recepta eſt *inter caſus reſervatos* & *non reſervatos*. A *reſervatis*, extra articulum mortis, aut ſpecialem commiſſionem vel privilegium, nemo abſolvere poteſt, quam qui ſibi eandem cenſuram reſervavit, ſicq; à caſibus, Pontifici reſervatis, non niſi Pontifex, per *Concil. Trident. cit. c.* 7. Hodie tamen, ex ſpeciali privilegio, per diſpoſitionem *dict. Concil. ſeſſ.* 24. *de Reform. c.* 6. in omnibus cenſuris,

ſum-

ſummo Pontifici reſervatis, abſolvere & diſpenſare poſſunt Epiſcopi, ſcil. ut valeat abſolutio quoad forum conſcientiæ ac ſalutem animæ, non vero quoad forum externum, & pœnam ob culpam paratam, prout ex ſtylo Curiæ *Covarr. ad c. alma mater. p. 1. §. 11. n. ult.* & ex ipſius *Concil. Trident. verb. In foro Conſcientiæ &c.* probant multi, quos allegat *Barboſ. ad cit. c. 6. n. 47.* Cenſuras 61
autem Pontifici reſervatas, præter XX. caſus, qui in Bulla Cœna Domini (ideo ſic dicta, quia excommunicationes quotannis in Cœna Domini feria V. peragendas ac renovandas continet) repeRiuntur, adhuc ex aliis Canonibus & Bullis varios recenſent *Azpilc. Navarr. & alii*, adeo ut LXXXIIX. conſtituat & explicet *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 50.* inter quos nulla fere magis recepta & hominibus cognita eſt cenſura, quam quæ ob percuſſionem clerici incurritur, & habetur in *canon. Concil. Lateranenſ.* quem refert *Gratian. in c. ſi quis ſvadente. 29. c. 17. q. 4.* & latius explicat *Laym. Theol. moral. lib. 1. tract. 5. p. 2. cit. cap. 3. n. 3. & ſeq. usque ad fin.*
Circa aliorum receptionem uſus & conſvetudo locorum obſervari meretur. Nam & ipſa Bulla Cœnæ Domini, quamvis ſingulis annis in die Cœnæ Domini promulgetur & renovetur, in multis Catholicorum Eccleſiis, præſertim Germaniæ, uſu recepta non eſt, ut cum *Becan.* teſtantur *Laym. cit. cap. 5. n. 2. Engel. de Sent. Excomm. n. 121.* & alii. Quinimo reſervationes iſtæ non tam ſtrictæ eſſe perhibentur, quo minus ob varias cauſas relaxari, & ad Epiſcopalem jurisdictionem, ob ætatis imbecillitatem, ſexus infirmitatem, legitimum impedimentum accedendi ſedem Romanam &c. devolvi poſſint, de quibus iterum vid. *Laym. d. p. 2. c. 6. n. 3.* 62
Deniq; in caſibus non reſervatis abſolutionem ad Epiſcopos aliosque Prælatos, qui Epiſcopi non ſunt, Epiſcopalem tamen jurisdictionem habent, ſpectare, præter hactenus dicta, complures apud *Barboſ. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. de Reform. c. 6. n. 7. & 8.* allegati Interpretes teſtantur. 63

Poteſtati abſolvendi cohæret Jus *Indulgentias* concedendi, 64
quod in Pontifice Romano *pleniſſimum*, in reliquis autem Epiſcopis ſecundum menſuram, à Sede Romana determinatam, reſtrictum; Sacerdotibus verò Epiſcopo inferioribus, adeoque etiam Abbatibus, Generalibus & Provincialibus religionum, ademtum eſſe credunt Canoniſtæ, ob *c. 1. & ſeq. Extrav. Comm. ac c. 14. ... de Pœnit.*

nit. & remiſſ. nec non *c. ult. eod. in 6.* quibus in locis poteſtas concedendi indulgentias in Epiſcopis ita limitata eſt, ut non niſi in *dedicatione Eccleſiæ unius anni*, & in *anniverſario* ejusdem dedicationis *feſto, 40. dierum indulgentias* vel ipſi, vel per Vicarios aut quoscunque clericos, quibus hoc permiſerunt, concedere poſſint, cum Jurisdictionis Epiſcopalis, quæ delegari poteſt, hæc poteſtas eſſe dicatur. Vid. *ad cit. c. 14. Barboſ. n. 9.* & *Wagner. in fin.* nec non *Gon-*
65 *zal. Tellez. ad c. 15.* ✗. *eod. n. 6.* Et quidem, quod ipſam *Indulgentiarum* materiam attinet, circa vim & ambiguitatem verbi, de qua vid. *Gonz. Tellez. cit. loc. n. 6.* haud ſoliciti erimus, ſufficiat Nobis Indulgentiarum nomen non inauditum & recens, ſed jam olim, in Eccleſia adhuc priori, receptum fuiſſe, in ſignificatione tamen longa diverſa. Nam ſicut ex antea dictis conſtat, Patres priſcos valde aſperam ac difficilem peccatoribus, ut tutius cum iis agerent, præſcripſiſſe pœnitentiam; Ita quoque abſolutioni humano jure acceſſit irrogatio certæ pœnæ, ab Eccleſia in ſingula delicta conſtitutæ, ut pœnitens ei reconciliaretur, cujus pars magna comprehenditur in *Canonibus pœnitentialibus*, *Decreto Gra-*
66 *tian. in Edit. Gregor. adjectis.* Jam, ſi pro ratione circumſtantiarum, judicio Eccleſiæ rigor pœnitentiæ ac diſciplinæ mitigatus, atque aliquid de cumulo pœnarum remiſſum eſt, hæc diſpenſatio & condonatio Indulgentiarum promeruit nomen, hocque reſpectu Indulgentia non erat condonatio peccatorum, ſed pœnæ ſolum relaxatio, ante abſolutionem indulta; quam *Albert. M.* & *Henric. de Gandavo* definierunt per remiſſionem injunctæ pœnæ
67 temporalis. Sed poſtmodum hoc vocabulum traductum fuit ad ſatisfactionem, quæ Deo fit, & remiſſionem culpæ reſpectu Dei, qua de re. vid. *Schleidan. Comm. lib. 1. c. 20.* & in hac ſignificatione à Canoniſtis Indulgentiæ hodie vocantur condonationes ſatisfactionis, ſive pœnæ Deo pro peccatis debitæ. Vid. *Engel. ad tit.* ✗.
68 *de Pœn. n. 11. & Gonz. Tellez. cit. loc.* hocque reſpectu dividuntur in *minus plenas* ſive *partiales*, *plenarias* ſive *totales*, & *pleniſſimas*. Per *priores* remitti dicitur pars pœnitentiæ, quæ alioquin per certos annos & dies peragenda fuiſſet, per *plenarias* tota pœnitentia aut ſatisfactio, ſive in hoc, ſive in altero ſeculo, & quidem purgatorio, ſuſtinenda. Vid. *Gonzal. & Engel. cit. loc.* *Pleniſſima* denique ſive *ampliſſima* dicuntur eſſe Jubilæum, quod, præter plena-

riam

Digitized by Google

riam remiſſionem peccatorum , inſuper alias gratias confert ,
abſolutionem à reſervatis quibuslibet , commutationem voto-
rum &c. Sic ergo, neſcimus quod , Eccleſiæ gazophylacium 69
repertum , ſive publicus Eccleſiæ theſaurus formatus eſt , ex
quo tandem œconomi Pontificii Indulgentias vendiderunt. Vid.
Petr. Suav. Polan. in Hiſtor. Concil. Tridentin. lib. 1. p. m. 6. & 7.
cujus nundinationis ipſos *Patres Concil. Tridentin.* ita puduit , ut
in *dict. Concil. ſeſſ. 21. de Reformat. c. 9.* præceperint , in quibus-
cunque Religionis Chriſtianæ locis nomen atque uſum iſto-
rum quæſtorum aboleri , Indulgentias quoque omnes quæſtua-
rias à Pio V. Pontifice penitus revocatas eſſe , poſt *Navarr.*
& alios docet *Barboſ. ad cit. c. 9. num. 7. & in Tract. de Offic. & po-
teſt.* Epiſc. *p. 3. alleg. 109. num. 12.* Quia tamen ipſas Indulgentias
non ſolum *cit. c. 9.* ſed etiam *ſeſſ. 25. de Reform. c. 21.* probarunt
Patres Conc. Trid. inque his concedendis moderationem quandam,
juxta veterem & probatam Eccleſiæ conſuetudinem, adhibendam eſſe
putarunt, non immerito arguerunt Proteſtantes: *Certum eſſe, nec
diſſimulari poſſe, in Eccleſia Orientali cujuscunque nationis Chriſtianæ,
neque antiquis temporibus, neque ultimis, ullum fuiſſe uſum Indulgen-
tiarum cujuscunque generis, & in Occidentali, ſi nomine veteris conſue-
tudinis intelligenda ſit illa, quæ obſervata fuit ante Urbanum II. usque
ad ann. MXCV. nullas, quod quisquam ſciat, aut fidem facere poſſit,
Indulgentias probatas fuiſſe. Ab illo tempore usque ad annum MCCC.
earum aliquem uſum apparere, ſed infrequentem, & duntaxat pro libe-
ratione à pœnis per confeſſorem impoſitis. Ex eo tempore, quot abuſus
inveteraverint, è Concilio Viennenſi cerni poſſe, qui usque ad Leonem in
immenſum creverint. Indulgentias ergo ad conſcientiam non pertinere,
nec ulla re liberare apud DEUM, ſed externa tantum ſpectare, quo in
genere eſt diſciplina Eccleſiaſtica.* Quæ proteſtantium ſententia, pro-
ut eam proponit *Petr. Suav. Polan. in Hiſtor. Conc. Trid. lib. 8. in fin.*
ex hiſtoria Eccleſiaſtica enucleate petita eſt. Recte proinde *Mar-* 70
tin. Chemnit. in Exam. Concil. Trid. p. 4. de Indulg. c. 4. ſub init. docet:
*In hac de indulgentiis diſputatione non poſſe, vel ulla Patrum teſtimo-
nia, vel ulla veteris Eccleſiæ exempla proferri, quod talis vel doctrina,
vel uſus indulgentiarum ullo unquam tempore usque ad annos poſt C. N.
mille & ducentos in veteri Eccleſia fuerit, qualem Italica Pontificorum
praxis profert*, quam in rem propria Adverſariorum teſtimonia ad-

ducit, atque hiſtoriam de Indulgentiis plenius evolvit. Ipſi quidem contradicere conatus eſt *Joh. Buſ. ad Petr. Bleſenſ.* ſed quam malè, ſat abunde demonſtravit *Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 14. per tot.* ubi inter alia §. 4. concludit: Si vel maxime antiquior aliquis talium Indulgentiarum probari poſſit uſus, illum tamen Sec. XI. non antevertere, nec forte inſtitutum Urbani II. Pontificis Romani, qui, Seculo undecimo exeunte, pro ſtipendio militiæ ſacræ & expeditionis in terram ſanctam, indulgentias ampliſſimas conceſſit, atque non manu, ſed ipſo ſacco cum expiatione omnium delictorum ſparſit in omnes, qui ad terram ſanctam militiæ cau-
71 ſa profecti ſunt. Plura contra has Indulgentias, quas cum refutatione Lutheri defendit *Gonz. cit. loc.* proponunt *Strauch. Exerc. Exot. 5. th. 7. Weſſel. in tract. contra Indulgent. apud Goldaſt,* atque *Polydor. Vergil. lib. 8. de rer. invent. c. 1.* ferme *circa fin.* ubi poſtquam ex *Joh. Roffenſ. Epiſc.* demonſtravit: *Cœpiſſe indulgentias, poſtquam fides purgatorii invaluit, neminemq; quæſiviſſe indulgentias, quamdiu nulla fuerit purgatorii cura,* tandem concludit: *Indulgentiarum mer-*
72 *caturâ Clavium auctoritatem viliorem factam eſſe.* Denique ad hanc claſſem pertinet poteſtas remittendi pœnas, quam *Diſpenſationem* vocant utriusque juris Interpretes, vocabulo licet minus congruo, in hac tamen ſignificatione ubique recepto. Facultatem hanc diſpenſandi circa cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas *Concil. Nicæn. I. c. 12. & Concil. Ancyran. c. 5.* aſſignant Epiſcopis, qui in negotiis circa diſciplinam Eccleſiaſticam vel ſtricto jure utebantur, vel remiſſo, ſi quando concordia Eccleſiaſtica reſtituenda, vel majus malum metuendum, ſicque utile erat clementiæ modum ad-
73 hibere. Sequentia tamen in hac diſpenſatione requirebant veteris Eccleſiæ Doctores (1) ut nihil indulgeretur, quod non publicâ compenſaretur utilitate, quia privatæ nulla tunc habebatur ratio, (2) ut poteſtas diſpenſandi non egrederetur poteſtatem legiſlatoriam, ſive non excederet leges poſitivas Eccleſiaſticas, & (3) ut in tali negotio potiſſima charitatis haberetur ratio; Sed poſtmodum frequentiores eſſe cœperunt diſpenſationes, etiam in negotiis non diſpenſabilibus, & permiſſæ fuerunt non propter bonum publicum, ſed propter emolumentum petentis privatum, & ob largitiones & libertates petentis, quam ob cauſam lucroſæ tandem factæ ſunt diſpenſationes, & certa taxa Cameræ ſeu Cancella-

Digitized by Google

cellariæ Apoſtolicæ efformari cœpit, in quam maxime invehitur *Claud. Eſpenc. Theol. Pariſ.* cujus verba refert *Ziegler. de Epiſc. lib. 3. c. 21. ſub fin.*

Circa hanc *quintam Juriſdictionis Eccleſiaſticæ functionem* Eccleſiæ *Aug. Confeſſ.* iterum ad antiquos redierunt ritus, ita quidem, ut (1) excommunicatus, ad pœnitentiam redactus, prævia cauſæ cognitione, per decretum Epiſcopi aut Conſiſtorii à quo excommunicatus fuit, in Eccleſia publice recipiatur, niſi periculum in mora verſetur, propter morbum banniti pœnitentis, & abſolutionem petentis, tunc enim, etiam omiſſo decreto Conſiſtorii, ſacerdos propriâ auctoritate eum abſolvere, & ſacram ſynaxin adminiſtrare, ipſi viaticum conferre, ſicque reconciliationem, quam vocamus minorem, peragere poteſt. *Art. gener. Elect. Sax.* 11. §. Da nun die *excommunicirte* Perſon/ꝛc. ubi inſimul ritus hujus receptionis recenſentur; alicubi tamen ad eam quoque ſuffragium populi requirendum eſſe, cum *Zimmerm.* docet *Schilt. Inſt. Jur. Can. lib. 2. tit. 3. in fin.* *Indulgentiæ* (2) quatenus per abuſum invaluerunt, Reformationi, prout ex Hiſtoria Eccleſiaſtica notiſſimum eſt, anſam dederunt, adeoque plane reprobatæ ſunt. Tandem (3) Diſpenſationes circa pœnas & conſtitutiones Eccleſiaſticas Statibus Imperii Proteſtantibus eorumque Conſiſtoriis permittuntur, teſte *Carpzov. lib. 1. def. Eccleſ. 93. n. 7.* modo non fiant contra jus Divinum, & ſufficiens ac juſta diſpenſationis cauſa interveniat. *Carpz. lib. 2. def. Eccleſ. 163. n. 3. & 16.* 74

Et quia hæc *diſpenſandi facultas* non tantummodo in pœnis & cenſuris Eccleſiaſticis, ſed etiam in *aliis materiis* conſpicitur. Eapropter nunc quoad *ſextam & ultimam functionem Juriſdictionis Eccleſiaſticæ* inter *connexa*, quæ cauſas mixti fori per ſuperius dicta conſtituunt, ſe offert (1) *Jus in conciliandis & dirimendis matrimoniis*, quorum *prius* varie conſpicitur in conceſſione, ut proclamatio omittatur, cum de eſſentia matrimonii haud ſit, ut jam antea in *Cap. priori n. 32.* innuimus. Vid. *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. matrim. c. 1.* & *Carpz. lib. 2. def. Eccleſ. 139.* in permiſſione, ut nuptiæ intra tempus luctus celebrentur. *Carpzov. cit. lib. 2. def. Eccleſ. 162. & ſeq.* aut intra tempus prohibitum quadrageſimæ, adventus & feſtorum. *Carpzov. cit. lib. 2. def. Eccleſ. 152. & ſeq.* nec non, ut benedictio ſacerdotalis in ædibus privatis peragatur, niſi generalis permiſſio 75

76 miſſio adſit, vel caſus neceſſitatis interveniat; Inprimis verò in diſpenſatione, ut matrimonia in gradibus prohibitis contrahantur. Hanc equidem *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. matrim. c. 5.* poſtq; illius diſpoſitionem Canoniſtæ ſummo Pontifici in omnibus gradibus permittunt, exceptâ linea recta, & lineæ collateralis primo gradu, ſeu fratribus & ſororibus. *Laym. Theol. moral. lib. 5. tract. 16. p. 4. c. 6. n. 8.* Alii vero inprimis Dd. Aug. Confeſſ. conſultius eſſe cenſent, prohibitioni divinæ, *Lev. 18. & 20.* factæ, pleniſſime inſiſtere, quam ad liberiorem diſpenſandi licentiam Superiorem adducere, cum prohibitiones iſtæ, licet, exceptis aſcendentibus & deſcendentibus, non naturales, morales tamen, vel juris divini poſitivi univerſalis dici merantur, quia DEUS illos gradus, non intuitu populi Judaici, ſed totius generis humani, prohibitos eſſe voluit. Vid.
77 *Stryck. ad Brunnem. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 16. §. 25.* In *dirimendis matrimoniis* occurrit cognitio cauſarum, ob quas matrimonium vel quoad thorum & menſam, vel quoad ipſum vinculum diſſolvi poteſt, qua de re in noſtra *Diſſert. de Divort. uſu* prolixius egimus: nec non permiſſio nuptiarum poſt divortium innocentibus, & quandoque nocentibus, facta, circa quam equidem in terris Catholicorum regulariter omnis disquiſitio ceſſat. Siquidem Canoniſtæ recentiores matrimonium conſummatum, etiam propter adulterium, quoad vinculum neutiquam diſſolvi poſſe cenſent, quorum ſententiam *Concil. Trid. cit. ſeſſ. 24. de Sacram. matrim. c. 7.* comprobavit; Eccleſiæ verò Proteſtantium propter *text. Matth. 5. v. 32 & Matth. 19. v. 9. & 1. Corinth. 7.* duas divortii cauſas admitunt,
78 adulterium ſc. & malitioſam deſertionem. Ex his, ſi matrimonium diſſolutum fuerit, innocenti quidem nuptias iteratas indiſtincte, vid. *Carpzov. lib. 2. def. Eccleſ. 190.* nocenti tamen non aliter, quam certis conditionibus intervenientibus, concedunt, *deficiente* ſcil. *omni reconciliationis ſpe, ſi praviis admonitionibus,* ut pars nocens delictum ſuum agnoſcat, res ipſa oſtendat, *conſcientiam ejus extra matrimonium periclitari,* atque novum conjugium non, niſi interveniente Magiſtratus Eccleſiaſtici *diſpenſatione, ob juſtam & probabilem* diſpenſationis *cauſam*, v. gr. quod in minorennitate deliquerit, & ad frugem meliorem pervenerit, aut in cœlibatu ſalva & illæſa conſcientia vivere nequeat, ita concedatur, ut *ſedem domicilii mutet*, ſeque eo conferat, ubi ejus turpitudo non inno-

Digitized by Google

innotuit, vel ſaltem, ut *mulctam pecuniariam ſolvat*, tandemque *nuptias* absque *ſolennitate* celebret. Vid. *Gloſſ. Jur. Can. in c. literis. 12. in verb. ſpe Conjugii.* ⅹ. *de Præſcript.* citans *c. 14. cauſ. 13. qu. 2. Gerhard. in loc. de Conjug.* §. *622. circ. fin. Hemming. apud Dedekenn. vol. 3. Conſil. Theol. lib. 4. ſect. 3. n. 1. Beuſt. p. 2. de matrim. c. 25. Carpz. lib. 3. def. Eccl. 71. Mev. p. 9. dec. 22.* & ex Reformat. *Guilielm. Ameſ. de Conſcient. lib. 5. c. 38. ſect. 14.* nec non *Wiſſenb. ad tit. ff. de Divort. th. 9.* Mulcta autem pecuniaria ut plurimum in diſpenſatione ideo intercedit, ne facile pro impetranda licentia magiſtratum compellent partes, quin potius pecuniæ amore à petito diſpenſationis abſtineant. *Carpzov. lib. 2. def. Eccleſ. 125.* Ad connexa (2) 79
referri meretur *Poteſtas relaxandi Juramenta*, quæ à Canoniſtis Pontifici & Epiſcopis adſcribitur, per *c. 1. 8. 15. & paſſim.* ⅹ. *de Jurejur.* & tradita *Covarr. ad c. quamvis. de Pact. in 6. p. 1.* §. *3. n. 27. Wagner. ad cit. c. 15.* ⅹ. *de Jurejur. Gail. lib. 1. obſ. 25. n. 1. ibid. Grav. concl. 1. conſid. 1.* etiam quoad effectum agendi. *Farin. Prax. Crim. q. 8. n. 143.* Jam antea tamen *in Cap. prior. n. 13.* probavimus, de jure Civili hanc abſolutionem ſolis Imperatoribus competiiſſe, per *l. fin. pr. ff. ad Munic.* Et quia jus Civile in Germania, teſte experientia, receptum, inſimulque generali conſtitutione Imperii quoad hoc punctum confirmatum eſt in *Rec. Imper. de A. 1654.* §. Als ſich dann. *164. in fin.* Eapropter Cameræ quoque Imperiali hanc poteſtatem abſolvendi per *Ord. Cam. p. 4. tit. 24.* in terris Proteſtantium vero Principibus aliisque Statibus, qui Superioritatem territorialem habent, aſſignatam legimus apud *Zanger. de Except. p. 2. c. 1. n. 428. atque Carpz. p. 2. Conſt. 36. def. 1.* (3) Ad connexa 80
pertinet *Poteſtas judicandi in cauſis Scholarium* ſive *Studioſorum*, quæ in *auth. Habita. C. ne fil. pro Patr.* ratione concurrentiæ eſt aſſignata quoque Epiſcopis, ſed ob juramenta, quæ à Studioſis Rectoribus Univerſitatis præſtari conſueverunt, non multum frequentatur, teſte *Sichard. ad cit. auth. n. 17. circ. fin.* Denique (4) inter 81
connexa numerari poteſt, quod, in concernentibus pietatem & officium charitatis, in laicos habere dicantur jurisdictionem Epiſcopi, ob quam cauſam non ſolum ſubditos poſſunt compellere ad eleemoſynas, nec non, ut res victui neceſſarias peregrinis & hoſpitibus juſto pretio vendant. Vid. *cum. alleg. Barboſ. p. 3. de Off. & pot. Epiſc. alleg. 82. n. 3. & ſeq.* Sed etiam executores ſunt omnium

Bbb pia-

Digitized by Google

piarum diſpoſitionum, non ſolum morientium, ſed etiam viventium, juxta *Clem. 1. de Teſtam.* & *Concil. Trident. ſeſſ. 22. de Reform. c. 8.* ſi vel nulli alii fuerint nominati executores, & hæredes juſſa defuncti non adimpleant, vel executores quidem ſint conſtituti, illi ipſi autem vel diſſentiant, *Wammeſ. Conſil. 417. n. 11.* vel in legatis profanis intra annum, in legatis piis verò intra ſemeſtre ſpatium executionem peragere negligant, modo ſemel, vel bis moniti fuerint, vid. *l. 28. cum auth. ſeq. C. de Epiſc. & Cler.* ibique *Brunnem. Nov. 131. c. 12. c. 3. X. de Teſtam.* & *Barboſ. cit. alleg. 82. per tot.* Hæcque executio in tantum ad Epiſcopos aliosque, qui jurisdictionem Epiſcopalem habent, pertinet, ut teſtator eam prohibere nequeat, per *auth. licet Teſtator. C. de Epiſc. & Cler.* cum non poſſit derogare poteſtati, Epiſcopis circa executionem ultimarum voluntatum competenti. Vid. *Brunnem. cit. loc. atq; lib. 2. Jur. Ecclef. c. 12. §. 10.* Plura de hac executione Epiſcoporum proponit *Didac. Spin. à Cacer.*
82 *in Spec. teſtam. gloſſ. 28. n. 39. & ſeq.* Eſt tamen hæc executio mixti fori, ut judex quoque ſecularis teſtamentarios compellere poſſit, prout cum *Fagund.* docet *Dn. Stryck. in addit. ad Brunnem. cit. cap. 12. §. 11.* atque jam antea demonſtravimus. Unde in terris Proteſtantium, in quibus Jura Epiſcopalia Superioritati territoriali reſtituta ſunt, Principes pro lubitu, vel per Conſiſtoria, vel per Officiales ſuos, ultimarum voluntatum executionem peragere poſſunt, ut adeo cujuscunque loci jura ante omnia inſpicienda, nec tamen Superintendentes vel Inſpectores penitus prohibendi ſint, quo minus illam executionem monendo urgere, &, ſi nihil profecerint,
83 rem Conſiſtorio denunciare posſint, teſte *Stryck. cit. loc.* Hæcq; ſunt, quæ demonſtrant, quomodo ex poteſtate Clavium, miniſtris Eccleſiæ conceſſa, tam amplisſima Jurisdictionis Eccleſiaſticæ poteſtas efformata fuerit, quæ adhuc plura alia continet capitula, à *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc.* ſat abunde deducta. Nobis hæc potiora ſufficiant, ad quorum illuſtrationem quam maxime conducunt, quæ de origine & progreſſu jurisdictionis Eccleſiaſticæ, de cauſarum matrimonialium cognitione, tandemque de excommunicatione Pontificia ſummatim recenſet *Dn. Puſendorff. in Introd. ad Hiſtor. c. 12. §. 13. & ſeq.* cujus verba, cum in omnium ferme verſetur manibus, B. L. ipſe perluſtrare poterit.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XIV.

De
Statu ac Dignitate Epiſcopali.

Summaria.

1. & 2. *Dignitati Epiſcopali* inter capita Juris Epiſcopalis ultimus aſſignatur locus, ſed non ſine diſſenſu Canoniſtarum.

3. Nonnulli ſiquidem (1) Jus Epiſcopale non, niſi in *L. Diœceſanam* & *Jurisdictionem*, dividunt.

4. Quorum capitum differentiam alii per *regulas*, alii per *exempla* diverſimode declarant.

5. Alii (2) *L. Diœceſanam* & *Jurisdictionem* pro iisdem habent, atque inter *Ordinem* & *jurisdictionem* diſtingvunt; ſed cum maxima iterum diſcordia.

6. Alii (3) Jura Epiſcopis competentia *Ordinis*, *L. Diœceſana* & *Jurisdictionis* eſſe cenſent, omiſſa *Dignitate*, cujus quoque in *c. 16. & c. 18. X. de Off. jud. ordin.* nulla ſit mentio.

7. Hinc dignitatis caput plane rejicit *Sitbmann. de Jur. Epiſc.*

8. & 9. Dignitates ſiquidem ſemper à primitiva Eccleſia Epiſcoporum adhæſit functioni.

10. Quin imo *omnis diſtinctio Juris Epiſcopalis* in *diverſa capita* rejicienda videtur, & quidem

11. & 12. Ob diverſa ejusdem Jura, ex diverſis cauſis provenientia.

13. Quare non repugnamus à noſtra enumeratione recedenti, cum diſtinctio Juris Epiſcopalis in certa membra magiſtralis ſolum ſit.

14. Ob communem tamen receptionem & approbationem cum Dignitatis membro eandem retinemus.

15. & 16. Nam ſicut ipſa diviſio in genere, ita *Dignitatis* caput in ſpecie congruis exemplis declarari poteſt.

17. Per *Statum* aliàs intelligimus Jus Libertatis & Civitatis, quod poſterius triplicem recipit conſiderationem;

18. Nec non Familiæ, in quæ tria hodienum reſtitutio Bannitorum peragitur.

 19. Hîc

19. Hîc per Statum intelligimus *Statum publicum dignitatis.* Hinc
20. Dignitatis verbum evolvitur & deſcribitur, adhibita
21. *Diviſione dignitatis* varia, habito reſpectu ad tempora Romanorum Impp.
22. Dignitates hodierni Imperii relative adjiciuntur, iterum cum *diviſionibus* diverſis.
23. Dignitates Eccleſiaſticæ ſub verbo *Hierarchia* indicantur, unde deſcribitur & dividitur *Hierarchia*, ubi de *Angelorum ordine.*
24. In ſpecie declaratur, quid ſit *Hierarchia Eccleſiaſtica*, Germ. der Kirchen-Staat.
25. Dignitatis verbum in Jure Canonico tripliciter accipitur, atque
26. Differt à *Perſonatu* & *Officio*, ubi deſcribitur Officium,
27. Nec non Perſonatus.
28. Hæc diſtinctio tamen perpetua non eſt.
29. Quandoque dignitatis nomine intelligitur etiam præeminentia ſimplicis Canoniæ, imo Presbyteratus.
30. Sed dignitatis nomine hic ſola indicatur *Dignitas Epiſcopalis.*
31. Quo reſpectu Pontifex ſummus ſe vocat Epiſcopum, cæteros Epiſcopos *Fratres.*
32. Juxta *Auguſtin.* Epiſcopatus nomen non tam honoris & poteſtatis, quàm muneris & officii eſt, deſignans presbyterium. Conſentit *Hieronym.* ad eumque *Blondell. in Apolog.*
33. Præpoſiti Presbyterorum, ſive Epiſcopi, olim quidem primi fuerunt ratione *ordinis*, ſed ratione *poteſtatis* cum reliquis pares.
34. Hancque in rem ſeligebantur *Seniores ratione ætatis* ad exemplum Judæorum, quod iterum ex *Blondell.* declaratur.
35. Poſtmodum, ne hoc modo indigni ſeniores dignis præponerentur, ſuffragia ſunt recepta, cura tamen Eccleſiæ omnibus manſit.
36. & 37. Hinc ne quidem *Chryſoſtomi* ac *Hieronymi* ætate majorem habuerunt poteſtatem Epiſcopi, quam Presbyteri, excepta *Ordinatione*, quæ tamen *titulo non ſatis bono* ad eos tranſiit.
38. Poſtmodum, ſacerdotalem ordinem ſupergreſſi, *principatum inter Presbyteros* obtinere cœperunt.
39. Tandem ſucceſſive omnes Presbyteros excellere, & illuſtrem acquirere cœperunt dignitatem.

41. Hæc

Digitized by Google

40. Hæc *ἀνάβασις* non uno eodem tempore, ſed ſucceſſive contigit.
41. Fruſtra ergo ejus origo, quæ Conſtitutionibus humanis debetur, ex *Jure Divino* petitur, ubi dubia proponuntur,
42. & 43. Cum reſolutione illorum demonſtratur, qua ratione *Jus Epiſcopale Juris Divini* vocari posſit, & in quanam poteſtate Apoſtolis ſucceſſerint Epiſcopi.
44. Et qua ratione *Juris humani.*
45. *Dignitas Epiſcopalis* deſcribitur, adjecta *enarratione ſummaria Jurium* ad eandem ſpectantium.
46. Eſt autem maxima inter dignitates Eccleſiaſticas, ſub quarum appellatione non ſemper, præprimis in materia odioſa, continetur.
47. Nec ſub appellatione beneficii, niſi in utraque aliud fuerit expreſſum.
48. Tractatur quæſtio: An Epiſcopatus ſit ſeparatus ordo, à Sacerdotio diſtinctus, quæ tamen teſte *Engel.* ad effectum Juris non multum confert.
49. Ex dignitate in genere conſiderata fluunt (I) *Tituli varii*, quod Epiſcopi dicantur *venerabiles* &c.
50. Nec non *ſanctiſſimi* & *beatiſſimi*,
51. Hodieque *reverendiſſimi.*
52. Et quod æquiparentur *perſoſonis illuſtribus*,
53. imo etiam *Principibus.*
54. Nonnulli eos plane ſereniſſimos vocari poſſe cenſent;
55. Sed tamen hic titulus Imperatoribus ac Regibus competit, poſteaque tranſiit ad omnes Principes Germaniæ, eoque ab Epiſcopis ſecernuntur.
56. Epiſcopi quoque *Domini* nominantur.
57. Atque utuntur titulo ſecularibus quoque communi: *Dei gratia*, cum adjuncto: *Sedis Apoſtolicæ.*
58. An hoc appoſitum priori conveniat, disquiritur, ubi de titulo von Gottes Verhängniß.
59. Etſi nonnulli Epiſcopi in titulis parcius egerint; Attamen *tituli Epiſcopales* excreverunt etiam in titulos *ſeculares Ducatuum* &c.
60. Imo prodierunt *Epiſcopi titulares* locorum ab infidelibus occupatorum.
61. Cum quibus conveniunt *Epiſcopi ſine titulo.*
62. *Titulis* adjunguntur (II) *Inſignia*, quorum *primum* eſt *Baculus paſtoralis*,

Digitized by Google

63. Qui efficitur ſecundum modum relatum.

64. & 65. Pontifex eo non utitur propter *hiſtoriam* & *myſticam rationem*, quæ recenſentur.

66. Baculis hic vocatur aliàs *ferula* & *virga Epiſcopalis*, nec non *Cambuca*.

67. Hoc baculo quondam Epiſcopi ſunt inveſtiti, ſed poſtmodum *ſceptro*.

68. Eo tamen adhuc hodie cum *gladio* in ſcutis utuntur, ubi inquiritur in rationem adhibiti gladii, præprimis ab Epiſcopis Herbipolenſibus.

69. *Alterum* inſigne eſt *Mitra* ſeu *Cidaris bicornis*.

70. Mitræ triplex ſpecies relative proponitur, cum ratione, cur imponatur & *bicornis* ſit.

71, 72. & 73. *Tertium eſt Annulus*, *Quartum Sandalia*, ubi quid per ea intelligatur, & quomodo differant à caligis.

74. *Quintum chirotecæ*, ubi ob quem finem tradantur,

75. Ultimum *veſtes* aliæ *ſacerdotales*, quæ recenſentur.

76. Inſignia hæc ab Innoc. III, vocantur *Pontificalia ornamenta*, ad quæ etiam refertur *Pallium*.

77. Inſignia hæc aliis, quam Epiſcopis non competunt, nec Abbatibus, niſi fuerint *mitrati*, ubi quid ſint.

78. Tituli & Inſignia (III) varia ſupponunt *Jura* & *privilegia* interque ea (1) liberationem à patria poteſtate.

79. Nec non (2) à ſervili & adſcriptitia conditione, ut & porro (3) à tutela.

80. (4) Quod à judice laico non poſſint compelli ad teſtimonium ferendum, & jurent (5) propoſitis ſolum Evangeliis.

81. (6) Quod in judiciis ſecularibus accuſari, & (7) inviti ad judices ſeculares trahi nequeant.

82. (8) Quod ab illorum ſententiis appellatio non permittatur, id hodie tamen immutatum eſt.

83. & 84. (9) Quod privilegia, illuſtribus perſonis conceſſa, Epiſcopis quoque competant.

85. Hinc ſecundum *c. 6. X, de Maj. & ob.* ponendi ſunt ad dextram Imperatorum, ipſisque Reges & Principes aſſurgere debent.

86. Habent præterea Epiſcopi thronum & *Faldiſtorium*, ubi &

87. Disquiritur, unde dicatur, & quid ſit *Faldiſtorium*.

88. Nec non *Baldachinum*; de quo

quo iterum, quid ſub eo intelligatur.

89. Denique ex mente nonnullorum habent Jus *creandi Notarios*, ſunt *in bello inviolabiles*, aliàsque ab *omni læſione* immunes.

90. Epiſcopis ſacra facientibus vim inferentes capitaliter puniuntur, ſuppoſitis quatuor requiſitis.

91. Eosdem percutientes incurrunt pœnam *c. ſi quis ſvadente. 29. c. 17. q. 1.* & excommunicationem Pontifici reſervatam.

(92.) Cum privilegiis his (IV) invaluit *prærogativa* Epiſcoporum, quæ in tantum crevit, ut *Innocent. III.* ſe Imperatori referre non erubuerit in *c. 7. X. de Major.*

93. Juſtitia hujus prærogativæ examinatur.

94. Illa ipſa tamen per *Stylum Curiæ*, tum in genere quoad *Clericos*, tum in ſpecie quoad *Epiſcopos* eſt approbata.

95. Hinc *Principes Eccleſiaſtici* quoad proëdriam *Secularibus* & *Prælati* cæteri *Comitibus Imperii*, etiam in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii, præferuntur.

96. Ipſi Epiſcopi inter ſe prærogativam ſuam ſortiuntur ex *Ordinatione*.

97. Hæc prærogativa rationi naturali & Juri Civili conveniens eſt, obſervata quoque à veteris Chriſtianis.

98. Sed ſicut Juris Civilis aſſertum limitationem recepit; ita quoque *ordini temporis* in prærogativa Epiſcoporum præferri cœpit *ordo qualitatis*.

99. Pius IV. Pontifex in *Concil. Tridint.* ordinem promotionis obſervare voluit, ſed ob contradictionem *Archiepiſc. Bracarenſ.* jus antea quæſitum cuique reliquit.

100. Hoc modo Epiſcopi *exemti* non exemtis ſive *ſuffraganeis* præferuntur, ubi quinam *Exemti* aut *Suffraganei* dicantur.

101. Epiſcopi Germaniæ præ cæteris majori dignitate gaudent, & conſtituunt Principes Eccleſiaſticos, quorum claſſes enumerantur.

102. *Archiepiſcopi* Germaniæ recenſentur, quorum numerus tamen imminutus eſt.

103. & 104. *Epiſcoporum* Germaniæ numerus quondam longe

longe major fuit, ac nunc, hicque diverſis modis, qui recenſentur, decrevit.

105. *Catalogus Epiſcoporum*, qui adhuc hodie ſunt Principes Imperii Eccleſiaſtici.

106. Epiſcopis accenſetur *Ordinis Teutonici Magiſter*.

107. Eos excipiunt *Abbates Principali dignitate eminentes*, Gefürſtete Aebte/ qui recenſentur.

108. His accenſetur *Magiſter Ordinis S. Johannis* per Germaniam.

109. Abbatibus ſuccedunt reliqui *Prælati ſimplices*, in *duo Collegia* diviſi, ſub quibus comprehenduntur duo *Commendatores generales* & *Abbatiſſæ*.

110. De controverſiis *Electorum Eccleſiaſticorum* quoad ſeſſionem & locum, ubi de noviſſimo diſſidio inter *Trevirenſem* & *Colonienſem* ratione directorii.

111. Controverſia *Abbatis Fuldenſis* cum *Electore Colonienſi* & *Archiepiſco Magdeburgenſi*.

112. Controverſia *Archiepiſcopi Magdeburgenſis* cum *Archiepiſcopo Salisburgenſi* & *Archiducibus Auſtriæ*.

113. Cum *Archiepiſcopo Salisburgenſi Archiduces Auſtriæ*, qui ex ſingulari ratione locum in ſcamno Eccleſiaſtico occuparunt, alternant; ſed quoad *Archiepiſcopum Magdeburgenſem* hæc controverſia deſiit.

114. Deſiit quoque controverſia de prærogativa *Archiepiſcopi Bremenſis*.

115. Controverſia inter Epiſcopos *Herbipolenſem* & *Wormatienſem* per alternationem certo modo compoſita eſt.

116. & 117. De præeminentia Epiſcoporum *Spirenſis* & *Eichſtadienſis*, qui juxta quoſdam alternant, juxta alios vero de prærogativa inter ſe competunt.

118. De alternatione & prærogativa *Brixienſis* & *Baſilieenſis* Epiſcopi,

119. Nec non Epiſcoporum *Leodienſis, Monaſterienſis* & *Oſnabrugenſis*, ſub declaratione addita.

120. Adjicitur controverſia inter *Abbates Elbacenſem* & *Murbacenſem*, ob quam alii eosdem alternationem recepiſſe; alii vero de præcedentia adhuc contendere tradunt.

121. Denique *Abbati Corbejenſi* controverſia movetur à *Stabulenſi*.

122. Altercationes hæ in Comitiis qui-

quidem litibus anſam dederunt, ſed, remedii loco, hodie ſemel pro ſemper *Proteſtationes* interponuntur.

123. Disquiritur: An Eccleſiaſtitis hæ controverſiæ conveniant?

124. Deciſio earum eſt vel *plena*, vel *proviſionalis*, pertinens ad Imperatorem, qui ſæpius Procerum Imperii conſilium adhibet, Das Gutachten des Fürſten Raths.

125. Prærogativæ Epiſcoporum cohærent, eique ſine dubio anſam dederunt (V) functiones *Cancellariatus* & *Archicancellaritus*, ubi ac

126. & 127. De nominis hujus origine, derivatione varia & antiquitate agitur;

128. *Vopiſci* locus contra *Hotmann.* ex *Jacob. Gothofr.* defenditur, inſimulque demonſtratur, quid fuerint olim *Cancellarÿ.*

129. Poſtmodum Cancellariorum nomine intelligi cœperunt *Scribæ*, & *Car. M. ætate Secretarÿ.*

130. Tandem *Quæſtores S. Palatii* Cancellarii vocati, horumque dignitates à *Palatio* Imperatorio ad *Eccleſiam* translatæ ſunt.

131. Sed ob rationes adductas Pontifex nonniſi *Vicecancellarium* conſtituit, ubi, quod hæc dignitas deniq; ad aulas omnium Principum, Scholas & Univerſitates transferit.

132. *Archicancellarii* unde dicantur, qua ratione conſtitui cœperint, atque nomine ipſorum ſe ſubſcripſerint *Cancellarii.*

133. Quis primus *Archicancellarius* fuerit, & quomodo Eccleſia *Moguntina* hanc dignitatem ſibi propriam reddiderit.

134. Sequentibus temporibus tranſiit ad *Trevirenſem* & *Colonienſem.*

135. Hodienum ergo Archi-Epiſcopi *Moguntinus, Trevirenſis* & *Colonienſis* ſunt Archi-Cancellarii Imperii, modo declarato.

136. *Trevirenſis* & *Colonienſis* Archicancellariatus hodie extincti non ſunt.

137. Præter Archicancellarios Imperii datur & *Archicancellarius Imperatricis*, Abbas Fuldenſis, ubi de ejuſdem origine.

138. Ab antiquis temporibus vix alii, quam *Epiſcopi*, *Cancellarii* fuerunt.

139. Hujus ratio adducitur duplex ex *Mallinkrot.*

Digitized by Google

140. Ab Epiſcopis præcipue Archiepiſcopis (VI) *Inaugurationes regiæ* peraguntur, quod per exempla comprobatur.

141. In Germania vigore A. B. competit *Archiepiſcopo Colonienſi*, inter quem tamen & *Moguntinum* circa hoc punctum controverſia exorta, tandemque transactione compoſita eſt.

142. Partes hujus inaugurationis conſiſtunt (1) in *Unctione*, quæ in variis partibus corporis peragitur, etiam in *capite*.

143. (2) In *Coronatione*, quæ ab Eccleſiaſticis Electoribus conjunctim inſtituitur, recitante tamen ſolennia verba Conſecratore.

144. Quandoque, etſi rarius, partes hujus Inaugurationis devolvuntur ad *Trevirenſem Archiepiſcopum*, ubi vid. exemplum.

145. (VII) Epiſcoporum dignitas ab illis temporibus eminentior reddita eſt, quibus *Ordinibus Regni*, ob ſingularem reverentiam aliasque cauſas, adſcribi cœperunt.

146. & 147. Demonſtratur, quod etiam temporibus Imperatorum *Francorum Comitiorum* participes fuerint.

148. Invaluit ergo, ut non ſolum in Imperio noſtro, ſed etiam in variis Regnis peculiarem *Statum* conſtituant.

149. Dignitatem Epiſcopalem (VIII) comitantur varia *Bona*, interque ea *menſalia*, ubi de origine bonorum Eccleſiæ & Eccleſiaſticorum.

150. Quibus in V. T. inſerviebant *Decimæ* & *primitiæ*.

151. Apoſtolorum atque ſubſequentibus temporibus Miniſtri Eccleſiæ ſuſtentati ſunt ex *collationibus* fidelium.

152. Fundis ergo venditis pecunia hanc in rem eſt erogata, atque *oblationes* ſunt factæ vel ab omnibus fidelibus, vel etiam à communicantibus.

153. Poſtea temporibus Imperatorum Chriſtianorum Eccleſiis earumque miniſtris ampliſſima *patrimonia* & *res* quoque *immobiles* conceſſæ fuerunt.

154. *Julianus Apoſtata* omnia in Eccleſias earumque miniſtros collata beneficia revocavit, ſed ſubſequentes Imperatores reſtituerunt.

155. Præcipue *Car. M.* liberalitas hac in re excelluit.

156. Ejus

Digitized by Google

156. Ejus filius *Ludovicus* cum cæteris ſucceſſoribus Eccleſiis & Epiſcopis conceſſerunt vicos, oppida & integros Ducatus.
157. Inprimis Otto I.
158. Alii modi, quibus Epiſcopi Germaniæ ampliſſimas opes acquiſiverunt, ex *Monzamban.* recenſentur.
159. Ob quas tandem Imperatores eos metuendos habuerunt.
160. Auctis hac ratione bonis Eccleſiaſticis *duplicis generis* fieri cœperunt.
161. *Nonnulla* conſervationi & ſuſtentationi Eccleſiæ & Epiſcoporum adſcripta ſunt, quæ de *menſa Eccleſiæ* & *Epiſcopi* eſſe dicuntur, ubi de ratione denominationis.
162. Deſcribuntur *Bona Menſalia* Epiſcoporum, & æquiparantur rebus Domanialibus.
163. Sunt duplicis generis, & vel *ſtatim ab initio* ad hunc uſum conſtituta, vel ad Eccleſiam *reverſa de menſa* ejus effecta ſunt, & quidem iterum vel *expreſſe*,
164. Vel *tacite*, per conjecturas, quarũ præcipua adducitur.
165. Circa hunc tacitum modum Dd. quoque de tempore controverſiam movent.
166. Bona hæc menſalia aliàs quoque vocantur *Tituli*, quamvis tituli ſignificatio latius pateat.
167. Tituli æque ac Bona menſalia alienari nequeunt. Hinc allegantur verba ex juramentis Epiſcoporum.
168. Cum conſenſu Summi Pontificis hæc alienatio fieri poteſt, qui conſenſus tamen non ubique, nec ſemper in Germania, requiritur.
169. *Inſtrum. Pac.* monſtrat, quod Imperator cum conſenſu Statuum in Imperio noſtro hanc alienationem peragere poſſit.
170. Memorabilia exempla bonorũ Menſæ annectuntur.
171. *Alia* denique *bona Eccleſiæ laicis* conceduntur in feudum, emphyteuſin, cenſum, per locationem & jure precariæ, quorum cura etiam ad Epiſcopos pertinet, ſed non *ex Dignitatis capite*, verum *ex L. Diœceſana.*
172. Ab initio bonis Eccleſiæ & Menſalibus *nulla* adhæſit *juriſdictio.*
173. Nec hodie in Italia & Hiſpania, ubi quoque de Gallia.
174. & 175. Epiſcopi Germaniæ, nec à *Car. M.* nec à *Ludovico Pio* juriſdictionem aut

Digitized by Google

ſecularem poteſtatem acceperunt.

176. Fuerunt quidem Principes, ſed ſine jurisdictione & jure territorii.

177. Excepto Epiſcopo *Herbipolenſi* & Abbate *Campidonenſi*.

178. Tandem *Otto M.* jurisdictionem ſecularem & territorialem Epiſcopis quibusdam conceſſit, quod multis tum temporis mirum viſum fuit.

179. Horum exemplo alii Epiſcopi, & poſtea Abbates, nec non Abbatiſſæ eam à ſubſequentibus Imperatoribus obtinuerunt.

180. Hoc ipſo tamen *Advocati*, ab Imperatoribus conſtituti, non ſtatim ſublati fuerunt.

181. Cauſæ, ob quas Imperatores Eccleſiis, Monaſteriis & Epiſcopatibus Advocatos conſtituerunt, proponuntur.

182. Denique à tempore *Friderici II. Advocatia tutelares* deſierunt, etiam in Abbatibus immediatis.

183. Sic ergo Epiſcopi eadem regalia & territorii jura in ſuis Epiſcopatibus exercent, quæ alioquin Principes Seculares, verum non ex *L. Diœceſana*, aut *Jurisdictione* Epiſcopali, ſed ob inveſtituram Imperatoriam.

184. Conſtitutionem quidem & confirmationem Epiſcoporum Pontifices ad ſe traxerunt.

185. Semper tamen Imperatorum fuit *inveſtitura* de *bonis Epiſcopatus* jurisdictione & regalibus. Hinc feuda Eccleſiaſtica, Scepter Lehn/ ubi quo inſtrumento illorum peragatur inveſtitura.

186. Nec per acquiſita Jura territorialia confunditur *poteſtas Eccleſiaſtica* cum *ſeculari*.

187. An tamen conjunctio hæc Imperio noſtro ſit proficua, relative annectitur.

188. Ad *Epiſcopos Auguſtanæ Confeſſionis Dignitas Epiſcopalis*, hactenus propoſita, ſuo modo applicatur.

189. Hi confirmationem impetrant ab Imperatore, atque non ſolum *poſtulati*, ſed etiam *electi in Archiepiſcopum*, *Epiſcopum* &c. vocantur.

190. Ad eos jura à Dignitate Epiſcopali dependentia applicantur.

191. Inſimul demonſtratur, quid ratione hujus dignitatis aſſerendum de *Principibus* ſecularibus, *Jura Epiſcopalia exercentibus*.

192. Nec

Digitized by Google

192. Nec non de *Conſiſtorialibus*, *Superintendentibus* ac *Inſpectoribus*, ad ea, quæ *Ordinis*, *L. Diœceſana* & *Jurisdictionis Eccleſiaſticæ* eſſe perhibentur, peragenda conſtitutis.

AMpliſſimam Juridictionis Eccleſiaſticæ materiam tandem, 1
excipit *Status & Dignitas Epiſcopalis*, cui à recentioribus rerum Eccleſiaſticarum Scriptoribus ultimis inter *Jura Epiſcopalia* aſſignatur locus, ſed non ſine inſigni Canoniſtarum diſſenſu, prout jam antea in hujus *Tract. cap. 2. n. 29. & ſeq.* evicimus. Etenim circa ipſam diſtinctionem Juris Epiſcopalis 2
in diverſa *membra* ſive *capita* quam maxime inter ſe diſſentiunt Canoniſtæ; Ita quoque idem circa hoc membrum ultimum contingit, præprimis cum pauci, imò fere nulli, niſi recentiores, hactenus ejusdem mentionem injecerint. Nam, ut rem denuo ab 3
ovo quaſi repetamus, (1) plures Juris Canonici Interpretes, *Honorii III. in c. dilectus. 18. ✠. de Off. jud. ord. ibique Gloſſ.* fidem ſecuti, omnem, qualis qualis etiam conſpicitur, poteſtatem Epiſcopalem non niſi *L. Diœceſanæ* & *Jurisdictionis* eſſe cenſuerunt, ex quibus inter alios nominari merentur *Azor. p. 2. Inſt. Moral. lib. 3. c. 32. q. 2. Gonzal. Tellez. ad cit. c. 16. n. 1. & cap. 18. n. 8. & ſeq.* nec non *Wagnereck. ad d. 18. not. 2.* Sed hi non uno eodemque 4
modo differentiam inter *L. Diœceſanam & Jurisdictionem* conſtituerunt. Nonnulli ſiquidem certis regulis rem declarare conati fuerunt, quæ regulæ tamen *Innocent. IV. Pontifici ad c. 1. X. de Stat. Monach. n. 1. & ſeq.* diſplicuerunt; quocirca cum generalem doctrinam, eamque invariabilem proponere neſciat, per exempla diſtinctionem explicare maluit, perinde ut *Panormit. ad d. c. dilectus. 18.* quos alii Juris Canonici Interpretes ſecuti ſunt, ſed tamen nec hi in exemplis recenſendis convenire potuerunt. Quam- 5
obrem alii nihil omnino (2) *L. Diœceſanam* & *Jurisdictionem* differre aſſeruerunt, cum L. Diœceſana nihil aliud eſſe videatur, quam jurisdictio & poteſtas Epiſcopalis, ſive jus Diœceſanum, Epiſcopo quoad ſpiritualia in ſua diœceſi competens. Meliori proinde jure poteſtatem *Ordinis* & *Jurisdictionis* à ſe invicem diſtingvi crediderunt, cui aſſertioni hucusque ſuffragati ſunt *Lancel. l. 1. Inſtit. Jur. Can. tit. 9. §. ult. Engel. in Coll. Jur. Can. ad tit. ✠. de Major.*

& obed, n, 36. atque *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 1. c. 1.*
§. 9. & ſeq. Nec ratione hoc aſſertum deſtitui videtur, cum po-
teſtas Ordinis in multis correſpondeat poteſtati clavium, mini-
ſterio Eccleſiaſtico divinitus conceſſæ; Jurisdictio verò aliunde &
ex imperio ſeculari adſcita fuerit. Sed & in hac diſtinctione ex-
plicanda iterum diſcordes fuerunt Canoniſtæ, ut *Rob. Parcker. de*
Polit. Eccleſ. hanc in rem allegato à Ziegler. ad Lancel. in not. ad cit. §.
6 *9.* anſam dederint, eam plane rejiciendi. Alii proinde, (3) ut o-
mnes componerent controverſias, quædam Epiſcopis adſcripſe-
runt ratione *Ordinis*, quædam ob *L. Diœceſanam*, quædam deniq;
Jurisdictionis cauſa, quæ vulgaris equidem & maxime uſitata Ca-
noniſtarum eſt diſtinctio, nullam tamen hujus noſtri ultimi mem-
bri, *Status* ſc. & *Dignitatis Epiſcopalis*, injiciens mentionem, cu-
jus ne ipſe quidem Pontifex Honor. III. in enumeratione diverſo-
rum ad Epiſcopos ſpectantium Jurium, facta *in c. conquerente. 16.*
X. de Off. jud. ord. meminit, niſi idipſum per argumentationem à
Canonica obedientia, ſubjectione & reverentia, *in cit. c. 16.* pro-
poſita, deducere velimus; quo poſita tamen non ſtatim ſepara-
tum ac diſtinctum membrum conſtituere videtur, cum dignitas
potius, tanquam accidens, ſuo ſubjecto, Epiſcopo ſc. cohæreat,
nec detur Epiſcopus, qui non habeat dignitatem Epiſcopalem,
ex poteſtate Eccleſiaſtica profluentem, quæ ratio eſt, quod *Sith-*
7 *mann. de Jur. Epiſcop. c. 10. n. 6. & ſeq.* hoc caput plane rejiciat, at-
que à *Laurent. Obm.* in ejusdem puncto diſſentiat; nihil ſiquidem
eorum, quæ adducit *Obm.* tantum ſingularitatis habere exiſtimat,
ut non ſub uno ac altero jure *Ordinis*, *L. Diœceſana* ac *Jurisdictio-*
8 *nis*, vel eis adjunctorum, contineatur. Sane, ſi rem accuratius
expendimus, jam inde à primitivæ Eccleſiæ Chriſtianæ initiis mi-
niſtris Eccleſiæ eorumque directoribus, ſive Epiſcopis, ſuam nun-
quam defuiſſe videmus dignitatem. Statim enim poſt Apoſtolo-
rum tempora, ut, juxta monitum *Pauli*, infidelium declinarent
judicia Chriſtiani, ſicubi litigandum eſſet, amicabilem compoſi-
tionem miniſtrorum Eccleſiæ, imprimis ſeniorum & Epiſcoporum
ſelegerunt, non alia ratione, quam quod ſibi perſvaſum habue-
rint, lites ſincerius ac celerius componi haud poſſe, quam ab
Epiſcopis & Clericis, quos ob religionis cultum fovebant, inde-
9 que omni reverentia proſequebantur. Hæcque reverentia ac di-

gnitas,

Digitized by Google

gnitas poſtquam amicabiles compoſitiones litium , temporibus
Imperatorum Chriſtianorum , in Epiſcopalem tranſierunt audien-
tiam, magis magisque aucta eſt , ut adeo jam varia privilegia ,
prærogativas & honorum gradus promeruerint, certiſſimumque
ſit: Epiſcopos ſemper in egregia vixiſſe dignitate, hancque ipſam
dignitatem Epiſcoporum adhæſiſſe functioni , ut diſtinctum
membrum Juris Epiſcopalis, hodie efformati, eſſe nequeat, cum
jam olim ante ipſius exiſtentiam presbyteris atque Epiſcopis com-
petierit. Imo, ſi rem ex ſuis principiis altius repetamus, omnis 10
omnino diſtinctio *Juris Epiſcopalis* in prædicta capita incongrua
eſſe videtur. Eſt enim poteſtas Epiſcopalis , qualis hodie con-
ſpicitur, nihil aliud, quam *Ens* aliquod aggregatum , & ex va-
riis partibus heterogeniis ita compoſitum , ut eo (quamvis par-
tim propria autoritate ſibi tribuerint , partim ex liberalitate alio-
rum acquiſiverint) ſuo jure utantur Epiſcopi; quæ partes tamen
quam maximè diverſæ ſunt : inter eas namque conſpiciuntur 11
nonnulla, quæ de Jure Divino omnibus miniſtris Eccleſiæ com-
petunt, illis tamen poſtmodum humano arbitrio ademta, &
conſtitutionibus Eccleſiaſticis Epiſcopis propria reddita ſunt: alia
ſolius Magiſtratus politici, ſive eorum ſunt, qui τὸ κύριον in
Republica tenent : alia ad totam Eccleſiam, quatenus eſt cor-
pus ex Magiſtratu, Clerico & populo conſtans, ſpectant, ut
electio miniſtrorum Eccleſiæ: alia denique ad Miniſterium
& Magiſtratum conjunctim partinent, ut viſitatio Eccleſia-
rum, aliaque ſimilia, quæ omnia, dum ex diverſis principiis
fluunt, & tamen ita ſibi propria fecerunt Epiſcopi, ut hacte-
nus ſub uno complexu *Juris Epiſcopalis* comprehenderint, vix ac
ne vix quidem ad certa capita ſpecialiora referri poterunt. Quam- 12
obrem tutius eſſe videtur, *Ens illud aggregatum* per exempla ju-
rium, ad illud ſpectantium, potius explicare & conſiderare, quam
per ſubdiviſionem in certa capita & membra rem, per ſe alioquin
liquidam & certam, non niſi incertiorem & obſcuriorem reddere.
Appoſite huc faciunt, quæ poſt *Innoc. Panormit. ad cit. c. dilectus,
18. X. de Offic. jud. ordin. n. 4.* ſequentibus propoſuit verbis: *Quia
in Juribus antiquis non reperitur, quod aliqua ſint de L. Diœceſana &
aliqua de L. Jurisdictionis, ſed ſolum in hac Decretali nova, quæ ta-
men plene non explicat, ſed ſolum facit mentionem de his, quæ conti-
nentur*

nentur in textu, unde unica eſt lex Epiſcopi, ſcil. Diœceſana, ſub qua
13 *comprehenditur Lex jurisdictionis &c.* Hancque ob cauſam & cum nonnulla, quæ *Ordinis* aut *L. Diœceſana* eſſe perhibentur, *Jurisdictionis* & vice verſa eſſe videantur, non repugnabimus, ſi ab enumeratione Jurium Epiſcopalium, in antecedentibus Capitibus à Nobis propoſita, quis recedere, atque hæc vel illa jura ad aliud membrum referre velit, cum tota diſtinctio in *Ordinem* aliaque *Capita* magiſtralis ſolum ſit, in Scholis equidem recepta, de qua tamen plane non conſtat, quis eandem invenerit aut fabricaverit, niſi quod *Honorius III. in c. dilectus. 18. X. de Off. jud. ord.* ali-
14 quam ejus fecerit mentionem. Sed enim vero, quia in genere hæc ipſa diſtinctio *Juris Epiſcopalis* in diverſa *Capita*, à quocunque tandem inventa aut introducta ſit, in Scholis jam diu recepta, & communiter approbata eſt, pariterque quoad noſtrum *Dignitatis* caput, poſt *Butr. conſil. 19. Felin. ad tit. X. 18. n. ult.* aliive Epiſcopis quædam ratione *Ordinis*, quædam ratione *Jurisdictionis*, quædam verò ratione ſimplicis *Poteſtatis* ſive *Dignitatis* competere aſſerunt; Ideo eandem, adjuncto hoc ultimo *Dignitatis* membro, merito retinemus cum recentioribus aliis Interpp. qui, *Felin.* doctrinam ſecuti, generalioribus Juris Epiſcopalis membris id ip-
15 ſum adjecerunt. Sicut enim diſtinctio inter *Ordinem*, *L. Diœceſanam* & *Jurisdictionem* congruis exemplis explicari ac declarari poteſt; Ita quoque diffitendum non eſt, quod, aucta poteſtate Epiſcoporum, in cumulum acceſſerint variæ & quidem ſpeciales *dignitates*, quibus hodie Epiſcopi adeo cohoneſtantur, ut non ſolum in Imperio noſtro, ſed etiam in aliis Regnis, Angliæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Sveciæ, Poloniæ, Hungariæ &c. peculiarem Statum & Ordinem Regni conſtituant, prout in *ſua illuſtr. Dignit. Notit. diſſ. 17. c. 2.* demonſtrat *Dn. Becmann.* quo reſpectu moderna Dignitas dignitates priorum temporum, quibus Epiſcopis ſola audientia
16 conceſſa fuit, multis paraſangis ſuperat & excedit. Hac ergo ratione, & quatenus moribus Francorum & Germanorum Epiſcopi ſimul Status Regni & Imperii conſtituti, inſimulque regalibus & aliis juribus ita exornati ſunt, ut Principum Eccleſiaſticorum denominationem in Imperio noſtro promereantur, ſeparatum *Dignitatis Epiſcopalis* membrum, ſuis iterum conſtant juribus particularibus, omnino admittere poſſumus, cum *Dn. Schilt. lib. 1. Inſtit.*

Digitized by Google

ſtit. Jur. Canon. tit. 7. §. 6. ut ut alioquin non diffiteamur, pleraque Jura Epiſcopis ratione dignitatis eſſe conceſſa, ut cenſet *Dn. Stryck. ad Brunnem. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 6. membr. 12. §. 4.* Hæcque ad majorem declarationem eorum, quæ in *cap. 2. & ſeq. hujus Tract.* propoſita ſunt, denuo adjicienda, huicque Dignitatis capiti præmittenda eſſe putavimus. Per *Statum* aliàs equidem conditionem 17
illam hominum legalem, qua in ſocietate Civili fruuntur, intelligimus, quæque in tribus conſiſtit, per *l. fin. ff. de Cap. minut.* (1) in jure *Libertatis*, oppoſitive ad ſervorum conditionem; (2) in jure *Civitatis* Romanæ, cui Peregrinitas contrariatur, (& quidem triplici ratione; *Primo* in latiori ſignificatu Civitas totum Reip. ambitum, communemque patriam denotat, ut omnes illi ejusdem civitatis eſſe dicantur, quos una eademque Majeſtas ſibi per omnes imperii regnique provincias ſubjectos habet, adeoq; peregrini hactenus ſint Angli, Galli, Hiſpani, Poloni, aliique Imperio noſtro non parentes, quibus tamen per *Frider. II. Imperat. avth. Omnes peregrini. C. Comm. de ſucceſſ.* pars juris Civitatis noſtræ conceſſa fuit, cum etſi non ſint de foro Imperii, ſint tamen de foro Eccleſiæ: *Secundo* Civitas, præter jus Civitatis univerſale, jus Civitatis ſpeciale, ex Superioritate territoriali origiginem trahens, complectitur, omnibusque illis competit, qui eidem Domino territorii ſunt ſubjecti, ut hactenus pro peregrinis habeantur, qui non ſunt ejusdem territorii: *Tertio* denique Civem aut incolam alicujus municipii, vici aut communitatis in ſpecie conſtituit, ut ſic quilibet, etſi ejusdem provinciæ ſit, ratione diverſi municipii & domicilii, peregrinus dicatur,) tandemque (3) in *jure Familiæ*, oppoſitive ad conſtitutos extra familiam. 18
Siquidem tria iſta ſunt, quæ homines in Statu hoc civili habere dicuntur, libertatem ſcil. civitatem & familiam, per *cit. l. fin. ff. de Cap. demin.* Quare & praxis moderna non niſi in hæc tria jura libertatis, civitatis atque familiæ bannitos, & ab Imperio noſtro excluſos, reſtituit, cujus illuſtris & ſingularis plane formula apud *Hortled. de Orig. & progreſſ. Bell. Germ. lib. 3. c. 88. n. 48.* ſequentibus proponitur verbis: Reſtituiren und ſetzen S. L. und ihre Erben zu vorigen Gerechtigkeiten/ Ehren/ Begnadungen/ Tituln/ Wappen/ Freyheiten/ auch zu der Väterlichen Gewalt/ ſo S. L. vor der Zeit über ihre Söhne und Kinder gehabt/c. Sed hunc hominum 19

Digitized by Google

Statum per noſtrum Statum non intelligimus, verum *publicum* potius honorum, quem poſt *l. 5. §. 1. & ſeq. ff. de Extr. cogn.* à priori ſtatu, tanquam *privato*, non incongrue ſeparat *Henric. Spelmann. Eques Anglo-Britann. in ſuo Gloſſ. ſub verb. Status.* Hæcque eſt ratio, quod in hac noſtra materia Status & Dignitatis verba conjungantur. Hic ipſe tamen dignitatis Status, etſi à ſtatu privato proprie differat, per *l. 20. ff. de Statu hom. & §. 4. J. de Cap. min.* cum ad Jus Perſonarum pertineat, iisdem quoque remediis, quibus iſtum perſequimur, vindicari poteſt, ut recte monuit *Dn. Schilter. Ex. ad Pand. 6. th. 26.*

20 *Dignitatis* nomen, quod varias alioquin recipit ſignificationes, plerumque in genere accipimus pro quacunque præeminentia in gradu, ſive pro honoris gradu, per *d. l. 5. ff. de Extraord. cognit.* quo ſenſu etiam ſervis ac mancipiis attribuitur *in l. 15. §. 2. de Uſufr.* cum miniſteria eorum diverſa fuerint. vid. *Gonzal. Tellez. ad. c. 1. X. de Præb. n. 13.* atque deſcribitur à *Brunnem. ad tit. Cod. de Dignit.* per honorem, alicui propter merita ſpecialiter Principis vel Legis beneficio collatum. Omnis enim dignitas à principe aut lege, tanquam à fonte, in inferiores derivatur, teſte *Perez. ad Cod. eod.*
21 *tit. n. 1. in fin.* Dignitas hæc, ita in genere conſiderata, temporibus Imperatorum Romanorum in varias diſtincta fuit ſpecies, præcipue vero (1) ratione *gradus* in *altiſſimam*, it. eminentem, maximam ac ſublimiſſimam, *mediam*, & *minimam*, ut in dignitate conſtituti fuerint porro (2) vel *illuſtres*, vel *ſpectabiles*, vel *clariſſimi*: alia (3) fuit dignitas *ingenita*, alia *collata*: alia (4) *Magiſtratuum civilium*, alia *militarium*: alia rurſus (5) *Civilis*, alia *Honoraria*, quam quis beneficio Superiorum conſequutus eſt: alia amplius (6) *Senatoria*, alia *Equeſtris*, alia *Perfectiſſimatus*. *Egregiatus* quoque dignitas aliquando extitit: alia iterum (7) ad *Principis uſum*, alia ad *Reipubl. diſciplinam* collata, alia denique (8) *Judicum ſecularium*, alia *Eccleſiaſticorum* extitit. Ordo quoque certus dignitatum erat ſeu præcedentia, de quo videri poteſt *tot. tit.*
22 *C. Theod. & Juſtin. Ut Dignit. ord. ſerv.* Sed cum hæ dignitates, quæ tamen per uſum fori noſtri Romano-Germanici maxime immutatæ reperiuntur, noſtri tractatus haud ſint; Ideo easdem omnes non immerito præterimus, atque *B. Lect. ad Cod. Theod. lib. 6.*

per

per tot. quo conſtitutiones, quæ ad notitiam dignitatum utriusque Imperii, ac officia Palatina pertinent, continentur, ibique *Jacob. Gothofr. in Paratit. & Commentar.* nec non *Panciroll. Not. Dignit. utriusq; Imper.* & alios remittimus, ita tamen, ut quoad dignitates Imperii noſtri, *primariam* ſcil. ſive independentem, ac *ſubordinatas*, conferantur Scriptores Juris Publici, præprimis *Limn. lib. 2. J. P. c. 2. 7. & 15. lib. 3. c. 1. & ſeq.* nec non *lib. 4. c. 1. & 9. Juſt. Sinold. cognom.* Schütz/ *in Coll. jur. Publ. Vol. 1.* Ex. *3. th. 2. ibidq; Scharſchmid. nec non Ex. 6. & ſeq. Dn. Becmann. in Not. Dign. Illuſtr. Strauch. Inſtitut. juris publ. lib. 1.* atque *Generoſi noſtri* Dn. IM-HOFFS *Notit. Proc. Imper.* ex quibus ſat abunde patebunt non ſolum dignitates modernæ, ſed & illud, quod inter easdem aliæ ſint *reales* & *hæreditariæ*, à parentibus ad poſteros productæ, aliæ *perſonales*, quæ in ſingulis perſonis naſcuntur, & cum ipſis intereunt, quæ poſteriores iterum trium generum ſunt, *Eccleſiaſticæ, civiles* & *mixtæ*, quibus deinde dignitates *aulicæ, militares* & *ſcholaſticæ* Doctorum & Magiſtrorum accedunt. Sed, ne hæc enarrando extra oleas vagari videamur, ſolam digni- 23
tatem, quatenus in *Hierarchia Eccleſiaſtica* occurrit, adhuc paulo penitius inſpiciamus. Hierarchiam in genere Scholaſtici ſacrum ordinem eſſe cenſent, indeque occaſionem ſumſerunt introducendi triplicem Hierarchiam, (1) *Supercæleſtem Trinitatis*, (2) *Cæleſtem Angelorum*, & (3) *Eccleſiaſticam hominum*, in quarum media, cœleſti ſcil. ſive Angelorum, iterum nova quæſiverunt nomina, *Eparchiæ, Meſarchiæ* ac *Hyparchiæ*, in quas claſſes ſeu terniones ſanctos Angelos diſtribuunt, & *hyparchiam* infimis, *meſarchiam* mediis, *eparchiam* vero ſupremis Angelis aſſignant. Sed licet ex collatione *Coloſſ. 1. v. 16. & Epheſ. 1. v. 21. cum 1. Theſſ. 4. v. 16.* probabile ſit, Angelorum circa officia ac gradus aliquem eſſe ordinem, eosque diſtingui; incertum tamen eſt, quomodo ſe habeat iſta diſtinctio, utrum relate ad homines tantum, an vero etiam ſuperioritate & ſubjectione inter ſe, an officiis peculiariter aſſignatis, an vero pro re nata & Dei imperio, modo huic, modo alteri Angelo impoſitis. Ideoque ſatius erit; hic ἐπέχειν quam diſtinctionibus, in rem quam ſacra Scriptura non revelavit, curioſius inquirere, ut poſt *Voet. in Diſſert. de Hierarch. cæleſt.* aliosq; citatos recte tradit *Dn. Becmann, dict. tract. diſſ. 12. c. 1. §. 1.* Sufficiat 24

 Nobis,

Nobis, Hierarchiam Eccleſiaſticam, vi explicationis propoſitæ,
ſignificare quidem omnem Ordinem ſacrum inter homines, ſed
ordinarie tamen illum ſolum, qui per Epiſcopos, Presbyteros &
Miniſtros Eccleſiæ, non ordine tantum, ſed etiam gradibus à
ſe invicem diſtinctis, conſtituitur, aliasque ſacer Principatus,
aut mollius ſacrum Regimen vocatur, *Germanicè* der Kirchen-
Staat / ac diverſas iterum complectitur dignitates Eccleſiaſticas.
25 Hoc ipſum verò Eccleſiaſticæ Dignitatis nomen, ut ex *Archidiac.*
& Joh. Andr. ad c. 1. de Conſuet. in 6. demonſtrat *Wagnereck. not. c.*
in Jure Canonico rurſus varie, & quidem utplurimum *tripliciter*
accipitur, (1) pro *adminiſtratione rerum Eccleſiaſticarum* cum *juriſ-*
dictione, & ita quidem communiter, ut liquet ex *c. 1. de Conſuet.*
in 6. c. 12. & paſſim X. *de Præbend. & dign.* (2) pro *prærogativa* in
Eccleſia, tam in choro, quam in capitulo, licet non adjunctam
habeat veram adminiſtrationem, vel juriſdictionem, & (3) pro
dignitate, quæ ex *conſvetudine Eccleſiæ prætali* habetur, cui merito
ſtandum, per *c. 7. & 9. diſt. 12.* qualis in Eccleſiis Germaniæ Catho-
licis videntur eſſe *Capellania Honoris* & *Officium Cellarii*, teſte *Wag-*
26 *ner. cit. loc.* In priori ſignificatione ſumta *Dignitas* ſeparatur ab
Officio & *Perſonatu*. *Officium* enim dicitur adminiſtratio rerum Ec-
cleſiaſticarum ſine juriſdictione, præeminentia & honore, ſive ſi-
ne prærogativa in choro & alibi, quale officium dicuntur habere
Sacriſtæ, Cuſtodes, Theſaurarii, Gaſtaldi, Vicedomini, Syndici, Advo-
cati & ſimiles, de quibus in *c. Salvator. 8. c. 1. q. 3. verſ. nomine*
vero procuratoris &c. agitur. Vid. *Barboſ. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 21. n.*
28. & 29. *Perſonatus* autem eſt præcedentia poſt dignitates ſine
juriſdictione, quem habere cenſetur is, cui datus eſt locus hono-
rabilior, & primus in proceſſionibus ac capitulo, verb. gr. Senior
Capituli Eccleſiæ cathedralis, vel alius, qui locum honoratiorem
in choro aut proceſſionibus aliàs obtinet. Vid. *Coraſ. de Sacerd. p.*
4. c. 3. n. 6. & 7. Barboſ. cit. c. 21. n. 25. Vallenſ. ad tit. X. *de Præb. &*
dignit. §. 2. n. 5. & 6. Engel. in Coll. Jur. Canon. ad eund. tit. n. 24. atq.
27 *Ziegler. ad Lancel. lib. 3. tit. 1. §. 14.* Eſt autem *Perſonatus* vocabu-
lum barbarum, quod poſt Alexandrum III. P. demum invaluiſſe,
& ex Gallico idiomate petitum fuiſſe videtur, propterea, quia
clerici honeſtiori nomine perſonæ potius vocantur, quam homi-
nes. *Cujac. ad rubr.* X. *de Præb. & dignit. circa fin.* eo quod, ſe-
cundum

Digitized by Google

cundum nonnullos, magnam propter officium perſonam ſuſtineant, maximè ii clerici hoc nomen promeruerunt, qui beneficium, ſive Eccleſias, per vicarios adminiſtrârunt; Perſonatus enim introduxerunt, ut potiori redituum parte fruerentur, & onera ad alium transferrent, quæ ratio eſt, quod apud *Johann. Sarisberenſ.* perſonæ opponantur conductis ſacerdotibus, ſeu vicariis. vid. *Carol. du Fresne in Gloſſ. verb. perſon.* ubi plura. Sed ſicut hæc di- 28
ſtinctio inter Dignitatem, Perſonatum & Officium perpetua non eſt, cum ſæpius pro uno eodemque accipiantur, juxta *c. 8.* X. *de Conſtit.* ut adeo, vel ipſo *Coraſio* teſte, conſuetudo cujusque Eccleſiæ ante omnia ſpectanda ſit; Ita quoque Dignitatis nomine plus 29
ſimplici vice non ſolum perſonatus denotatur, ſed etiam alia quævis præeminentia Eccleſiaſtica ſimplicis quoque canoniæ, imo presbyteratus & clericatus, vel maximè propterea, quia omnes clerici eminent ſupra laicos, presbyteri ſuper clericos non presbyteros, Canonici ſuper reliquum clerum, præſertim in Eccleſiis cathedralibus Germaniæ, in quibus habent vocem activam & paſſivam in electionibus Epiſcoporum, qui inſimul Principes Imperii ſunt. Vid. *Wagnereck. ad cit. c. 1. not. 2.* Sed enimvero vocabulum Dig- 30
nitatis in noſtra hac materia tam latam haud admittit extenſionem, ſed ſtrictè potius accipiendum eſt, quatenus, poſt dignitatem Pontificiam, *ſubordinatas dignitates Eccleſiaſticas* Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Prælatorum indicat, qui jure & dignitate Epiſcopali fruuntur, de quibus videri poteſt *cap. 4. hujus Tract. n. 7. & ſeq.* hocque reſpectu Epiſcopus non officii tantum, ſed etiam dignitatis & poteſtatis nomen, imo Pontificalem poteſtatem & honorem habere dicitur in *c. 2. de Off. deleg. in 6. Clem. 5. de Elect. & Clem. un. de Renunt.* Ob quam rationem, & quia Epiſcopatus 31
non tantum dignitas, ſed etiam culmen dignitatum eſſe dicitur in *c. pen.* X. *Præb.* ut in Eccleſia non ſit major ordo Epiſcopali, ex mente *Gloſſ. in proœm. 6. Decretal. libr. verb. Epiſcopus*, quam ſequitur *Chaſſan. in Catalog. Glor. mund. p. 4. conſid. 25. circa fin.* Summus Pontifex ſe Epiſcopum quoque appellat, cæterosque Epiſcopos ſuos *Fratres. Felin. in proœm. Decret. Gregor. n. 1.* atque *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 1. n. 13.* Equidem *Auguſtin. in c. qui Epi-* 32
ſcopatum. 11. c. 8. q. 1. Epiſcopatum nomen non tam honoris, quàm operis eſſe cenſet, unde non male colligitur, eundem ſolum eſſe

 fun-

functionis, muneris ſeu officii, non poteſtatis ſive dignitatis genus, præcipuè ſi primæ Eccleſiæ initia reſpiciamus, juxta quæ inter Epiſcopos & Presbyteros re ipſa nullum diſcrimen interceſſit, quod complura S. Codicis non obſcurè innuunt loca, quibus hæc duo nomina pro uno eodemque accipiuntur, præprimis, ſi *Act. 20. v. 17. cum v. 28.* nec non *ad Tit. 1. v. 5. cum v. 7.* aliaque conferantur loca, quam rem omnem prolixè complexus fuit & declaravit *Hieronym. Epiſt. 85. ad Evagr.* nec non *in Comm. ad Epiſt. ad Tit.* quæ loca *Gratianus* quoque ſuo inſeruit *Decret. ſub can. legimus, 25. diſt. 93. & Can. olim. 5. diſt. 95.* Hancque *Hieronymi* ſententiam multis aliorum Patrum dictis illuſtravit, atque per modum Apologiæ eruditiſſimo opere defendit *Daniel Blondellus*, cui etſi ex profeſſo, ſcriptis hac de re diſſertationibus, contradicere conatus fuerit *Heinr. Hammondus*, perſuadere tamen haud quicquam potuit illis, qui *Hieronymi* ſententiam ejusque cum ſacra Scriptura conſonantiam attentius conſiderarunt.

33 Nec diffitemur, presbyterorum Præpoſitos, qui ſub ipſis quoque primordiis Eccleſiæ Chriſtianæ melioris ordinis gratia conſtituti fuerunt, dignitate cum illis pares, & primos tantum ratione ordinis extitiſſe. Quemadmodum enim in omni collegio, qualecunque id ſit, ratio naturalis dictitat, ut inter collegas ſit aliquis ordo ſtandi, ſedendi, ſententias ferendi; ita etiam, collegium ſacrum presbyterorum ut ejusmodi ordinem obſervaret, neceſſe fuit.

34 Et hinc, qui presbyterorum conventui præſideret, ſeligebatur hanc in rem olim ſenior ratione ætatis, qua in re Chriſtiani, ex Judæorum filiis ab Apoſtolis primum collecti, priſcum Judæorum morem, velut ab ipſa natura ſancitum & uſu firmatum, ſi non faventibus, ſaltem non repugnantibus Apoſtolis, ſecuti ſunt, ut jam antea in *c. 1. n. 21. huj. Tr.* demonſtravimus. Hinc *Blondell. cit. loc.* aſſerit: Fuiſſe tunc πρεσβείαν illam Seniorum eique annexam ſingularem quandam poteſtatem, non presbyterio majorem ordinem, ſed prærogativam ætati debitam, nec collegis presbyteris præfuiſſe præpoſitum, quà presbyterum, vel quaſi in alio ſupra presbyteros quocunque ordine conſtitutum, ſed quà presbyterum πρωτοταγῆ & primo ordinatum, ſicque natu inter ejusdem muneris conſortes majorem.

35 Sed cum hoc modo dignis ſæpius indigni præponerentur, ad ſuffragia itum eſt, &, ut presbytero-

byterorum conventui præſideret, ſelectus fuit ad communem ædificationem potior, præcipuè maximè venerabilis. Nec tamen electus hic primus à promotione ſua presbyter eſſe deſiit, nec collegia caput hoc conſtituerunt, ut potiores ubique partes ipſi relinquerent, *ἐξουσίαν* in reliquos concederent, ſed æqualiter adhuc inter omnes Eccleſiæ cura indiviſa manſit, adeò ut Chryſo- 36
ſtomi ætate, præter *ordinationem*, nihil præcipui habuerint Epiſcopi. Ipſe enim ſat aperte fatetur, quod *ſolâ impoſitione manuum* aſcenderint Epiſcopi ſupra presbyteros, & hoc ſolum lucri his videantur præripuiſſe, quod ipſum quoque comprobat *Hieronymus*, dum *cit. c. legimus. 24. diſt. 93.* diſertè ait: Quid enim facit, exceptâ ordinatione, Epiſcopus, quod presbyter non faciat? Inepte verò *Gloſſ. ad dict. c. 24. lit. q.* ſub ordinatione cætera intelligit, quæ non fiunt niſi ab Epiſcopis, & provocat ad *c. quamvis, 4. diſt. 68.* ubi referuntur verba *Leonis I. Pontificis ex Ep. 88.* Nam eam confictam eſſe, oſtendit cum aliis *Blondell. in Pſeudo-Iſidor.* Hæc ipſa ergo affatim demonſtrant, ætate *Chryſoſtomi* & *Hieronymi*, qui finiente ſeculo quarto poſt Chriſtum natum vixerunt, 37
excepta ſola ordinatione, poteſtatem & dignitatem Epiſcopi & presbyteri fuiſſe eandem, nec plus potuiſſe Epiſcopum, quàm presbyterum, deinde etiam illam ordinandi poteſtatem titulo non ſatis bono ad Epiſcopos ſolos perveniſſe, ſed in eo presbyteros ab Epiſcopis, ſi non plane defraudatos, tamen circumventos fuiſſe. Conf. *Marc. Ant. de Domin. de Republ. Eccleſ. lib. 3. c. 1. & ſeq. Cruſius in tr. de Praemin. lib. 2. c. 11. num. 2.* atque ea, quæ de hac Ordinis poteſtate jam antea in *c. 9. huj. Tr. num. 9. & ſeq.* adduximus. Verum enim vero, ut omnis pote- 38
ſtatis, quantacunq; ea ſit, difficilis planè eſt moderatio: ita quoque hujus Epiſcopalis prærogativæ inſignis abuſus mox invaluit, ut temperandæ illi nullæ ferè ſufficerent leges aut canones. De Epiſcopis Alexandrinis id obſervavit *Socrates lib. 7. Hiſt. Eccl. c. 7.* ubi, poſtquam de *Cyrillo* tradidit, quod majore cum poteſtate, quam Theophilus anteceſſor ad Epiſcopatum acceſſerit, ſequentia ſubjungit: *Ex eo tempore Epiſcopi Alexandrini, ſacerdotalem gradum atq; ordinem ſupergreſſi, principatum quendam obtinere, & cuncta pro imperio agere cœperunt.* Paria refert de Epiſcopis Romanis *c. 11.*

Indies

Indies ergo, gliſcente deſiderio longius à veteri more abeundi,
Epiſcopi clero univerſo præponi, atque presbyteri ſubdi cœperunt.
39 Procedente dehinc tempore magis magisque ſuam ampliarunt
poteſtatem ac Jurisdictionem Epiſcopi, ſibique ſolis ſingularia
& peculiaria officia adſcripſerunt, nec non reſervata Epiſcopalia,
æque ac alia jura, excogitarunt, fortunis ſuis, per varia bona &
integra territoria, nova ſemper adjecerunt incrementa, tandemq;
dignitatem Epiſcopalem ita auxerunt, ut non ſolum omnes pres-
byteros in eadem multis paraſangis antecellerent, ſed etiam il-
luſtri perſonarum prærogativa gauderent. Vid. plura hanc in rem
apud Ziegl. de Epiſc. lib. 1. c. 3. per tot. atq; Dn. Beemann. in Notit. dignit.
40 *diſſ. 12. c. 1. §. 8. & ſeq.* nec non paſſim ſub hoc noſtro *Cap.* Quo
tempore verò iſta Epiſcoporum *ἀναβασις* primum contigerit, non
eſt, ut ſpecificè definiamus. Nec enim, ut rectè notavit *Blondell.*
in cit. Apolog. putandum eſt, ſimultaneo quodam actu in toto orbe
inſtitutum, ut unus de presbyteris electus cæteris ſuperponere-
tur; Sed probabile eſt potius, prærogativam iſtam conſuetu-
dine paulatim invaluiſſe, perinde ut pleraque alia Epiſcoporum
jura, quibus hodie eminent, non collata aut acquiſita fuerunt,
uno eodem tempore, ſed ſenſim ac ſucceſſive vel ab Eccleſia non
invita conceſſa, vel occupata ipſique erepta fuerunt, quæ occu-
patio excuſari non potuiſſet, niſi acceſſiſſent leges & conſtitutio-
41 nes, uſurpationem iſtam confirmantes. Fruſtra proinde origo
hujus rei, quæ conſtitutionibus Eccleſiaſticis debetur, ex jure
Divino petitur. Equidem in *huj. Tr. c. 1. n. 31.* originem Juris
Epiſcopalis Juri Divino adſcripſimus, atque in *c. 6. n. 3.* Salvato-
rem noſtrum autorem totius Eccleſiæ Chriſtianæ, adeoque o-
mnium omninò jurium Epiſcopalium appellavimus, quæ aſſertio
hactenus dictis vel maximè refragari, atque Canoniſtarum &
42 Pontificiorum hypotheſin ſapere videtur. Sed, ſicut prius non
niſi cum declaratione factum eſt, quod *poteſtatem ſc. ligandi & ab-*
ſolvendi; Ita etiam ex eo poſterius declarationem ſuam recipit,
quod ſcil. quoad hanc ipſam poteſtatem, & eatenus Salvator no-
ſter autor jurium Epiſcopalium dici poſſit, quatenus initio ſui
in his terris miniſterii Apoſtolos ſibi adſcivit comites, hosque ad
prædicandum Evangelium, & doctrinam cœleſtem miraculis con-
firmandam, primus ablegavit, ipſisque duplicem conceſſit pote-

ſtatem,

Digitized by Google

ſtatem, unam *ordinariam*, alteram *extraordinariam*, in quâ præ-
cipuum & ἐξαίρετον Apoſtolorum munus conſiſtebat. *Illius* fun-
ctiones ſunt: Evangelium prædicare, ſacramenta adminiſtrare,
Chriſti gregem paſcere, fidei controverſias ex verbo Dei decidere,
omnia ad εὐταξίαν ſpectantia diſponere; *Hujus* verò munia fue-
runt: Eccleſias ubique terrarum fundare, fundatas infallibili
Spiritus Sancti ductu paſcere, miraculis doctrinam traditam con-
firmare &c. In prioribus, adeoque poteſtate *ordinaria*, Apoſtolis 43
ſucceſſerunt Epiſcopi, non excluſis tamen cæteris presbyteris,
neutiquam verò in poſterioribus, & in poteſtate extraordinaria,
ut ſolidè demonſtrat *Dn. Zigler. de Epiſc. l. 1. c. 2. §. 7. &c.* Hocq;
reſpectu certiſſimum eſt & firmum: Hanc ipſam poteſtatem or-
dinariam, in quâ Apoſtolorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi & Cle-
rici, æque ac extraordinariam, à Deo & Salvatore noſtro eſſe, nec
alium illius poteſtatis conſtitui poſſe autorem. Non tamen ex-
inde, quod poteſtatem quandam hoc modo à Deo conferri dici-
mus, extenſio facienda eſt ad poteſtatem Epiſcopalem, presby-
teriali oppoſitam. Illa enim differentia ſpecifica & proportio dif- 44
ferentiæ inter ordinem Epiſcopalem, Presbyterii & Diaconorum,
cum quoad *officii determinationem*, tum quoad *præcedentiam digni-
tatis*, qualis hodie conſpicitur, nullo modo eſt juris Divini, ſed
humani tantùm, ex arbitrio Eccleſiæ profluentis, quæ munia quæ-
dam Epiſcopis ſeparatim contulit, tandemque Jura Epiſcopalia,
ſucceſſu temporis magis magisque aucta & ad faſtigium tantum
evecta, conſtitutionibus ſuis approbavit. Vid. plura huc facientia
apud Zigl. de Epiſc. cit. l. 1. c. 3. §. 4. & mult. ſeqq. Hoc reſpectu ergo 45
Dignitas Epiſcopalis eſt mere juris poſitivi, atque, qualis hodie con-
ſpicitur, perinde uti ipſum Jus Epiſcopale, haud immerito voca-
tur *Ens aliquod aggregatum, & ex pluribus partibus heterogeneis com-
poſitum*, ſive *complexus variorum jurium, Epiſcopo ratione Status &
dignitatis Epiſcopalis competentium.* Siquidem ambitu ſuo com-
prehendit (1) *Titulos illuſtriores*, illis juncta (2) *Inſignia Epiſcopalia*,
ac ſub utrorumque tegumento (3) latentia *Privilegia, immunita-
tes & ſecuritates* varias, inde (4) fluentem *Prærogativam graduum*,
quâ non ſolum Epiſcopi Statibus laicis antecellunt, ſed & ſibi in-
vicem præſtant: ampliſſimas porrò (5) *functiones Archicancellaria-
tus, Cancellariatus* & alias, quas Archiepiſcopi in Imperio noſtro,

æque ac aliis regnis orbis Chriſtiani, quoad inaugurationem per unctionem & coronationem Imperatoris & Regum peragunt, præcipuè (7) quod in variis regnis *peculiarem Statum & Ordinem Regni* conſtituant, atque in ſpecie in Imperio jam inde à multis ſeculis in partem ſolicitudinis Imperialis aſſumti, & Principibus ac Statibus Imperii adſcripti ſint, inſimulque (8) dignitate *adjectos* habeant *Reditus* atque *Bona menſalia, ſive domanialia* ad conſervationem Status Epiſcopalis pertinentia, in ſpecie denique (9) quod in Imperio *Jura territorialia* juxta ac *Regalia*, quibus inſtar Principum Imperii ſecularium inveſtiti ac decorati conſpiciuntur, poſſideant, quæ omnia ſummatim in ſequentibus contemplabimur.

46 Et quidem, ut præter hactenus adducta, de dignitate Epiſcopali in genere plura adjiciamus, haud neceſſarium eſſe cenſemus. Tralatitium ſiquidem eſt, quod illa inter dignitates Eccleſiaſticas maxima & præcipua eſſe dicatur *à Fulv. Pacian. de Prob. l. 2. c. 28. n. 1.* nec non ex elſa à *Menoch. conſil. 202. n. 133.* quæ non eſt ſimpliciter dignitas, ſed dignitatis honorumque culmen, apex, faſtigium & dignitas dignitatum, *c. venerabilis. 37. §. de Prab.* ibi vid. *Gonz. Tellez. c. ſi per 5. diſt. 63. & c. ult. diſt. 59.* Exque hac altitudine gradus fluit, quod conſtitutiones de dignitate Eccleſiaſtica loquentes, in materia odioſa & pœnali, non complectantur dignitatem Epiſcopalem; cum enim in culmine dignitatum, id eſt, in gradu ſuperlativo collocata ſit, non debet à gradu poſitivo comprehendi, *Gloſſ. in c. 2. de Preb. in 6.* Hacque ratione conſtitutiones, quæ cavent, ut dignitates Eccleſiaſticas aliaque beneficia in Curia Romana vacantia nullus, niſi Papa, conferre poſſit, ad dignitatem Epiſcopalem extendi nequeunt, per ea, quæ cum *Dec. Felin. & aliis* hanc in rem ulterius tradit *Fulv. Pac. cit. c. 28. n. 3. 4.* perinde, ut qui per diſpenſationem obtinuit aditum ad dignitates, propterea non ſtatim ad Epiſcopatum adſpirare poteſt, teſte *Innoc. in c. dilectus. 2. §. de Conceſſ. prabend.*

47 Idem aſſerendum eſt de appellatione beneficii, quod ſc. ſub eo non ſemper veniat hæc dignitas Epiſcopalis, ex mente *Gloſſ. in c. 5. verſ. quod ſi quis. & c. de Pœn. in 6. lit. n. & p.* niſi ſpeciatim aliud & in dignitate & in beneficio fuerit expreſſum. *Fulv. Pacian. cit. loc. n. 5.* Plura hanc in rem *Chaſſan. in Catal. Glor. mund. cit. p. 4. conſid. 25. Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 1. in 4. & paſſim*, nec non *Matth.*

Digitized by Google

Stephan. de Juriſdict. lib. 3. p. 1. c. 14. num. 1. & ſeq. proponunt. Pertinet huc quæſtio, quæ inter Theologos Pontificos & Canoni- 48
ſtas ventilatur: An Epiſcopatus ſit ſeparatus ordo, à ſacerdotio diſtinctus, an vero potius diſtinctum officium & nova ſaltem dignitas, ſive præeminentia plures peragendi Eccleſiaſticas functiones, quas ſimplices ſacerdotes ex officio exercere nequeunt? Poſterius poſt *Thom.* aſſerunt Theologi, quos hanc in rem laudat eorumque rationes recenſet *Sanchez in Opuſc. moral. l. 7. c. 1. dub. 9. n. 2.* Sed licet hanc ſententiam probabilem eſſe dicat, prius tamen, ſcil. Canoniſtarum dogma, probabilius eſſe fatetur, cujus rationes inſimulque recenſet: idem probare videtur *Concil. Trident. ſeſſ. 23. de Sacram. ordin. c. 7.* quamvis expreſſe non definiat, utra ſententia alteri præferenda ſit, teſte *Azpilc. Navarr. in Man. c. 22. n. 18. verſ. porro advertendum.* Sed cum *Engel. in Colleg. Jur. Can. ad tit. X. de Tempor. ordin. n. 4.* fateatur, quod hæc quæſtio ad effectum juris non multum conferat, eam haud ſine ratione præterimus, cum iis tamen, quæ *c. 4. huj. Tr.* adduximus, hac de controverſia videri poſſunt *Barboſ. cit. alleg. 1. n. 18. Gonzal. Tellez. ad c. 1. X. Teſtam. n.*
8. ibiq; plures alii. Ex iſta autem magnitudine & culmine digni- 49
tatis Epiſcopalis, *in genere* hactenus conſideratæ, jam *in ſpecie* oriuntur (1) *Tituli illuſtriores*, quibus paſſim de Jure Civili, Canonico & hodierno cohoneſtantur Epiſcopi. Et quidem, quod jam olim in Chriſtianorum Imperatorum conſtitutionibus vocati fuerint *venerabiles ac reverendiſſimi*, jam antea ex *l. 62. C. Theodoſ. de Hær. l. 42. l. 43. & 45. C. Th. de Epiſc. Eccl. & Cleric.* demonſtravimus, ſine dubio ob honorem ſacro ordini debitum, & quia diſpenſatores myſteriorum Dei *1. Cor. 4. v. 1.* ejusque legati appellantur *2. Cor. 4. v. 20.*
Hancque ob cauſam etiam *ſanctiſſimi & beatiſſimi* nominari meru- 50
erunt, non ſolum in jure Can. *per Clem. 1. verſ. nec ſuper. de Pœn.* ſed etiam in jure Civili. Sic Imperator Juſtinianus Epiphanio, ſanctisſimo & beatisſimo Archiepiſcopo novæ Romæ, reſcripſit in *l. 7. C. de SS. Trin. & Nov. 7. in præfat.* nec non Johanni, viro beatisſimo & ſanctisſimo, Archiepiſcopo & Patriarchæ veteris Romæ in *Nov. 9.* ut & Anthemio in *Nov. 16.* ac Mennæ, ſanctisſimo regiæ urbis (ſc. Conſtantinopolitanæ) Archiepiſcopo, in *Nov. 57.* Eodem modo Patres Concilii primi Conſtantinopolitani, reverendiſſimum atque ſanctiſſimum Flavianum Epiſcopum urbis Syriæ

Digitized by Google

ſe conſtituiſſe, profitentur apud *Marc. Anton. de Dom. de Rep. Eccl.*
51 *l. 3. c. 3. n. 31.* Utut verò ſanctiſſimi & beatiſſimi titulo hodie ſolus ferè Pontifex emineat; Imperatores quoq; de jure Civili ſanctiſſimi & nobiliſſimi dicti fuerint, per *l. 87. §. ult. de Leg. 2. & l. 3. ff. de Natal. reſtit.* Clerici tamen adhuc hodie reverendi, & accedente gradu majori, admodum & plurimum reverendi, Prælati verò inprimis Epiſcopi & Archiepiſcopi reverendiſſimi inſigniuntur titulis. In Anglia, qui infra Epiſcopos ſunt, in ſolo reverendi titulo acquieſcunt, Epiſcopi vero admodum reverendi, & Archiepiſcopi reverendiſſimi ſalutantur, per tradita *Dn. Becmann. Notit. Dignit. diſſ. 12. c. 2. §. 6.* Imo *Luth. tom. 6. Jenenſ. fol. 116.* vovet: Ich wolte wünſchen / daß man die Jugend und Pöfel nicht allein gewehnet zu ſagen: Würdiger Vater / ſondern auch heiliger Herr / heiliger Vater / ſine dubio non tam ob ſanctitatem perſonæ, quæ quandoque rarior eſt, quam potius ob ſanctitatem rerum, quas
52 tractant miniſtri Eccleſiæ. Porro ratione dignitatis Epiſcopi quoque in *c. fin. de Sent. & de re jud. in 6.* illuſtribus perſonis, & in ſpecie Præfectis Prætorio, æquiparantur in *l. Epiſcopale. 8. C. Epiſc. aud.* qui abſque ulla dubitatione pro illuſtribus habentur. Vid. *Jac. Gothofr. in Parat. general. Cod. Th. libr. 6. Duar. Diſp. anniv. l. 2. c. 1. & Fulv. Pacian. cit. c. 38. n. 30. 31.* Unde adhuc hodie in Polonia, Germania &c. inſcribuntur reverentiſſimi & illuſtriſſimi, ceu ex ſcriptis Polonorum paſſim liquet, & apud Nos probat Stylus Curiæ, qui affatim teſtatur, quod hoc ipſo titulo Principibus æqui-
53 parentur. Sicut enim Principes illuſtres propterea vocantur, quia eorum majores ſplenduerunt maximis dignitatibus, officiis ac egregia belli paciſque opera, imprimis, quia ex illuſtri domo ac familia originem traxerunt; ita quoque Epiſcopi hoc encomium vel maxime promeruerunt, quod in illuſtri & Eccleſiaſtico loco poſiti, ac ſupra communem ſortem evecti ſint, hocque modo illuſtres exiſtant. vid. *Juſt. Sinolt. cognom.* Schütz / *in Colleg. Jur. Publ.*
54 *vol. 1. Ex. 8. th. 3. lit. B atque Limn. l. 4. J. B. c. 6. n. 58.* Quinimo Epiſcopos & sereniſſimorum titulo inſigniri poſſe, teſtes ſunt non ſolum *Chaſſan. in Catal. glor. mund. p. 4. conſid. 25.* ſed & *Zabarell. in Clem. plerisque de Elect.* hanc in rem laudatus à *Fluv. Pacian. cit. c. 28. n. 38. & Matth. Stephan. de Juriſd. d. c. 14. n. 4.* Sed enimvero licet cum *Limn. cit. c. 6. n. 50.* largiamur: Sereniſſimi titulum illu-

ſtrisſimo

ſtriſſimo imaginaria potius, quàm ulla ratione præferri, & contra ipſam vocabulorum efficaciam; certiſſimum tamen eſt, quòd 55
hunc titulum ſibi ſolis & auguſtis Conjugibus quondam Imperatores reſervaverint. vid. *l. 3. C. ubi Senat. l. ult. C. de Præpoſ. ſacr. cubic. l. 13. §. 1. C. de Re milit. atq; l. 3. C. de Stat. & imag.* utut propioribus ſeculis aliis quoque regibus ceſſerit, inſimulque Venetorum reipublicæ ratione trium regnorum, Cypri, Candiæ & Dalmatiæ, cujus exemplo in univerſum ferè Italiæ duces hunc titulum affectârunt. Coloretus ergo, magni Ducis Hetruriæ in Germaniam legatus, literas Electoris Trevirenſis, quas illuſtriſſimi non ſereniſſimi titulo inſigniverat, Principi ſuo ſe allaturum negavit: Elector equidem contra deduxit, nullum Italiæ Principem trecentis retrò annis alio, quàm illuſtriſſimi titulo, ab anteceſſoribus ſuis inſignitum fuiſſe; Aſt legati pertinacia & Saxonis exemplum mutationem procurarunt. Tandem in Germania, poſtquam Archiduces Auſtriæ, nec non Electores Saxoniæ & Duces Bavariæ ſereniſſimorum titulo inſigniri cœperunt, ita receptus eſt, ut, juxta ſtylum modernum, Principes Imperii non non alio, quam hoc ſereniſſimi titulo, utantur. vid. *Limn. cit. c. 6. n. 50. & ſeq. atq; Becman. Notit. Dign. diſſ. 1. c. 4. §. 6.* eoque ab Epiſcopis ſecernantur, qui, niſi inſimul ex illuſtri Principum domo ac familia prognati fuerint, hoc titulo abſtinent, ejusque vice *Celſiſſimi* potius utuntur. Porro quoque Epiſcopi *Domini* vocan- 56
tur, vel ob dignitatem, quam habent, vel etiam ob diœceſin, cui præſunt, ita ut in perſonas & res, eidem ſubjectas, Jus Epiſcopale exerceant. Vid. *Stephan. cit. c. 14. n. 8.* hæcque eſt ratio, quod in Hiſpania honorentur titulo Dominorum, teſte *Becmann. cit. tract. diſſ. 12. c. 2. §. 6.* Præterea titulum, cum ſecularibus Pro- 57
ceribus communem, habent: *Dei gratia*, ſeu *Divina providentia*. Priſcos enim Epiſcopos ſe Epiſcopos Dei gratia nominaſſe, videre licet ex *Epiſt. Petr. Bleſſenſ.* & aliorum, juxta tradita *Marc. Anton. de Domin. de Republ. Eccleſiaſt. lib. 2. c. 5. n. 14.* hancque inſcriptionem Epiſcopi, ſub regimine Papali, retinuerunt, ſed cum additamento: *Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia*, cujus ratio eſſe videtur, quia autoritate Pontificis M. tanquam ſupremi Eccleſiæ Catholicæ gubernatoris, partes ſuas gerunt, adeoque per gratiam Sedis Apoſtolicæ ſe promotos agnoſcunt. An verò huic appoſi- 58

Digitized by Google

to τὸ *Dei gratia* æque quadret, dubitari poteſt vel maxime, cum non tam abſolute à Dei, ſed potius à Pontificis, aut, extra Eccleſiam Catholicam, à Regum ac Superiorum gratia dependeant, ut demonſtrat *Hobbeſ. in ſuo Leviath. ſive de mat. form. & poteſt. Civ. Eccleſ. & Civ. c. 42. Adulationis ad minimum*, verba ſunt *Marc. Anton. de Dom. de Republ.* Eccleſ. *c. l. vox eſt, Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopum ſe confitere. Neſcio, an Dn. Papa libenter confitetur, ſe Dei & Cardinalium, ſive Epiſcopi Oſtienſis gratia, eſſe Epiſcopum Romanum.* Confer *Limn. lib. 4. Jur. Publ. c. 6. n. 34.* ubi tradit, quod Abbates, aliique Eccleſiæ Prælati, von Gottes Verhängniß ſe conſtitutos eſſe prædicent, quod aſſertum in effectu cum priori coincidit, aut non multum diſcrepans eſt. Vocabulum enim Germanicum Verhängniß non præciſe de illis, quæ mala ſunt, pronunciatur, ſed & de bonis.

59 Etſi vero nonnulli Epiſcoporum in titulis ac encomiis parcius quondam egerint, adeo ut Gregorius M. cum Eulogio, Epiſcopo Alexandrino, expoſtulaſſe legatur, quod eum, tanquam dominum, allocutus fuerit; ſicut & Archiepiſcopi Bremenſes olim hac compellatione contenti vixerunt: Gnädiger lieber Herr/ Ehrwürdiger in GOtt Vater/ per tradita *Becmann. d. diſſert. 14. c. 2. §. 6.* tam amplos tamen in titulis hiſce fecit progreſſus Dignitas Epiſcopalis, ut, præter hos ipſos titulos eccleſiaſticos, peculiares dignitatum ſecularium Ducatuum & Comitatuum nonnulli Epiſcopi acquiſiverint. Hoc modo Colonienſis dicitur Dux Weſtphaliæ, Angariæ & Bullonii, Herbipolenſis Franconiæ, Argentoratenſis Landgravius Alſatiæ, Verodunenſis Comes Verodunenſis, Leodienſis Dux Bullionenſis, Cameracenſis Dux Cameracenſis &c. *Stephan. cit. loc. c. 14. n. 18.*

60 Imo rem in tantos exceſſus accreviſſe videmus, ut perinde ac in Statu civili, v. gr. regis Hieruſalem, ita quoque in Statu Eccleſiaſtico, & quidem in *Epiſcopis*, vulgo *titularibus* vocatis, vacui tituli reperiantur. Nam hodienum Patriarchæ, Archiepiſcopi & Epiſcopi Orientis, ut Alexandriæ, Antiochiæ, Corinthi, &c. è throno Romano egrediuntur, atque clericis quibuſdam hæc officia conferuntur, licet nullam in talia loca in Eccleſiaſticis ac ſpiritualibus, habeant aut affectare audeant juriſdictionem, obſtante imperio Turcico & Orientalium, ſibi perſonas proprias conſtituentium.

61 Ab his Epiſcopatibus titularibus non multum diſcrepare videntur *Epiſcopi*

ſine

ſine titulo, id eſt, ſine Epiſcopatu, aut Eccleſia, cui præſunt,
quæ ideo titulorum nomen ſortiuntur, quod præfecti ſuam
inde denominationem atque titulum conſequantur; quare
& Cardinales hujus vel illius tituli eſſe dicimus. *Spelmann. in Gloſ-
ſar. verb. titul.* atque *Car. du Freſne in Gloſſ. eod. verb.* Confer. quæ
de hiſce Titulis inferius circa bona menſalia dicturi ſumus.
Titulis Epiſcopalibus haud inique adjungimus Epiſcoporum *In-* 62
ſignia, quibus utuntur, atque in conſecratione exornantur,
quorum præcipuum eſt (1) *Pedum* ſive *baculus paſtoralis*, qui
poſt conſecrationem Epiſcopo, & quidem, ut ferunt, ex
Clementis inſtitutione, in ſignum dignitatis paſtoralis, & po-
teſtatis Epiſcopalis, traditur, ut liquet ex *c. un. in fin.* X. *de
Sacr. unct.* olim in degradatione iterum demebatur. Sic Pho-
tio baculum ademtum legimus in *Synod. Conſtantinop. 8. act. 7.*
Eodem modo in degradatione Benedicti, invaſoris Sedis Ro-
manæ, Leo VIII. Pontifex, ipſius baculum ſuffregit, teſte
Reginon. cujus verba recitat *Alteſerr. ad Innocent. in d. c. un.* Hic ba-
culus mortuo Epiſcopo ſervatur cum annulo, ut ſucceſſori poſt
conſecrationem tradatur, ante quam Epiſcopus eo uti nequit, teſte
Alteſerr. cit. loc. Efficitur autem, ut ex *antiq. Rit.* demonſtrat *Dn.* 63
Becmann. in Notit. Dignit. diſſ. 15. c. 2. §. 2. ex oſſe & ligno, criſtal-
lina vel deaurata ſperula conjungitur, in ſupremo capite inſigni-
tur, & in extremo ferro acuitur, hocque eſt, quod *Barb. de Off. &
pot. Epiſc. p. 1. tit. 1. c. 5. n. 13. cum alleg.* hunc baculum in fine a-
cutum, rectum in medio, & retortum in ſummo eſſe dicat, ut
pigros qſ. pungat, debiles ſua rectitudine regat, & vagos colligat
Epiſcopus. Quid porro per durum os, per lignum, per gemmam
ſperulæ, per ferrum, & alia indicetur, ex *cit. antiq. Rit. Miſſ.* ulterius
demonſtrat *Becmann. cit. loc.* hocque baculo ſoli Epiſcopi utuntur,
non obſtante *c. nullus. 57. diſt. 1. de conſecr.* in quo Epiſcopus ad ſo-
lemnia miſſarum celebranda cum baculo intrare prohibetur, ſi-
quidem non de hoc, ſed de baculo communi loquitur. *Gonzal.
Tellez. ad c. un.* X. *de Sacr. unct. n. 40.* Pontifex verò Romanus, 64
tum propter hiſtoriam, tum propter myſticam rationem, ut
loquitur *Innocentius III. in d. c. un. in fin.* ab ejusdem uſu abſtinet.
Et quidem propter hiſtoriam, quam vel à Martiali, per baculum
à Petro miſſum ſuſcitata, vel etiam, quia hæc ipſa hiſtoria, quod
à nullo

à nullo Scriptore Eccleſiaſtico referatur, etiam *Gonzal. Tellez. cit. loc. n. 41.* ſuſpecta eſſe videtur, à baculo illo deducunt, quem Petrus Apoſtolus primo Trevirenſium Epiſcopo, Euchenio miſit, & per quem Maternus de mortuis ſuſcitatus fertur, huncque ipſum adhuc hodie, ſumma cum reverentia, in Eccleſia Trevirenſi ſervari dicunt, ut Papa eodem in illa Eccleſia utatur. vid. *Gonzal. Tellez. c. l. n. 14.* Sed & hujus hiſtoriæ, æque ac prioris, fidem quam maxime infringit locus *Regionis* antea citatus, ex quo ſatis apparet, quondam etiam Pontifices Romanos baculo paſtorali uſos fuiſſe, hancque ob cauſam in exauctoratione Benedicti, Romanæ Sedis invaſoris, juxta antea dicta, in fruſtra confractum
65 fuiſſe; Myſtica ergo hujus non uſus, cujus varias recenſent Interpretes, hæc ſine dubio erit ratio, quod baculus ſit ſignum limitatæ jurisdictionis; Pontifex vero univerſalem ſibi aſſerat. vid. *Gonzal. Tellez. ad cit. c. un. n. 47. atque Durand. in Ration.* cujus verba adducit *B. Strauch. Amœn. Jur. Canon. Eclog. 7. c. 8.* ubi inſimul annectit: Pontifices in odium inveſtiturarum per virgam, quam
66 damnarunt ſemper, baculum abjeciſſe. Vocatur hic *baculus* alioquin ab *Adam. Bremenſ. ferula paſtoralis*, nec non *virga Epiſcopalis*, it. *cambuca paſtoralis*, *camboca atque cambuta*, teſte *Car. du Freſne in Gloſſar. verb. Cambuta*, vel ab antiquo Saxonico *camec*, quod idem eſt ac curvum, ut obſervat *Spelmann. in Gloſſ. verb. Cambuca*, *vel à Græco κάμπτειν*, prout ipſe *Spelmann. cit. loc.* docet, quod nonnulli cambota ſcribunt, quaſi ἀπὸ τοῦ κάμπτειν, id eſt, curvare. Perperam ergo vulgo ſambuca dicitur in *Durand. Ration. lib. 3. c. 15.* in verbis: *Baculus ergo* (paſtoralis) *à lege & evangelio ſumitur, qui & virga paſtoralis* & *ſambuca* (rectius cambuca) *& pedum & ferula nuncupatur.* Nam juxta verſum vulgarem: *Paſtor cambucam, ſambucam fert phaleratus.* vid. *Spelmann. cit. loc.* Hujus pedi paſtoralis traditione quondam Epiſcopi de rebus Epiſcopatus inveſtiti ſunt, ſed, poſtquam confirmatio Epiſcoporum atque inveſtitura
67 Eccleſiaſtica ab Imperatoribus ad Pontifices tranſiit, inveſtitura de regalibus utplurimum ſceptro peragi cœpit, unde adhuc hodie feuda Eccleſiaſtica (utut moribus noſtris ſceptrum præprimis in renovatione non adhibeatur, ut circa *fin. huj. Cap.* dicturi ſumus) Scepter-Lehn vocantur. *Struv. in Synt. Jur. Feud. c. 3. aph. 7. n. 8.* atque *Limn. l. 4. Jur. Publ. c. 7. n. 32.* ubi confirmationis gratia

Digitized by Google

tia ad Speculum Saxonicum provocat, quamvis *Spelm. in Chronic. Spir. l. 5. c. 104.* teſtetur: *Rudolphum Habsburgenſem*, ob ſceptrum caſu deficiens, peregiſſe inveſtituram per oblationem & tactum crucis, eines von Altar ergriffenen Crucifixes / hiſce verbis: *Ecce ſignum, in quo Nos & totus mundus eſt redemtus, & hoc ſigno utamur loco ſceptri.* Eundem baculum adhuc hodie in ſcutis Epiſcoporum, etiam Germaniæ, conſpicimus. Quapropter, præter ſym- 68
bolum Epiſcopatus & teſſeram gentilitiam, utplurimum clypeum gladius & pedum ſtipare ſolet, ut obſervare licet ex traditis *Generoſi* Dn. IM-HOFF. *in Notit. Proc. Imper. l. 3. c. 2. & ſeq.* Quod vero pedo gladius conjungatur, ſine dubio ſeculari poteſtati, qua hodie inſimul Epiſcopi Germaniæ gaudent, adſcribendum eſt, per gladium enim regna ac provincias, æque ac per vexillum, quondam tradita fuiſſe, ſcribit *Otto Friſing. de reb. geſt. Friderici alleg. à Limn. cit. loc.* atque *à Petr. Gregor. Tholoſan. lib. 6. c. 7. n. 10.* Et quamvis in alium finem gladius vaſallo quoque dari queat, prout Mauritio Saxoni ab Imperatore gladium, ob functionem Archimareſchalli, in inveſtitura oblatum eſſe legimus apud *Sleidan. de Stat. Relig.* & *Limn. cit. loc.* Nihilominus tamen gladium meri imperii, in ditiones exercendi, inveſtituram arguere, docet *Limn. cit. loc.* Proinde Epiſcopi Herbipolenſes, ſtantes ad aram ſub infula & aliis Pontificalibus, hocque modo ſacra facientes, nudum & evaginatum enſem ad eandem aram prope ſe quondam collatum habuere, ut eſſet argumentum conceſſi Ducatus Franconiæ orientalis, & pleni juris vitæ & necis, juxta notiſſimum verſiculum inferius relatum. Vid. poſt *Bruſch. de Germ. Epiſc. Münſter. Coſmogr. Cruſ. Annal. Suev. Spannenberg. Dreſſer. & alios*, *Hæping. de Jure inſign. c. 6. p. 1. n. 58. Clut. in Syll. rer. quotid. concl. 8. lib. 6. Cruſ. de Jur. Proëdr. lib. 2. c. 13. n. 8. atque Scip. Gentil. lib. 3. de Juriſd. c. 16. p. 392. & ſeq.* Præter pedum paſtorale (1) ad 69
Inſignia Epiſcopalia pertinet *Mitra*, ſeu *Cidaris bicornis*, quæ apud Romanos erat tegmen capitis mulierum, adeoque veſtimentum magis capitis tegendi, quam ornamenti cauſa inventum, *per. l. 23. §. 2. in verb. Mitra &c. & l. 28. ff. de Aur. argent. &c. leg.* ſed apud Indos in ornatu regio habebatur; hic vero, omiſſis aliis acceptionibus apud ſacros & profanos Scriptores occurrentibus, ſumitur pro tegumento capitis proprio Epiſcoporum, Archiepiſco-

Digitized by Google

porum, Cardinalium & Pontificum, cujus tamen inter ornamenta Pontificum apud veteres Autores, qui de divinis officiis, vel veterum liturgiis ſcripſerunt, nullam fere mentionem fieri, obſervavit *Menard. apud Car. du Freſne v. mitra.* ut vix ante annos
70 mille tribuantur Pontificibus atque Epiſcopis. Hujus autem mitræ triplicem ſpeciem ſtatuit *Ceremonial. Epiſc. lib. 1. c. 17. allegat. à Carol. du Fresne cit. loc.* Hæc ipſa autem vel maxime propterea Epiſcopis imponi creditur, ut eos admoneat, omnes ſenſus capitis Deo conſecrare, ne vel oculi pateant ad videndam vanitatem, vel cæteri ſenſus, qui in capite vigent, iniquitati conſentiant &c. ut ex *Alcuin. de Div. offic.* refert *Dn. Becmann. diſſ. 15. c. 2. §. 3.* Cur autem bicornis ſit, rationem *Petr. Gregor. Tholoſan. lib. 15. Synt. cap. 12. n. 40.* hanc reddit: Ut ſcientiam utriusque teſtamenti capitis ſui ornamentum eſſe cognoſcat Epiſcopus, & aliquo modo
71 populo metuendus videatur. *Annulus* præterea (3) Epiſcopo poſt conſecrationem datur in fidem Eccleſiæ ſervandam, & in ſignum matrimonii intra ipſum & Eccleſiam celebrati, hancque ob cauſſam inter inſignia Epiſcopalia refertur in *c. Clerici. 15. X. de Vit. & honeſt. Cleric.* nec non in *c. un. X. de Sacr. unct.* ubi vid. *Gonzal.*
72 *Tellez. & Barboſ. cit. p. 1. tit. 1. c. 5. num. 15.* Conceduntur & (4) *Sandalia*, nec non (5) *Chirothecæ* Epiſcopis, tanquam ornamenta. *Sandalia*, quorum meminit *c. ult. X. de Uſ. & autor. pall.* caligas vertit *Dn. Hieronym.* atque *Chaſſan.* Monachorum Ægyptiorum caligas appellat. Vetus quoque Interpres *Juvenalis* Græcorum crepidas grajas caligas nominat. Fuerunt verò Græcis ſandalia ſoleæ, quibus plantas pedum tegebant. Unde *Pollux* & *Heſychius* ὑποδήματα ἀπὸ τῶν σανδαλίων diſtinguunt; atque *Albert. Ruben. de re veſtiar.* vult: crepidas ſeu ſandalia digitos pedum haud concluſiſſe, & tamen crus medium texiſſe, cui aſſentitur *Strauch. Amoen. Jur. Canon. Eclog. 5. c. 3. in fin.* ubi inſimul addit, quod ὑποδήμασι Salvator Apoſtolis interdexerit, non item ſandaliis, quæ Petrus geſtavit. *Act. 12. v. 8.* Sic ergo ſandalia accipiuntur pro genere calceamenti, tam apud profanos, quam ſacros Scriptores; hic verò pro tali, quo induuntur Miniſtri Eccleſiæ, quod inferius quidem ſolea munit pedes à terra, ſuperius nihil operimenti habet, ut loquitur *Alcuin. de Divin. offic. alleg. à Carol. du Freſne in verb.*

Digitized by Google

in verb. ſandalia. Olim communia erant, tam majoribus, quam minoribus Eccleſiæ Miniſtris hæc ſandalia, poſtea tamen ad ſolos Epiſcopos pertinere cœperunt, itaquidem, ut vigilantiſſimam gregis curam ſignificarent. Vid. *Gonzal. Tellez. ad cit. c. ult.* ✠. *de Uſu & aut. pall. num. 2. Petr. Tholoſ. cit. lib. 15. c. 12. num. 41. Becmann. differt. 15. c. 2. §. 3.* A ſandaliis his ſeparat, & ſpeciatim 73
inter ornamenta Epiſcopi recenſet *Innocent. III. in cit. c. un.* ✠. *de Sacr. unct. caligas* prioribus oppoſitas, quatenus non tam pedum tegumentum ſunt, quam potius tibiarum, quæ usque ad genua protenduntur. Vid. *Gonzal. Tellez. ad d. c. un. num. 27.* ibique *alleg. Innocent. III. qui ſerm. 3. de ſignif. indument. antequam,* ait, *induuntur ſandaliis, veſtiuntur caligis byſſinis, vel lineis, usque ad genua protenſis. Chirothecas* vero quod attinet, ab Apo- 74
ſtolis emanaſſe prodidit *Honor. Auguſtodunenſ. in Gemm. anim.* allegatus *à Gonzal. Tellez. ad c. un.* ✠. *de Sacr. unct. n. 34.* traduntur autem Epiſcopis, ut eos admoneat, manus ab omni humana contagione conſervandas eſſe, iisque utuntur Epiſcopi in ſacris liturgiis ac ceremoniis. vid. *Carol. du Freſne ſub verb. chirothecæ Epiſc.* ibique *alleg. Durand. nec non Tholoſ. d. l.* Tandem (6) 75
ad ornamenta Epiſcoporum ſpectant veſtes ſacerdotales, Epiſcopis & presbyteris communes, quæ ſacrificantis humeros amplectuntur, interque eas *Alba*, quæ eſt veſtimentum commune, non ſolum Epiſcoporum, ſed & aliorum Miniſtrorum Eccleſiæ, quo tamen extra divina officia uti nequeunt: *Succinctorium*, quo cinguntur Epiſcopi, tanquam veſtimento ſpeciali, ut ſit ſignum caſtitatis conſervandæ, differt autem à cingulo, tanquam zona ſive balteo, reliquis ſacerdotibus quoque communi: *Manipulus*, qui ferri cœpit in locum mappulæ, vel lintei in manu vel ſinu: *Tunica*, quæ, ſi late pro dalmatica accipiatur, eſt quidem communis veſtis Epiſcoporum, presbyterorum & diaconorum, ſumta verò pro veſte ſuperiori hyacinthina, propria eſt Epiſcoporum, de qua plura vid. *apud Car. du Freſne in Gloſſ. verb. Dalmatica.* denique *Planeta*, alias *caſula* dicta, quæ itidem communis eſt Epiſcopis & presbyteris, atque ſuper omnes veſtes induitur, ut ſignificet charitatem. Vid. de his veſtimentis omnibus prolixius *Gonzal. Tellez. ad cit. c. un. num. 27. & mult. ſeq. ibique allegati plures.* Veſtimenta hæc ac inſignia 76

Pontificalia ornamenta nominantur ab *Innocentio III. in cit. Decret.* & quidem ſequentibus verbis: *Mittimus tibi per Cardinalem prædictum Pontificalia ornamenta, caligas & ſandalia, amictum & album, cingulum & ſuccinctorium, orarium & manipulum, tunicam & dalmaticam, chirothecas, annulum, planetam & mitram. Pallium antea miſeramus, &, licet R. Pontifex non utatur baculo paſtorali; tum propter hiſtoriam, tum etiam propter myſticam rationem, tu tamen ad ſimilitudinem aliorum Pontificum poteris eo uti.* Hincque jam ſatis apparet, quænam Pontificalia inſignia Epiſcoporum ſint, quibus etiam ab *Innocent.* adjicitur *Pallium*, quod pluribus Epiſcopis, etſi Metropolitani non fuerint, conceſſum legimus, quanquam poſtea, excepto Epiſcopo Bambergenſi, Archiepiſcopis ſolis ob ſublimem dignitatem, atque ut ab Epiſcopis diſtinguerentur, datum fuerit, vid. *Gonz. Tellez. ad c. 9. de uſu & aut. pall.* atque *hic Tr. noſt. c. 5. n.*
77 *41. & ſeq.* Cæteroquin hæc ipſa inſignia, de quibus etiam videri poteſt *Aug. Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 2. alleg. 4. n. 7.* ubi inſimul plura adjicit, aliis, quam Epiſcopis, haud competunt, & ne quidem Abbatibus, niſi à ſummis Pontificibus ſpeciatim indulta atque *Abbates mitrati*, hoc eſt, tales, quibus Epiſcopalia ornamenta conceduntur, facti ſint, vid. *Car. du Freſne in Gloſſ. verb. Abbates mitrati & verb. ſandalia*, quod non Epiſcopi duntaxat, quorum privilegiis hoc modo detrahebatur, gravius tulerunt; ſed & ipſi interdum Abbates, adeo ut ejusmodi mitratos acerbius perſtrinxerint *S. Bernhard. Petr. Bleſſenſ. & Thom. Cantipratan. alleg. ap. Car. du Freſne d. verb. Abbates mitr.* Sed quicquid tandem ſit, mitræ quoque privilegium Canonicis Eccleſiarum cathedralium nonnunquam à ſummis Pontificibus conceſſum eſſe legimus. Exhibentur hanc in rem in Bohemia Bullæ Pontificum *Urbani & Bonifacii*, quibus facultas conceditur Canonicis Pragenſis Eccleſiæ, cum Archiepiſcopo celebranti in ſubdiaconatus & diaconatus officio adſunt, uti mitris albis, teſte *Car. du Freſne in*
78 *Gloſſ. verb. Mitra privilegium.* Neque verò vel Epiſcoporum tituli, vel eorundem inſignia & ornamenta pro inanibus haberi debent, ſed varia, (3) eaque multa, ſupponuntur *Jura, Immunitates & Privilegia*, quæ ſub eorum tegumento latent, & non ſolum in conſtitutionibus Imperatorum Chriſtianorum, verum etiam in Jure Canonico paſſim conceſſa, hodie verò, poſtquam Princi-

pibus

pibus Imperii adſcribi cœperunt, ad ſummum poteſtatis faſtigium perducta conſpiciuntur. Sunt autem fere hæc: (1) quod *patria poteſtatis* vinculo *liberentur*, per *avth. ſed Epiſcopalis. C. de Epiſc. & Cler. & Nov. 81. c. 3.* aſt quoad effectus ſolum gravantes, non vero favorabiles, v. gr. jus ſuitatis. Ad hoc privilegium ſufficere videtur electio ſola, licet nondum Epiſcopatum adminiſtrent. *Molin de Juſt. & Jur. vol. 2. diſp. 22. n. 8. & ſeq.* atque *Brunnem. addict. avth. ſed Epiſcopalis. n. 7.* (2) quod à *ſervili & adſcriptitia conditione* eximantur, per *avth. Epiſcopalis ordo. C. de Epiſc. & Cler.* cui in *Nov. 123. c. 4.* ſubjicitur, quod Epiſcopi eſſe nequeant, niſi à *Curiæ* oneribus liberi ſint, quamvis talia curialia onera amplius non habeamus. *Brunnem. ad d. Avth. Epiſcopalis ordo in fin.* hucque pertinet, quod jam antea à Curialibus muneribus exemti fuerint Epiſcopi & clerici in *l. 9. C. Theod. de Epiſc. Eccleſ. & Cler.* ubi vid. *Jac. Gothofr.* (3) Quod à tutela & cura, perinde ut alii clerici, ſint immunes, per *l. 52. C. de Epiſc. & Cler.* cui immunitati renunciare & tutores eſſe nequeunt, niſi in tutela perſonarum miſerabilium. *Gutierez de tutel. lib. 1. c. 1. n. 20. & ſeq. Brunnem. ad avth. Presbyt. C. eod.* (4) Quod non poſſint compelli ad teſtimonium ferendum à judice laico, per *l. 7. C. de Epiſc. & Cler.* ne hoc modo & perſona gravetur & dignitas officii Epiſcopalis proſtituatur. *Brunnem. ad d. l. 7.* quod tamen limitant Dd. in caſu, quo veritas aliter haberi nequit. Et ideo in Gallia, Belgio & Germania noſtra Epiſcopos & Clericos ad dicendum veritatem cogi poſſe, tradit *Chriſtin. vol. 2. dec. 17. n. 8. & ſeq.* Hoc ipſo tamen caſu (5) ad Epiſcopos, vel in teſtimonium vocatos, vel alioquin jurare coactos, judex mittere debet miniſtros, coram quibus, propoſitis Evangeliis, ediſſerant veritatem, per *avth. Sed judex. C. de Epiſc. & Cler.* ex qua poſt *Irner. Rittershuſ. ad Nov. p. 1. c. 7. n. 82.* deducere conatur, quod jurare non cogantur, aſt in fonte hujus *Avth. Nov. ſc. 123. c. 7.* id diſerte non aſſeritur, ſed Imperator remiſit tantum ſolennitatem tangendorum Evangeliorum, non vero juramentum, ut, poſt *Donell. Carpz.* & alios, obſervavit *Brunnem. ad cit. avth. Sed judex. n. 3. & 4.* (6) Quod in judiciis ſecularibus accuſari nequeant, ſed apud alios potius Epiſcopos, per Conſtantis ſanctionem in *l. 12. C. Theod. de Epiſc.* quod & ab Honorio repetitum in *l. 41. C. Theod. eod.* ubi vid. *Jacob.*

Margin: 79 (beside "Brunnem. addict… (2) quod à ſervili & ad-"), 80 (beside "nem. ad avth. Presbyt… (4)"), 81 (beside "ſervavit Brunnem… (6)")

Digitized by Google

cob. Gotbofr. in Comm. cui hæc conſtitutio elegantiſſima eſt. Hinc porro fluit, quod (7) juxta *avth. Nullus. C. de Epiſc.* atque *Nov. 123. c. 8.* Epiſcopus invitus, etiam in aliis cauſis, ad judicem ſecularem trahi nequeat, niſi principe jubente. Hocque ſat ab inde monſtrat, Epiſcopos tempore quoque Juſtiniani Imperatoribus ſubditos fuiſſe. Sed enim verò Jus Canonicum poſtmodum Epiſcopos Archiepiſcopis ſubjecit, usque tum praxis Sedis Pontificiæ omne jus circa eorundem perſonas & cauſas ad Pontificem tranſtulit, quod comprobatum legimus in *Concil.*
82 *Trident. ſeſſ. 13. de reform. c. ult.* Tandem, (8) ut alias immunitates & exemtiones, quas de Jure civili cum aliis clericis Epiſcopi communes habent, prætereamus, utpote ſunt immunitates à muneribus, etiam extraordinariis, metatis & hoſpitationibus, per *l. 1. C. de Epiſc. & Cler.* hoc autoritati Epiſcoporum in *l. 28. C. de Epiſc. audient.* tributum videmus. quod ab illorum ſententiis, vel laudis ſive arbitriis, appellare permiſſum non ſit, quodque judices ſeculares ſententias Epiſcoporum executioni tradere compellantur, cujus diſpoſitionis ratio obſcura non eſt; Epiſcopos ſiquidem Præfectis Prætorio æquiparare voluit Imperator, à quibus, juxta notiſſima Juris noſtri principia, appellatio haud permiſſa eſt, per *l. un. §. 1. ff. de Off. Præf. Præt.* Utut verò in *avth. ſubſeq. Si quis* &c. hoc ita corrigatur, ut à ſententia Epiſcopi appellatio admittatur, atque hodie absque omni dubio appellationes ad Sedem Romanam in-
83 ſtituantur. Vide *hujus Tract. c. 12. n. 57.* Nihilominus tamen (9) hanc cum præfectis Prætorio & illuſtribus perſonis inſtitutam æquiparationem Jus Canonicum recepit in tantum, ut privilegia, quæ his conceſſa reperiuntur, ad Epiſcopos variis modis transferat. Quapropter, quod de illuſtribus perſonis in *l. 17. §. 1. C. de Dignit.* prædicatur, quod nullam ex cujuslibet judicis ſine ſcriptis habita ſententia conventionem, nec in civili, nec in criminali cauſa, ſuſtinere debeant, applicatur in *c. fin. cauſ. 5. q. 2.* ad Epiſcopos; conſimili modo, ad inſtar aliarum perſonarum illuſtrium, Epiſcopi per alios ſententiam recitare poſſunt, ſec.
84 *c. ult. de Sentent. & re judic. in 6.* ubi vid. *Barboſ.* In omnibus porro cauſis, exceptis criminibus, per procuratorem & advocatum litigare poſſunt ac debent, *c. fin. cauſ. 5. q. 3.* quod de Jure civili illu-

illuſtribus ſolum conceſſum reperitur in *l. 25. & auth. ſeq. C. de Procur.* In ipſis præterea cauſis criminalibus accuſati coram judice ſedere poſſunt, quæ prærogativa illuſtribus ſolum data eſt perſonis in *l. ult. §. ult. C. ubi Senat.* ubi *Bald. ad d. l. 2.* atque *Felin. ad rubr. ✠. de Major. & obed. n. 8.* In caſibus denique, quibus ob feudum acquiſitum, vel ob aliam cauſam, ad ſervitia adſtringuntur, poſſunt ſervire per ſubſtitutum, ſed ſuo periculo; *l. 21. C. de Epiſc. & Cler.* ubi vid. *Brunnem. & Barboſ.* Et ut plura paucis comprehendamus, omnia privilegia, quæ illuſtribus alioquin conceſſa ſunt, Epiſcopis quoque competunt, ut late demonſtrat *Fulv. Pacian. ſap. cit. c. 28. n. 32. & ſeq.* atque *Stephan. c. 14. n. 5. & ſeq.* Indeque porro fluit, quod ſecundum *c. ſolicita.* 85
6. ✠. de Maj. & obed. ibique *Joh. de Imol.* ſedeant in eodem loco cum Imperatore, & non ſub pedibus ejus, & quod, juxta *Abbat. ad cit. c. 6.* ſint ponendi ad dextram Imperatoris, ſeculares verò Principes ad ſiniſtram, tanquam inferiorem locum, licet in ſacris actionibus pro honoratiori habeatur. vid. *Gonzal. Tellez. d. c. 6. num. 10.* hancque ob cauſam Conſtantinum Imperatorem, qui Patriarcham Conſtantinopolitanum fecit in ſiniſtra parte juxta ſcabellum pedum ſuorum ſedere, in *d. c. 6. ✠. de Major. & obed.* juſtiſſime reprehenſum eſſe cenſet *Fulv. Pacian. d. c. 28. num. 14.* cum regum quoque & principum ſit, ut Archiepiſcopis & Epiſcopis reverenter aſſurgant, ad exemplum Caroli V. qui Cardinalem ad ſe venientem aſſurgendo excepiſſe fertur, teſte *Gonzal. Tellez. cit. loc.* Quare minus congruum eſſe videtur *Fulv. Pacian.* quod Epiſcopi Hiſpaniæ oſculentur manus Regum, cum Reges potius manus Epiſcoporum oſculare debeant. Poſſunt præterea Epiſcopi thronum & ſolium, 86
in ſignum celſitudinis & poteſtatis, erigere, atque *Faldiſtorio* uti; *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 80. num. 16.* Vocatur autem *Faldiſtorium*, ex mente *Spelmann. in Gloſſ. verb. Falda & Faldiſtorium*, ſedes Epiſcopi elatior & cancellis circumcluſa, à *falda*, quod vocabulum proprie ſeptum & clauſtrum, cum ad aliorum animalium, tum ad hominis præſidium, denotare credit, inde ſedem Epiſcopi cancellis circumcluſam (quam & thronum & ſtallum nominant) in antiquis membranis & formulis faldiſtorium dici cenſet, pariterque ad formulam ſolem-

ſolemnem cujusdam degradationis Archiepiſcopalis provocat.
87 Sed *Sirmondus* allegatus à *Ferrar. in Orig. Ling. Ital. verb. Faldiſtor.* ſedem Epiſcopi proprie à faldiſtorio diſtinctam, hocque & clericorum fuiſſe aſſerit; ipſe quoque *Ferrar. cit. loc.* conjicit, ſedem Epiſcoporum vel Clericorum inde faldiſtorium dictum, quod plumis vel goſſypio ad meliorem ſeſſum farciretur, ut hodie omnes fere ſellæ & cathedræ communes, unde non tam à *falda* quam à *farto* faldiſtorium veriſimilius dictum eſſe opinatur, vel etiam à *faldis* ſic extenſis, & quidem eapropter, quod faldiſtorium non tam ſedes ſit, quam reclinatorium, inſtar ſellæ curulis veterum, cui pulvinis inſtructo Epiſcopi, flexis genibus precaturi, cubitis innituntur, idque prius fluente vectis ſinu operiunt. Quapropter per *faldas* veſtium rugas & plicas, & ferme extremam partem ſive ora, intelligit *cit. loc. verb. Falda*, quæ, quoniam goſſypio, lana aut alia materia farciebantur, farti, aut, leniori litera, falti vel faldæ nomen promeruiſſe videntur. Sed quicquid tandem ſit, ſive à Saxonica voca falda, ſive à farto, ſive etiam à faldis, veſtimentorum ſcil. rugis & plicis, deducamus, hoc tamen certiſſimum eſt, quod vel pro ſede, vel etiam pro reclinatorio Epi-
88 ſcopis præcipue inſervierit, æque ut *Baldachinum*, quo in Eccleſia cathedrali uti poſſunt, teſte *Barboſ. cit. p. 3. alleg. 80. n. 16.* Per illud verò umbellam, aulæum, ſive velarium, quod ſuper altaria, nec non Principum & Epiſcoporum capita ſuſpenditur, vulgò intelligunt, atque Babylonicum eſſe putant, inde baldachinum appellatum, quia Baldaccio pro Babylone hodie dicitur, quamvis non omnes ejusmodi umbellæ ex textura Babylonica fiant, vid. *Car. du Fresne in Gloſſ. verb. Baldakinus*, atque *Ferrar. in Orig. lingv. Ital.* qui ſibi hac derivatione nihil ſanius ſuccurrere fatetur; Aſt ſi liceat ariolari, baldachinum quaſi faldachinum dictum eſſe credit, cùm faldiſtorium ſecundum nonnullos ſit Epiſcoporum ſedes, ſive ſolium, ſuper quo ſolio umbella ſuſpenditur, ut ſic à falda aut faldis, de quibus jam antea, denominationem ſuam trahere poſſit, quæ ad majorem *faldiſtorii* atque *baldachini* decla-
89 rationem haud prætereunda fuerunt. Cæterоquin, ut infinita alia prætereamus privilegia, quibus *Stephan. ſæp. laudat. c. 14. n. 73.* poſt *Felin. & Hoſtienſ.* adjicit facultatem creandi Notarios, (quod equidem certiſſimum eſt, ſi eandem vel ab Imperatore, vel etiam

à Pa-

Digitized by Google

à Papa ſpecialiter impetraverint, aliàs controverſia non caret, ut vel ex ipſo *Felin. ad c. 16. X. de Fid. inſtrum. n. 14. atque Hoſtienſ. in Summ. eod. tit. n. 2.* apparet) ad ſecuritates Epiſcoporum adhuc referri meretur non ſolum, quod cum aliis perſonis Eccleſiaſticis in bello inviolabiles eſſe debeant, juxta *Reform. Frider. III. de anno 1442. ſub rubr.* Wer in offenen Fehden gefreiet ſeyn ſoll. *§ 6.* Reuter-Beſtallung *d. A. 1570. art. 70. &* Fuß-Knechts Beſtallung *de eod. ann. art. 54.* ſed & quod ab omni alia læſione ita muniti ſint, ut injuria ipſis illata pro atroci habeatur. Vid. *Menoch. lib. 2. A. I. Q. caſ. 263. n. 9. atque Becht. de Secur. & ſalv. cond. c. 5. claſſ. 3. th. 221.* Hinc & pœnæ capitali illi ſubjiciuntur, qui in Eccleſias irruentes, 90
Epiſcopis vel clericis ſacra facientibus vim inferunt, per *l. 10. C. de Epiſc. & Cler.* ad quod tamen nonnulli quatuor requirunt, (1) ut Epiſcopi vel clerici offendantur non verbis tantum, ſed etiam verberibus, & quidem (2) in loco Eccleſiæ, (3) eo tempore, quo ſacra tractant, ita ut per hoc factum ſacra turbentur. *Matth. Coler. p. 1. dec. 178. n. 1. & 4. Carpz. lib. 3. def. Eccleſ. 95. n. 11. & ſeq. atque Brunnem. ad cit. l. 10. n. 1. & ſeq.* Extra hunc caſum vero 91
Epiſcopum percutientes, capientes, bannientes, vel hoc mandantes aut ratificantes, conſilium dantes, aut ſolum in his faciendis ſe gerentes pro ſociis, nec non fautores ac defenſores perpetrantium exiſtentes, excommunicationem, ſummo Pontifici reſervatam, variasque pœnas incurrunt, de quibus videri poteſt *Clem. 1. de Pœn.* ibique *Barboſ.* Pertinet huc privilegium *Canonis*, in ſpecie ſic dictum, vigore cujus quis excommunicatione, Pontifici reſervata, ob percuſſionem Clericorum, & ſic multo magis Epiſcoporum, punitur, juxta notiſſimum *can. Concil. Lateran. 15.* à *Gratiano* repetitum in *can. ſi quis ſvadente. 29. cauſ. 17. q. 4.* cujus uberiorem illuſtrationem poſt multos alios proponunt *Navar. Azpilc. in Man. c. 27. n. 75. & ſeq. Molin. de Juſt. & Jur. tract. 3. diſp. 50. & 51. Laymann. Theol. Moral. lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 5. Engel. ad tit. X. de Sent. Excomm. n. 125. & plur. ſeq.* atque *Barboſ. ad cit. c. 29. aliique plures ab eo allegati.* Poſſent denique huc referri plura eaque inſigniora privilegia, immunitates & jura, quæ Epiſcopis, tanquam Statibus & Proceribus regnorum, imprimis verò in Germania noſtra, tanquam Statibus Imperii competere videmus, ſed illa hujus loci non ſunt, verum ex alia promanarunt cauſa, de

Digitized by Google

92 qua in ſequentibus. Ex quibus omnibus jam (4) facili negorio colligi poteſt, qua ratione *prærogativa Epiſcoporum* præ *laicis* invaluerit. Hæc enim abſque dubio reverentiæ, jam inde ab initiis Chriſtianæ religionis miniſtris Eccleſiæ exhibitæ, præprimis ſummo honori, quo Chriſtiani Imperatores Epiſcopos mactarunt, natales ſuos debet, &, jactis his fundamentis, etiam cum imminutione Cæſareæ poteſtatis, adeo poſtmodum crevit, ut *Innocentius III.* Pontifex in ſua ad Imperatorem Conſtantinopolitanum *Alexium* ſcil. *Comnenum*, decretali epiſtola, quæ habetur in *c. ſolitæ 6.* ✗. *de Major. & obed.* profiteri non vereatur: *Pontificem eſſe luminare majus, quod praeſt diei, id eſt, ſpiritualibus; Imperatorem verò vel regem luminare minus, quod praeſt nocti, id eſt, temporalibus*, quam comparationem, ſi fides eſt habenda illis, quæ hanc in rem tradit *Gonzal. Tellez. ad d. c. 6. n. 8.* hauſit Pontifex ex Berengoſio

93 Abbate. Equidem pium eſt, ſacerdotibus exhibere reverentiam, etiam per oblationem loci honeſtioris, propterea vel maxime, quod circa divinas res & animarum noſtrarum curam occupentur: hinc & jam olim ab Imperatore *Juſtiniano* in Jure noſtro ſacerdotium imperio & magiſtratibus præpoſitum legimus in *l. 1. §. 2. ff. de Juſt. & Jur.* & *Nov. 6. in princ.* Id tamen, quod Pontifex ſe ſoli & Imperatorem lunæ comparare, ſicque ſacerdotium imperio præferre non erubuerit, minimè ferendum eſt, quomodocunque etiam *d. decret. Innoc.* explicetur. Quare, quod ordinem Eccleſiaſticum ordini politico ſimpliciter præferendum exiſtiment nonnulli, primatum redolet Pontificis Romani. Ex hoc enim capite Pontifex Imperatoribus pariter ac Regibus palmam dubiam reddere conatus eſt, contra Chriſti & Apoſtolorum exempla, præcipue Salvatoris monitum: *Vos autem non ſic &c.* Nec enim reſpubl. eſt in eccleſia, ſed eccleſia in republ. Unde quoque ſummis Poteſtatibus imperium circa ſacra per varias easque ſolidas rationes adſcribitur ab incomparabili *Grot. de Imper. ſumm. Poteſt. circ. ſacr. per*

94 *tot.* Sed enim vero quicquid tandem ſit, hanc ipſam prærogativam ſtylum Curiæ, tum in genere quoad ſtatum Clericalem, qui laicali ſemper præponitur, in verbis: Geiſtlicher und Weltlicher Stand/ tum in ſpecie quoad Epiſcopos approbaſſe cernimus. Hi ſiquidem non ſolum de *Jur. Saxon. lib. 1.* LandR. *art. 3.* dicuntur habere ſecundum Hereſchildum, den andern Hereſchild/ welcher / ſic

ſic explicante Summario *d. lib. 1. art. 26.* nichts anderſt iſt/denn ihr Geiſtlicher Fürſten Stand und Recht/ das ſie von ihren Fürſtenthümern haben/ quæ verba de illis temporibus, quibus jurisdictionem ſecularem acquiſiverunt, atque ſecundum dignitatis cingulum uſurparunt, intelligit *Gryphiand, de Weichbild. Saxon. c. 29. n. 13.* Sed etiam in Imperio noſtro Germanico, jam inde ab antiquiſſimis ejusdem temporibus, Principibus ſecularibus quoad prærogativam præſtarunt, ipſa quoque Caroli M. ætate, ut ex *Adelbardi*, cognati & conſiliarii Carolini *libello de Ordin. Palat.* conſtat, cujus verba huc facientia ex *Hincmar.* recenſet *Dn. Schweder. in Introd. jur. Publ. part. ſpec. ſect. 2. c. 6. §. 2.* utut tunc temporis ſecularem poteſtatem nondum adepti fuerint, ut ex ſequentibus patebit. Hæcque ratio eſt, quod Eccleſiaſtici Principes, quales ſunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, nec non Prælati ac Abbates, ex veteri ordine Principibus Imperii adſcripti, qui vulgo dicuntur Gefürſtete Aebte und Prälaten/ in univerſum ſecularibus Principibus quoad precedriam præſtent, atque ſcamnum eccleſiaſticum in Comitiis Imperii occupent; reliqui Prælati, qui Imperii Civibus adſcripti, non tamen ad principalem dignitatem evecti ſunt, Principibus quidem ſecularibus cedunt; attamen & ſcamnum eccleſiaſticum, ejusque infimam partem, occupant, ita quidem, ut per ſua Directoria, Svevicum ſcil. & Rhenanum, curiata in Comitiis, ſicque duo vota ferant, atque ante Comites Receſſus Imperii ſubſcribant, ſub eorum Collegiis comprehenduntur denique ac cum illis communicant Abbatiſſæ, etſi Principum ornatæ ſint titulo. Vid. ſubſcriptio noviſſimi *Receſſ. Imper. de anno 1654.* in verbis: Prälaten perſöhnlich. *Sprenger. Inſtitut. Jur. Publ. lib. 2. c. 44.* Dn. IM-HOFF. *Not. Proc. S. Rom. Imper. lib. 3. c. 1. §. 1. c. 21. §. 1. atque cap. ult. §. 1.* Quod verò *prærogativam Epiſcoporum inter ſe* concernit, in ſeſſionibus & ſubſcriptionibus Conciliorum regulariter illum ordinem tenent, quem habent tempore ordinationis, ut primo ordinatus primum locum, & ſecundo ſecundum ſibi vindicet; ſicque deinceps. Vid. *Chaſſan. in Catal. glor. mund. p. 4. conſid. 23.* hanc in rem provocans ad *Felin. in rubr. x. de Major. & obed.* qui tamen parum vel nihil ad hanc materiam ſpectans *cit. loc.* proponit, niſi per argumentationem inde deducere

95 96

 veli-

velimus, quod *n. 2.* adjecit: Epiſcopum doctorem præcedere Epiſcopum non Doctorem, etiam prius promotum; rectius provocat ad *c. ult. diſt. 17.* in quo Gregorius I. decernit, ut Epiſcopi, ſecundum ordinationis ſuæ tempus, ſive ad conſidendum in Concilio, ſive ad ſubſcribendum, ſive in qualibet alia re, ſua attendant loca, (ubi *Gratian.* addit: *Tempus ordinationis non ad Eccleſias ſed ad perſonas referendum eſſe*,) nec non ad *c. Epiſcoporum. 5.*
97 *diſt. 74.* deſumtum ex *Concil. Agath. c. 23.* Et ſane præcedentia inter Epiſcopos nulla alia, niſi electionis ſeu proviſionis ratione, formari ac inſtitui poteſt, ut; qui prius electus ſeu proviſus fuit aliquo Epiſcopatu, alteri poſtea electo ac promoto præferatur, recte ita docente *Barboſ. Apoſt. deciſ.* 590. *num. 3.* qui inſimul *num. 4.* ex *Stll. ſelect. canon.* addit, præcedentiam Epiſcoporum, juxta hoc ordinationis tempus, non vero ſecundum dignitatem Eccleſiarum, ſtatuendum eſſe; quod & *naturali* rationi & *Juri civili* conveniens eſt. *Naturalis* enim hic ordo eſt, inter fratres etiam vigens, ut qui primus natus eſt, reliquos antecedat. Vid. *Grot. de J. B. & P. lib. 2. c. 25. §. 21.* Quapropter *Theod. & Valenſ. in l. 1. C. de Conſul.* de ordine inter conſules ſervando: *Quis in uno eodemque genere dignitatis*, ajunt, *prior eſſe debuerat, niſi qui prior meruit dignitatem?* atque in ordine priorem Jus noſtrum eum facit, qui prior meruit dignitatem, prior autem meruiſſe dicitur in *l. 1. C. de Præf. Prætor. ſive urb. & Mag. milit.* qui tempore promotionis alium adeptione codicillorum, h. e. literarum, ut vocant, officii præceſſit, ſubſequi ergo debent, quos recentius probat examen, per *l. 1. in fin. C. de Præpoſ. ſacr. cubic.* huncque morem antiquitus quoque in Chriſtianorum ſocietate obtinuiſſe, ut qui primi Chriſtianiſmum profeſſi ſunt, in Conciliis, ad rem Chriſtianam pertinen-
98 tibus, cæteros præceſſerint, teſtis eſt *Grot. cit. loc.* Sed ſicut aſſertum Juris civilis limitatur eo in caſu, quo non prior, ſed poſterior dignitas eſt conjuncta cum exercitio & adminiſtratione: *Primo* enim loco habendi ſunt, qui in actu poſiti adminiſtrant, deinde vacantes, & qui codicillos honorariæ dignitatis ſunt adepti, per *l. 2. C. Ut dignit. ord. ſerv.* aliasque hanc in rem *à Coraſ. in SCt. Cur. Tholoſ. c. 11.* adductas ratione; Ita quoque, quod ex Grotio de ordine in Conciliis obſervando adjecimus, vix amplius locum invenit, præprimis cum Eccleſiis multa privilegia in contrarium

Digitized by Google

trarium conceſſa videamus, adeo ut ordini temporis jam præferatur ordo qualitatis. Vid. *poſt Luc. de Penn. Cruſ. de Jur. Proëdr. lib. 2. c. 11. n. 8. & ſeq.* ibique *alleg. Alber. de Roſ. in rubr. ff. de Stat. hom.* ubi tradit, quomodo, ſublata prioritate promotionis, Epiſcopi, Archiepiſcopi & Primates ſedere debeant. Equidem Pontifex *Pi-* 99
us IV. in Concil. Trident. ad tollendam omnem materiam controverſiarum inter Prælatos jam ortarum edixit, ut Patriarchæ primum locum tenerent, ſecundum Archiepiſcopi, hisque ſuccederent Epiſcopi, atque in illis non ſedis dignitas, ſed promotionis tempus reſpiceretur; Sed huic Brevi Apoſtolico ſumma cum acrimonia contradixit *Bartholom. de Martyribus*, *Archiepiſc. Bracarenſ.* cui ut ſatis fieret, legati declarationem ediderunt decreti Pontificii, inque ea unicuique jus ſuum, quod antea habebat, quoad prærogativam ſalvum reliquerunt. Vid. *Petr. Suav. Polan. in Hiſtor. Concil. Trident, lib. 6. in pr.* Hoc modo ergo Epiſcopi exem- 100
ti, ſive immediati Pontifici ſubjecti, in Concilio generali altiori loco ſedent, quam non exemti, ſive ſuffraganei. Vid. cum alleg. *Chaſſan. cit. tract. p. 4. conſid. 24.* Vocantur autem exemti à J. P. Scriptoribus, qui Archiepiſcopo nulli ſubordinantur, ſed immediate ſummo Eccleſiæ capiti ſubjecti ſunt, indeque etiam ſingulari Archiepiſcoporum inſigni, pallio ſcil. fruuntur; Suffraganei viceverſa appellantur, qui diœceſi Archiepiſcopali ſubſunt, aut Archiepiſcopo ſubjecti ſunt. Vid. *c. paſtoralis. 11. X. de Off. jud. ord.* ibique *Wagner. atque Schwed. Introd. Jur. publ. part. ſpec. ſect. 2. c. 6. §. 9.* Addit tamen *Chaſſan. cit. loc.* in Conciliis generalibus Galliæ, poſt Primatus, ſemper attendi prioritatem promotionis, non habito reſpectu ad alia, quæ poſſunt altiorem locum conciliare. Cæterum, quod *Epiſcopos Germaniæ* attinet, majori præ re- 101
liquis Epiſcopis gaudent ac præfulgent dignitate, poſteaquam dignitatis principalis compotes facti, ac jurisdictione, nec non poteſtate in ſecularibus exornati ſunt. *Cruſ. cit. c. 11. n. 19.* Proximum enim ab Electoribus, inter quos Moguntinus, Trevirenſis & Colonienſis Archiepiſcopi, tanquam Eccleſiaſtici Electores, primas tenent, locum inter Ordines Imperii occupant Principes Eccleſiaſtici, qui, ſecundum antea dicta *n. 95.* in univerſum ſecularibus ratione proëdriæ præſtant, & ſequentibus diſtinguuntur claſſibus: Alii enim ſunt (1) Archiepiſcopi; alii (2) Epiſcopi, qui-

bus accenſetur Magiſter Ordinis Teutonici; alii (3) Prælati & Ab-
bates, ex veteri ordine Principibus adſcripti, Gefürſtete Aebte/ in-
ter quos connumeratur Magiſter Ordinis Johanniticì in Germa-
nia; alii (4) Prælati, carentes Principum dignitate, quibus ac-
cenſentur bini Commendatores ſacræ militiæ provinciales, alter
Balliviæ Confluentinæ, alter Balliviæ Alſatiæ & Burgundiæ, nec
non (5) Abbatiſſæ. Vid. *Schwed. cit. c. 6. §. 9. & 10.* nec non *Vitriar.*
102 *lib. 1. Inſt. Jur. Publ. tit. 15. §. 13. & ſeq.* *Archiepiſcopi*, connumeratis
Electoribus Eccleſiaſticis, excepto Pragenſi, octo fuerunt, nem-
pe *Moguntinus, Trevirenſis, Colonienſis, Magdeburgenſis, Salisburgen-
ſis, Veſontinus, Bremenſis* & *Rigenſis*, quorum ſuffraganeos ſive com-
provinciales Epiſcopos, qui ipſis ſubfuerunt, aut adhuc ſubſunt,
recenſent *Barboſ. de Off. & pot. Epiſcop. p. 1. tit. 1. c. 7. in notit. Epi-
ſcop. rubr. in Alemann. atque Vitriar. cit. tit. 15. §. 13.* Aſt numerus
eorundem proceſſu temporis imminutionem paſſus eſt. Poſtre-
mo enim, Rigenſi ſcil. ab Imperio plane avulſo, Magdeburgen-
103 ſi vero & Bremenſi per Inſtrumentum Pacis ſeculo donatis, reli-
qui manſerunt, præter Electoratus Eccleſiaſticos, Salisburgenſis
& Veſontinus, de quibus vid. DN. IM-HOFF. *in Notit. Proc. Im-
per. lib. 3. c. 1.* Archiepiſcopos excipiunt *Epiſcopi*, quorum aliquot
retro ſeculis longe major fuit numerus, ac nunc eſt. *Lampad. de
Republ. Roman. Germ. p. 3. c. 6. §. 4.* connumeratis Archiepiſcopis
non Electoribus, quinquaginta Principum Imperii jura hactenus
tenuiſſe docet; Sed *Dn. Conring. in not. ad d. l.* Epiſcopus intra
Imperii limites quinquagenarium illum numerum longe quondam
exceſſiſſe tradit, ita tamen, ut Imperii Principum Epiſcoporum
multo ſemper fuerit minor. Horum Epiſcopatuum ordo ſeſe
non uno modo per Imperium mutavit. Quidam enim una cum
integris regionibus *Imperii finibus* plane *exciderunt*, quales ſunt o-
mnes per Pruſſiam, Livoniam, Helvetiam & Lotharingiam,
quorum in claſſem etiam Bohemiæ, Sileſiæ & Moraviæ Epiſco-
patus non ſine ratione referri poſſe, cenſet *Conring. cit. loc.* A-
liorum Epiſcopatuum regiones hodieque *manent in ditione Impe-
rii*, non tamen reguntur à Principibus, Epiſcopi amplius no-
mine fulgentibus, ſed ſecularibus, & quidem non una ratio-
104 ne: *Quidam* enim collegia Canonicorum ſimul abjecerunt;
alii retinuerunt quidem, ſed aliqua redituum parte mutata;
Qui-

Quidam porro in conventu Imperii Ordinum nunc ſeculares inter Principes ſententiam ferunt, ex ſanctione ſcil. Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ, quemadmodum Rex Sveciæ Verdenſis Ducis titulo; Elector Brandeburgicus nomine Principis Halberſtadienſis & Mindenſis, Megapolitanus denique Dux, tanquam Princeps Suerinenſis & Ratzeburgenſis, Comitiis interſunt: *alii* jure Comitiorum carent. nec an antehac interſuerint, non eſt, quod jam definiamus; Sunt autem hujus generis: Miſnenſis, Martisburgenſis, Naumburgenſis, Brandeburgenſis, Havelbergenſis, Libuſſienſis, atque, ex mente *Conring. cit. loc.* Caminenſis, quippe qui, juxta ipſius aſſertum, nunquam Princeps Imperii fuit, ſed pars ſemper habitus Ducatus Pomeraniæ, quamvis in *Inſtrum. Pac. Cæſ. Svec. art. 11. §. dicto Domino* &c. Electori Brandenburgico eodem plane jure & modo, quo Halberſtadienſis & Mindenſis, in feudum perpetuum conceſſus ſit, ut nunc Princeps quoque Caminenſis, æque ac Halberſtadienſis, audiat. Qui verò hoc adhuc ævo ad cenſum Imperii pertinent, quorumque Antiſtites in Eccleſiaſticorum Principum Collegio locum ſuffragiumque obtinent, primum & vigeſimum implent numerum, hocque ordine in Comitiis conſidere ſolent. Primum locum occupat *Epiſcopus Bambergenſis*, ab omni jugo Archiepiſcopali immunis factus, ita ut in omnibus cauſis ac proceſſionibus non aliter, quam Archiepiſcopus in ſua diœceſi conſiderari poſſit, hæcque eſt ratio quod Epiſcopus exemtus paſſim à Scriptoribus Jur. Publ. dicatur; Proximi à Bambergenſi ſunt *Herbipolitanus* & *Wormatienſis*, quos excipiunt *Eichſtadienſis*, *Spirenſis* & *Argentoratenſis*, omnes ſuffraganei Moguntini, horum poſteriori, poſtquam Argentina civitas à Ludovico, moderno Galliæ Rege, ſine vi ſubacta eſt, reſtituta fuit Sedes cathedralis, cujus poſſeſſionem Ann. 1681. apprehendit, templumque ſolenni pompa & ceremonia, in Romana Eccleſia recepta, initiavit. Vid. *Not. ad Vitriar. lib. 1. tit. 15. §. 13. lit. d.* ubi refertur inſcriptio hanc in rem cum tabula altari impoſita, atque lemma chronicum apud *Dn.* IMHOFF. *cit. tract. lib. 3. c. 7. n. 4.* Sed hic, concurrentibus brevi poſt invaſionibus Gallicis, in ordine Principum Imperii hactenus non comparuit; Sequuntur *Conſtantienſis*, *Auguſtanus*, *Hildeſienſis*, *Paderbornenſis*, omnes ſuffraganei Moguntini, *Friſingenſis*, 105

ſuffra-

ſuffraganeus Salisburgenſis, *Ratisbonenſis*, ſuffraganeus Salisbur-
genſis, juxta alios veró liber & exemtus, *Paſſavienſis* & *Tridentinus*,
itidem ſuffraganei Salisburgenſes, quem poſteriorem, cum Bri-
xienſi Epiſcopatu atque Abbatia Murbacenſi, ſub protectióne ha-
bet Domus Auſtriaca, vicesque eorum in Comitiis ſuſtinet. Vid.
Rec. Imper. de An. 1548. §. Nachdem auch. *69. Limn. tom. 1. addit. ad
l. 5. c. 2. n. 40. verſ. quod ſub domus Auſtriaca.* Porro per vices *Bri-
xienſis*, ſuffraganeus Salisburgenſis, & *Baſileenſis*, ſuffraganeus
Veſontinus, poſt hos, eodem alternandi órdine, *Leodienſis*, *Oſna-
brügenſis* & *Monaſterienſis*, omnes ſuffraganei Colonienſes, ma-
nente tamen Oſnabrügenſi in medio, clauduntque chorum *Lu-
becenſis*, ſuffraganeus quondam Bremenſis, & *Curienſis*, ſuffraga-
106 neus Moguntini. Accenſetur quoque horum numero Ordinis
Teutonici ſupremus Magiſter, qui tamen proximum ab Archiepi-
ſcopis locum in ſcamno Principum Eccleſiaſticorum occupat, ac
ante Bambergenſem Præſulem, invito quidem eo, ac de proëdria
diſputante, ſententiam dicit, quamvis in Comitiis circularibus
Franconicis Epiſcopis hujus Circuli poſtponatur, cum conſidere-
tur tantum, ut *Prælatus Mergentheimenſis.* Vid. *huj. Tr. c. 4. n. 14.
ibiq; alleg. plures*, quibus addatur *Dn.* IM-HOFF. *d. tract. lib. 3. c.*
107 *18. §. 9. atq; Gaſtel. de Stat. publ. Europ. c. 14. n. 1. & 4.* Epiſcopos
excipiunt *Abbates*, qui Principali dignitate eminent, & viritim
ſententias in Comitiis dicunt. Horum, poſteaquam Hirſchfel-
denſis Abbatia, quæ dignitate ſecunda quondam erat, in Princi-
patum ſæcularem, Imperii Ordinum autoritate, pacis conſtituen-
dæ ergo, Oſnabrügæ & Monaſterii converſa, atque Landgravio
Haſſo-Caſſelenſi lege feudi Imperialis conceſſa eſt, nunc decem
numerantur: *Fuldenſis*, *Campidunenſis*, *Elbacenſis*, *Murbacenſis*,
quem juxta antea dicta eximunt Archiduces Auſtriæ, *Ludrenſis*,
Berchtolgadenſis, *Weiſenburgenſis*, quam Præpoſituram ordinarie ad-
miniſtrant Epiſcopi Spirenſis, *Prumienſis*, cujus perpetua admi-
niſtratio ſpectat ad Archiepiſcopum Trevirenſem, *Stabulenſis* &
108 *Corbejenſis*; Prior tamen Germaniæ, qui Ordinis S. Johannis ſu-
premus per Germaniam Magiſter, vulgo Johanniter-Meiſter / au-
dit, atque jam pridem inter Imperii Ordines receptus eſt, proxi-
mum ab Abbate Fuldenſi habet locum, per tradita *Scharſchmid.
ad Juſt. Sinold. cogn.* Schütz / *Coll. Jur. Publ. vol. 1. Ex. 8. th. 5. lit. C.*
nec

nec non *Dn.* IM HOFF. *cit. tract. lib. 3. c. 19.* §. 3. utut Autor der Grundfeſte des Heil. Römiſchen Reichs / *in Schem. p. 2. c. 5. ad p.* 108. allegato, nec non *Contin. Londorp. tom.* 7. *c.* 137. ipſi locum poſt Abbatem Ludrenſem aſſignet. Confer. *Not. ad Vitriar. cit. tit.* 15. §. 15. *lit. b.* ubi ſupremum hujus Ordinis Magiſtrum in provinciis Germanicis modernum, ex familia Equitum de *Wagtendonck*, in Comitiis votum & ſeſſionem ab Abbate Fuldenſi, atque reſidentiam *Heiderſcheimii in Brisgoja* habere aſſerit. Corbejenſi quoque ſubjicitur Abbas Reichenavenſis, quem titulo perpetuo repræſentat Epiſcopus Conſtantienſis, qui propterea appellatur Dominus des Gotteshauſes zu Reichenau. Vid. *Receſſ. Imper. de A. 1654. in ſubſcript.* atque *Sprenger. Inſt. Jur. Publ. lib. 2. c. 44.* Abbatibus denique ſuccedunt reliqui *Prælati*, qui ad Principum faſtigium evecti non ſunt, quique proinde non niſi curiatim ſuffragia ferunt, ac partem infimam ſcamni Eccleſiaſtici occupant. Eos omnes fere Benedictinos eſſe, cenſet *Vitriar. lib. 2. Inſtit. Jur. Publ. tit. 1.* §. 1. quod quoad nonnullos admittit *Ejusd. Addition.* Recte tamen monet, quod & alii Prælati Statibus Imperii annumerentur, qui Benedicti regulam non obſervant. Et cum jam dudum in *duo Collegia* ſive *ſcamna*, nempe *Svevicum* & *Rhenanum* diviſi ſint, proëdriæ ratione alternant, ita ut modo Svevici, modo Rhenani, priori loco ſententiam dicant; ſub eorum Collegiis comprehenduntur non ſolum Commendatores generales Balliviæ Confluentinæ atque Balliviæ Alſatiæ & Burgundiæ per antea dicta, ſed etiam Collegia Canonicorum libera, die Keyſerlichen Freyen Stiffte / qualia ſunt Bruxellenſe in BrauReihn / prope Spiram, Burſchedenſe, prope Aquisgranum, & Arnvellenſe prope Saarbrücken / teſte *Gail. lib. 1. obſerv. 30. n. 9.* Hinc Legatus Capituli Bruxellenſis in ſubſcriptione *Receſſuum Imper. de Anno* 1641. & 1654. & Capituli Burſchedenſis *de* A. 1654. reperitur, ut adeo ad Status Imperii referantur, & ſpeciatim quoque Burſchedenſis & Arnvellenſis Prælatus in matricula *de* A. 1471. apud *Goldaſt.* Vid. *Blum. in Proc. Cam. tit. 26. n. 44. & 50.* tandemque omnes Abbatiſſæ, etſi Principum ornatæ ſint titulo, ſolent autem hæ in Comitiis comparere per Legatos, neque enim patitur τὸ πρέπον, ut fœminæ illis conventibus, in quibus de ſumma Reipubl. deliberatur, interſint. Prælatos *Svevici* & *Rhenani ſcamni*, una cum *Abbatiſſis*, ſpeciatim 109

recenſent *Scharſchmid. ad Juſt. Sinold. cognom.* Schütz / *Coll. Jur. Publ. vol. 1. Ex. 8. th. 5. lit. c. Sprenger. cit. lib. 2. cap. 44. Schweder. d. ſect.*
110 *2. c. 6.* §. *10. Dn.* IM-HOFF. *laud. lib. 3. cap. 21. & 22.* De variis verò Principum & Prælatorum Eccleſiaſticorum, quoad proëdriam, controverſiis, confer *Cruſ. cit. tract. lib. 2. c. 9. 10. 12. & ſeq.* Et quidem inter tres Electores Eccleſiaſticos olim fuiſſe competentiam de ſesſione & loco, apparet ex *c. 3. Aur. Bull.* præſertim de jure proëdriæ ſub Henrico VII. Imper. inter Moguntinum & Colonienſem controverſiam ortam fuiſſe, ex *Cuſpinian.* liquet, quæ tamen mox ſopita eſt, ut nunc quisque ſuum in *Aur. Bull. cit. c. 3.* asſignatum locum habeat. Vid. *Juſt. Sinold. cognom.* Schütz / *cit. Ex. 8. th. 12. ibique Scharſchmid. in not. verb. Eccleſiaſtici Ordinis* &c. Nam proximus poſt *Moguntinum* eſt *Trevirenſis*, & licet interdum cum *Colonienſi* alternet, præſente quoque Cæſare ex oppoſito ſedeat, voto tamen ſemper prior eſt. Vid. *poſt Londorp. atque Oldenburg. Limn. enucleat. Gaſtel. de Stat. Publ. Europ. c. 9. n. 46.* Pauco abhinc tempore in Comitiis Ratisbonenſibus, cum Legatus *Moguntinus* ob defectum legitimationis in Collegio Electorali non admitteretur, *Trevirenſis* directorium vacans prætendebat, cui *Colonienſis* contradixit, jusque alternandi etiam ad punctum directorii extendere voluit, Trevirenſi replicante, alternationem quidem certo modo in ſedendo, non vero in dirigendo obtinere, ſed, poſtquam lites circa legitimationem motæ compo-
111 ſitæ ſunt, contentio ſuper directorio indeciſa manſit. *Abbatem* quoque *Fuldenſem* non dubitaſſe, quondam movere præcedentiæ quæſtionem ipſi *Electori Colonienſi* de ſesſione ad ſiniſtram Imperatoris, teſtes ſunt *Cranz. in Saxon. Wolff. & alii*, quos hanc in rem laudat *Cruſ. cit. lib. 2. c. 15. in fin. atq; lib. 4. c. 2. in fin.* ratio & fundamentum haud dubie fuit, quod Imperatricis ſeu Auguſtæ Archicancellarius ſit, adeoque poſt Moguntinum ſtatim ex voto locandus. Vid. *Mallinkrot. de Archicancell. S. R. I. lib. 2. c. 7.* in verbis: *Nec puto vel olim in omni antiquitate repertum eſſe, vel hodie, quàm late patet, Chriſtiano in orbe ſupereſſe exemplum Abbatis, Epiſcopis & Archiepiſcopis in ordine & honore ſesſionis prælati, ſolius intuitu monaſticæ Prælaturæ; quæ etiam res in hierarchico Eccleſiæ ſtatu non minimam paritura eſſet confuſionem, & Epiſcopalis ſtatus vilipendium. Omnino igitur dicendum erit, non alio reſpectu, jam inde à ſeculis multis, Fuldenſem*

denſem Abbatem nonniſi uni Moguntino ceſſiſſe, reliquis omnibus, ne ipſo
quidem Colonienſi Archiepiſcopo, nec etiam Magdeburgenſi, quamvis Ger-
maniæ inter Epiſcopos & Metropolitanos Primate, exceptis, præcedentia
& ſeſſione potiorem fuiſſe, quam quod Imperatricis Archicancellariatum
gereret. Proque hac proëdria conſervanda quas immanes turbas,
Henrico IV. imperante, Goslariæ in ipſa æde ſacra *Wideratus*,
Abbas monachique Fuldenſes, adverſus Hildesheimenſem Epi-
ſcopum excitaverint, *Lambertus Schaffneburgenſis* memoriæ prodi-
dit. Sequenti ſeculo *Berthous Schliko*, in Abbatem electus, cum
Magdeburgenſi Archiepiſcopo de primatu ſedendi adeo conten-
dit, ut lis ipſum quoque Imperatorem judicem poſtularet, ubi
Abbas, favore & ope Imperatricis, obtinuit, ut ſibi princeps ſeden-
di locus adjudicaretur, quemadmodum *Bruſchius* memorat. Ha-
ctenus ergo hæc controverſia deſiit, atque *Abbas Fuldenſis* in ſeſ-
ſionibus Comitiorum, æque ac ſubſcriptionibus Receſſuum, inter
Abbates, qui principali dignitate eminent, primum obtinuit lo-
cum. Vid. *Dn.* IM HOFF. *ſap. adduct. lib. 3. c. 20. §. 1. & ſeq.* De 112
præcedentia porro ſeſſione & præeminentia *Archiepiſcopi Magdebur-*
genſis, nec non de controverſia ſeſſionis, quæ inter hunc ipſum,
Archiepiſcopum Salisburgenſem & *Archiduces Auſtriæ* interceſſit, quo-
modo ſc. tempore *Caroli V.* controverſia hæc ratione ſeſſionis Mag-
deburgenſi ab Archiepiſcopo Salisburgenſi mota, inter Salisbur-
genſem & Auſtriacos alternatio recepta, Magdeburgenſi vero ſeſ-
ſionis locus inter Eccleſiaſticos plane denegatus, ab eo tamen,
proteſtatione interpoſita, jus ſuum conſervatum fuerit, videre
licet *Limn. lib. 9. Jur. Publ. c. 1. n. 142. atque Cruſ. cit. tract. c. 10. n.*
2. & ſeq. Sed & hæc controverſia exſpiravit. Adhuc hodie qui- 113
dem, in dirigendo vel ſedendo, *Archiduces Auſtriæ*, non quidem
ſingulis diebus, nec ſingulis ſeſſionibus, quod inter reliquos
Principes & Status fieri aſſolet, ſed à materia ad materiam, us-
que ad plenariam cauſæ deciſionem, cum *Archiepiſcopo Salisbur-*
genſi alternant, adeoque in ſcamno Eccleſiaſtico, etſi ſeculares
ſint, ſuas tenent ſedes, quod vel propterea factum eſſe cenſet,
cum alleg. *Gaſtel. de Stat. Publ. Europ. c. 10. n. 4.* quod, poſtquam
Archiducalem dignitatem impetrarunt, præ reliquis equidem Du-
cibus primum locum non occupare, neque tamen illis cedere vo-
luerint, adeoque cautelæ inſtar primum locum in ſcamno Princi-

 pum

Digitized by Google

pum Eccleſiaſticorum occupaverint, & hucusque obtinuerunt.
Verum *Archiepiſcopus Magdeburgenſis* ad ſcamnum transverſum, in-
ter Poſtulatos Proteſtantium, in Comitiis hactenus translatus, in
eumque Archiepiſcopatum, vi *Inſtrum. Pac. Oſnabrug. art.* 11. *§.*
ſimiliter concedatur &c. Electori Brandenburgico, in ſatisfactionem
& loco æquivalentis, expectantia tituli Ducis conceſſa fuit, quæ
ante hos decem & quod excurrit annos effectum ſuum ſortita,
114 eſt, adeoque controverſiam Eccleſiaſticam ſuſtulit. Præterea de-
ſiit lis de *Archiepiſcopi Bremenſis* prærogativa, poſtquam & hic Ar-
chiepiſcopatus cum Epiſcopatu Verdenſi ad Suecorum Regnum
ejusdemque Regem tranſiit, ita, ut harum dictionum nomine
Statum Imperii repræſentet, atque ſeſſionem & votum in Comitiis
115 Imperii habeat. Olim porro controverſiam ratione ſeſſionis inter
Epiſcopum Herbipolenſem & *Wormatienſem* intercesſiſſe conſtat, quæ
poſtmodum per voti & ſeſſionis alternationem compoſita eſt, ex-
cepto tamen primo & ultimo die, quibus Herbipolenſi præro-
gativa permiſſa fuit. Vid. cum *Goldaſt. aliisque Cruſ. d. lib. 3. c.* 13.
Cæterum iterum de novo illa controverſia inter utrosque in Co-
mitiis Imperii de An. 1640. agitari, & Wormatienſis Herbipolenſi
graviter contradicere cœpit; nec deſunt rationes, quæ ab utraque
parte adduci poſſunt, de quibus vid. *Cruſ. cit. cap.* 13. ſed tamen vi-
ces alternæ, ſub reſervatione adducta, non immerito placuerunt,
utut Herbipolenſis primas ſibi in ſubſcriptione Receſſus absque al-
ternatione debere contendat, contradicente itidem Wormatienſi.
Vid. *Londorp. Act. publ. tom. 5. lib. 1. pag. 725. Limn. Jur. Publ. ad-
dit. lib. 4. c. 9. n. 97. Franciſc. Iren. ad Burgold. p. 2. p. 35.* atque cum
116 *Sprenger. Gaſtel. de Stat. publ. &c. c. 15. n. 28. & 29.* De præeminentia &
ſeſſione Epiſcoporum *Spirenſis*, de qua fuſius egit *Lehmann. in Chron.
Spirenſ. Argentoratenſis*, qui in ſubſcriptione Receſſuum Imperii poſt
Spirenſem utplurimum collocatus reperitur, *Aichſtadienſis*, alio-
rumque, vid. iterum *Cruſ. cit. tract. c. 14. per. tot.* Et quidem
quod *Eichſtadienſem* concernit, eundem *Wormatienſi*, & conſequen-
ter *Spirenſi* & *Argentinenſi* controverſiam moviſſe, ex *Cranz. Nau-
cler.* & aliis teſtis eſt *Rumelin. ad Aur. Bull. p. 3. diſſ. 1. th. 2. lit. b.*
Conf. *Schütz. cit. Ex. 8. th. 12. lit. a.* Sed eundem hodie obtinu-
iſſe præcedentiam contra Spirenſem & Argentinenſem, cum alleg.
Sprenger. in Luter. Stat. moder. aſſerit *Gaſtel. c. 15. n. 32.* ac propterea
ad

Digitized by Google

ad *Londorp. contin. Act. publ. tom. 7. lib. 6. c.* 114. *& ſeq. usque ad c.* 130. provocat, inſimulque addit, quod ibidem *decretum Imperatoris* inveniatur. Sed enimvero licet varia præcedentiæ acta inter 117
Epiſcopos, Eichſtadienſem & Spirenſem, apud *Londorp. cit. loc.* reperiantur; *Decretum Cæſareum* tamen, *d. lib. 6. c.* 130. allegatum, non eſt deciſivum, ſed ad Directorium Moguntinum, das Chur-Mayntziſche Reichs-Directorium, propterea ſolum propoſitum, um das beygeſchloſſene Biſchöfl. Eychſtättiſche Memorial ad Dictaturam zu geben/ und neben ſeinen auch des Fürſten Raths Gutachten einzuſchicken. Invenitur equidem apud *Londorp. contin. cit. lib. 6. c.* 147. memoriale Epiſcopi Eichſtatenſis *d.* 5. *Jul.* 1653. cui hæc inſerta legimus verba: Obwoln nun Keyſerl. Maj. in erſtberührter Præcedentz-Strittigkeit einiges Decretum jüngſter Tagen ausfertigen laſſen; Alldieweiln aber &c. obangeregtes Decret auch zumaln dahin zielet/ daß obverſtandene Strittigkeiten innerhalb 6. Wochen endlich decidiret/ indeſſen aber zwiſchen beyden hohen Partheyen in Sitzen und Gehen alterniret werden ſolle &c. Sed hæc ipſa verba monſtrant, id nil niſi alternatione interimiſticam præ ſe ferre, hancque ob cauſam ſine dubio Epiſcopis his, *Spirenſi* ſcil. & *Eichſtadienſi*, alternationem adſcribit *Dn.* IM-HOFF. *cit. lib.* 3. *c.* 2. §. 2. Alii vero eosdem inter ſe de prærogativa competere, aſſerunt. Vid. *Schem. ſeſſ. apud Londorp. contin. cit. lib. 6. c.* 137. Inter *Brixienſem* & *Baſileenſem* Epi- 118
ſcopos itidem controverſias, in Comitiis Ratisbonenſibus de An. 1654. ſuper prærogativa ſeſſionis & voti motas, per transactionem ita compoſitas eſſe aſſerit *Limn. in addit.* J. *P. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 97. ut in prædictis quidem Comitiis Ratisbonenſibus Brixienſis ſeſſione, voto & ſubſcriptione ante Baſileenſem eſſet, in ſubſequentibus autem omnibus Baſileenſis præcederet; Sed ſi *Baſileenſis* in omnibus ſubſequentibus Comitiis præcedentiam perpetuam ſibi vindicare voluiſſet per hanc transactionem, ante eam non propoſuiſſet *alternationem* de die in diem, Brixienſis verò alternationem alternis Comitiis deſideraſſet. Probabilior itaque eſſe videtur aliorũ J. P. Scriptorum ſententia, *Brixienſem* & *Baſileenſem* Epiſcopos adhuc hodie *alternationem* circa ſeſſionem, votum & ſubſcriptionem obſervare; cui ſubſcribit quoq; *Dn.* IM-HOFF. *cit. lib.* 3. *c.* 2. §. 2. Al- 119
ternationem denique in hoc ipſo ſcamno inter ſe invicem recepe-

Digitized by Google

r nt Epiſcopi *Leodienſis*, *Monaſterienſis* & *Oſnabrugenſis*, quæ quoad poſteriorem nonniſi eo caſu locum habet, quo Præſul ejusdem Romano-Catholicæ religioni eſt addictus. Poſtquam enim per *art. 13. Inſtrum. Pac. Cæſar. Suevic.* in favorem Domus Brunſuicenſis ſancitum fuit, ut alternis vicibus Romano-Catholicus & Evangelicus, isque ex familia Ducum Brunſuicenſium, Oſnabrugenſi Epiſcopatui præeſſet, hic ipſe transverſum ſcamnum cum Lubecenſi Epiſcopo occupavit. Quod ſi tamen, juxta *cit. art. 13. Inſtrum. Pac.* adminiſtratio Epiſcopatus Oſnabrugenſis ad Romano-Catholicum reverti contigerit; dubium non eſt, hunc ipſum, vi alternationis inter ipſum & Epiſcopos Monaſterienſem & Leodienſem introductæ, ſeſſionis ac voti ſibi competentis

120 ordinem obſervaturum. *Gaſtel. c. 28. n. ult.* Inter *Abbates* quoque ad *Principale faſtigium* evectos, *Elbacenſem* ſcil. & *Murbacenſem*, de proëdria jam à longo tempore litem motam fuiſſe, ex *Cruſ. d. lib. 2. c. 18.* & *Limn. addit. Jur. publ. d. c. 9. n. 97.* liquet, hæcque controverſia in Comitiis Ratisbonenſibus de Anno 1654. iterum incaluit, dum Murbacenſis & Ludrenſis Legatus contra Præpoſitum Elbacenſem in puncto præcedentiæ obtulit memoriale, relatum à *Londorp. contin. Act. publ. lib. 6. c. 538.* cui reſponſum eſt ab *Elbacenſi* apud *Londorp. cit. lib. 6. c. 586.* ex quibus ſcriptis perſpicere licet, quam operoſi fuerint litigantes in deducendis ſuis præeminentiis, & refutandis adverſariorum argumentis, ad cujus controverſiæ compoſitionem alternas vices, poſt *Limn. cit. c. 9. n. 97.* ipſis adſcribunt *Cruſ. de Præced. lib. 2. c. 18. n. 4. Sprenger. lib. 2. Inſt. Jur. Publ. c. 44. atque Scharſchmid. ad Schütz. d. Ex. 8. th. 5. lit. C.* quibus ſuffragri videtur votum Murbacenſe apud *Londorp. contin. tom. 5. lib. 1. ſeſſ.* 153. ad alternationem cum proteſtatione ſe referens; alii verò eosdem inter illos numerant, qui de præcedentia inter ſe contendunt ac competunt, quorum ſententiam adjuvat faſciculus literarum, hanc ob controverſiam ab utroque competentium, pro deducendis utrinque juribus, in Collegio Procerum Imperii oblatarum. Aperiet tandem aliquando præſentium Comitiorum anxiè exoptati Receſſus ſubſcriptio, an in alternativam hi litigantes compromiſerint, an verò eorundem

121 altercationes per ſententiam Imperatoris diremtæ fuerint. *Abbati* tandem *Corbejenſi*, ratione præcedentiæ & ſeſſionis, hoc ipſo ſeculo

ſeculo controverſiam ab *Abbate Stabulenſi* motam fuiſſe, teſtis eſt *Cruſ. cit. c. 18. n. 5.* & conſtat ex actis Comitiorum *de* A. 1640. *Abbatem Corbejenſem*, ratione ſeſſionis, proteſtationem & contradictionem contra Stabulenſem interpoſuiſſe: fundamenta, quæ pro Corbejenſi contra Stabulenſem adduci poſſunt, recenſet *Cruſ. c. 18. n. 6. & ſeq.* Hi ergo inter ſe de præcedentia adhuc contendunt, ut proteſtationes & reproteſtationes, hanc ob rem interpoſitæ, apud *Londorp. cit. loc. ſub voce* Corbey comprobant. Dede- 122
runt controverſiæ iſtæ, cum aliis ſimilibus inter Principes ſeculares exortis altercationibus, in ſingulis fere Comitiis diſputationum & litium anſam maximam, ut propterea *Zamoiſcius*, Regni Poloniæ Cancellarius, dixiſſe feratur: *Germanos in ſuis Comitiis ferè nihil agere, quàm ut de ſeſſionibus digladientur.* Vid. *Kirchner. l. 1. de Leg. c. 5.* ex eoque *Scharſchmid. ad Schütz. cit.* Ex. 8. *th.* 12. Optandum ergo eſſet, nova quadam conſtitutione, cum Electorum & Principum conſilio & aſſenſu, huic rei ſalubria ut adferrentur remedia, quorum quædam proponit *Arum. de Comit. c. 7. n. 187. & ſeq.* Imperatoriſque authoritate, ut laudabiliter à Carolo IV. Imperatore *in A. B. c. 3.* circa Electorum ſeſſionem factum, reliquorum quoque Principum ac Statuum controverſiæ componerentur, verba ſunt *Schütz. cit. Ex.* 8. *th. 12. lit. 4.* Sed tamen eaſdem hodie in Comitiis non adeo frequentes amplius eſſe videmus, cum in primis ſeſſionibus ſemel pro ſemper proteſtationes interponantur. Vid. *Londorp. contin. Act. publ. cit. l. 6. c. 138. §. 4.* in verbis: Zu Anfangs der Reichs-Verſammlung/ wann die Complimenten bey der erſten Seſſion werden abgeleget/ lauffen viel Proteſtationes unter/ als &c. werden aber nach der erſten Seſſion allgemach/ zu Erſparung der Zeit / eingeſtellt und unterlaſſen/ atque cum *Sprenger, Scharſchmid. d. l.* Alias inter ejuſdem Eccleſiaſtici ordinis viros de prærogativa contentiones, in Polonia, Gallia & Italia exortas, recenſent *Hiſtorici* paſſim, & *Limn. l. 4. Jur. Publ. c. 9. num. 5. & ſeq.* nec non *Cruſ. de Præcedent. ſup. cit. lib. 2.* paſſim.
Sed enimvero, an usque adeo horum ordini, qui ad exemplum 123
& monitum Chriſti *Matth. 20. v. 27.* inſtituendus erat, conveniant hæ quæſtiones, non immerito quidem dubitari, hoc dubium autem vel maxime exinde reſolvi poteſt, quod, ſtante receptione in ordines Imperii & regnorum, nec non ſuppoſita jam olim con-

ceſſa

ceſſa prærogativa gradus, hæ controverſiæ reprehendi, aut ſuperbiæ ac ambitionis vitio inſimulari nequeant. Sua ſiquidem tueri, etiam Jure Naturæ permiſſum invenimus, eſtque locus & præcedentia muneris publici & honoris pars haud exigua, ad ordinem reipubl. pertinens; quare, ne confuſio & turbatio officiorum oriatur, de ejusdem jure experiri poſſumus, vid. *R. I. de A.* 1500.
114 *cit.* Wie die Irrungen der Seſſion &c. 51. Deciſio autem harum controverſiarum, quæ eſt vel *plena*, qua lis penitus dirimitur, vel *proviſionalis*, qua ad tempus ſuſpenditur ac ſopitur; quod contingit per alternationem, in Imperio ad Imperatorem pertinet, per *cit. Receſſ. Imp.* & quidem tanquam reſervatum, quamvis inficias ire nequeamus, Imperatorem ſæpius, in controverſiis harum ſeſſionum dijudicandis, Procerum Imperii conſenſum atque etiam conſilium, ſive das Gutachten des Fürſten Raths deſuper requiſiviſſe, quod quidem Electoribus minus probatur, vid. *Decret. Cæſar. apud Londorp. cit. l. 6. c.* 130. *atque Scharſchmid. d. Ex. 8. th.* 13. ex ſingulari tamen modeſtia factum eſt, & ne Status habeant, quod
115 conquerantur. Prærogativæ huic adhærent, ipſique ſine dubio majorem dederunt anſam, (V) *Functiones* eminentes Epiſcoporum *Cancellariatus* & *Archicancellariatus*, quæ monent, ut data occaſione de nominis Cancellarii & Archicancellarii origine quædam præmittamus. Et quidem conſtans Eruditorum opinio eſt, Cancellarii nomen vetuſtiſſimis temporibus penitus incognitum fuiſſe, nec multò ante Vopiſci tempora uſurpari cœptum, propterea quod nulla ejus verbi in *Pandectis* occurrat mentio, ſed tantum apud prædictum *Vopiſcum* in *Carin.* in verbis: *Præfectum urbis unum ex cancellariis ſuis fecit, quô fœdius nec excogitari poterat aliquando, nec dici*, atque *ſub rubric. Cod. Theodoſ. & Juſt. de Aſſeſſor. domeſt. &*
116 *cancell. Jud.* Sed hanc ſententiam *Claud. Salmaſ. ad Vopiſc. Carin.* reprobat, negatque collectionem, quod propterea, quia nulli in Digeſtis memorantur cancellarii, illorum JCtorum ætate nulli quoque extiterint, imprimis cum cancelli, à quibus ſecundum plures dicuntur, etiam Jure conſultorum illorum ætate memorentur; quanquam non ita exactè conveniat inter Scriptores, præſertim antiquiores, num cancellarii nominis originatio à cancellis petenda ſit, uti volunt *Jul. Cæſ. Bulenger. de Imp. Rom. l. 2. c.* 23. atque *Spelmann. in Gloſſ. verb. Cancellarius*, qui cancellos feneſtratas januas

nuas reticulatas tralucentes, ſive feneſtratas partitiones, ingreſſum non viſum prohibentes, eſſe cenſent; an verò potius à cancellando. Equidem *Azo in ſumm. Cod. de Aſſeſſ. n. 3.* & poſt eum 127
Hotmann. de V. Sign. verb. Cancellarius (qui id εὕρημα ſibi tribuit) cancellarium actuarium interpretantur, indeque ductum nomen cenſent, quod ejus officium, id eſt, (ut inquit *Hotmann. cit. loc.*) cellula, in qua ſcribere conſuevit, cancellis munita ſit, hocque *Hotmann.* Argentorati primum, cellæ Actuariorum, quam illi cancellariam appellant, forma & exemplo admonitus, obſervaſſe fatetur. Alii verò, interque eos *Jacob. Gothofr. ad l. 3. C. Th. de Aſſeſſ. domeſt. & cancell.* cancellarium tum à cancellis, tum à cancellando, dictum eſſe putant. Cancellare enim idem eſſe dicunt, quod delineare, lineas ducere in obliquum & transverſum, unde cancellari & cancellandi nomina in diſciplina finium regundorum pro limitibus, terminis & limitatione accipi, tradit *Gothofr. cit. loc.* Quondam enim cancellarii tum in domo Auguſta, ſeu apud Imperatorem, tum in officio judicum ſive magiſtratuum, quà urbanorum, quà provincialium, quà illuſtrium, quà ſpectabilium ac clariſſimorum, nil niſi nomen miniſterii geſſerunt, ut adeò hac ætate non mediocris, verùm omninò nullius participes fuerint dignitatis, ideoque *Vopiſc.* cum *in Carin.* dixiſſet, eum præfectum urbi unum ex cancellariis ſuis feciſſe, ſubjecit: *nec fœdius potuiſſe aliquando excogitari, nec dici*, quia ſc. ſumma tum præfecturæ urbanæ dignitas erat; cancellariorum verò nulla penitus. Hanc lectionem equidem ſe vix concoquere poſſe, fatetur. *Hot-* 128
mann. c. l. quare pro *cancellariis Ancillariis* legendum eſſe cenſet, vel maximè propterea, quod hoc nomine *Vopiſc.* alibi lenocinii ac libidinis miniſtros indicet; Sed enimverò eandem, juxta ac *Vopiſci* mentem, ex *Agathia* & *Caſſiodoro* penitius declarat *Jac. Gothofr. ad Cod. Theod. cit. l.* & demonſtrat, quod cancellarii fuerint miniſtri, quibus ſecretarium eſt commiſſum ad turbam ſubmovendam, & ne qui tumultus, ut fieri ſolet, in turba audirentur, neve promiſcua cuivis ingrediendi ſecretarium poteſtas eſſet. Breviter: in ſecretario obſervando cuſtodes erant, unde nomen cancellariorum eis impoſitum fuiſſe videtur, nempe, quod omnis eorum opera in cancellis ſecreti ſeu ſecretarii eſſet, ſive quod ad cancellos hærerent; igitur ut à velis velarii, ita à cancellis cancellarii

dicti ſunt. vid. *Bulenger. cit. c. 23.* ubi de cancellariis & velariis conjunctim agit, nec non *Cruſ. cit. tr. l. 4. c. 2. n. 5.* Ex quibus inſimul apparet, eos quoque à ſcribis diſtinctos fuiſſe, ut proinde minus ſint audiendi, qui cancellariorum nomine ſecretarium, ſcribam ſeu graphiarium intelligunt, quaſi intra cancellos ſcribendis epiſtolis, edictis, relationibus, reſponſis & ſententiis operam dederint.

129 Sed poſtea Cancellarii nomen ad varia flecti cœpit, inde factum, ut eo cenſerentur ſcribæ, antigraphei &c. de quorum munere vid. *Nov. Conſtantin. & LL. Longobard. l. 2. c. 20.* hocque reſpectu Cancellarii illorum loco erant, qui hodie in aulis Principum Secretarii nominantur, *Cruſ. cit. loc. num. 6. & ſeq.* qui id ipſum per conſtitutionem *Car. M. apud Goldaſt. tom. 3. Conſt. Imperat.* comprobat, quæ vult, ut *nullus Cancellarius pro ullo judicato aut ſcripto aliquid amplius accipere valeat, niſi dimidiam libram argenti de majoribus ſcriptis.* Ad hanc ætatem pertinere videtur, quod Cancellarios, pro locorum ac Autorum varietate, multiplici appellatione innotuiſſe, doceat *Spelmann. in Gloſſ.* qui eos ſcribas, notarios, graphiarios, ſecretarios, ſcriniarios, bibliothecarios, apocriſiarios, capellanos, actuarios, tabelliones &c. appellatos eſſe refert.

130 Tandem tractum hoc nomen ad ſummum ſecreti Magiſtrum & quæſtorem in Conſiſtorio, ſeu aula regia, ſicque ſub Imperatoribus junioribus & Regibus Francorum, maximi honoris officium fieri, & eò aſcendere cœpit Cancellarii dignitas, ut qui apud Romanos fuerunt Quæſtores S. Palatii, & apud Byzantinos Logothetæ, nunc cancellarii, non tam à cancellis, ſed potius à cancellando vocentur. *Jac. Gothofr. cit. loc. Cruſ. d. l.* A Palatio Imperii translata porro eſt hæc Cancellarii dignitas ad Conſiſtorium Eccleſiæ, ævo incerto, ſed antiquo, ex mente *Spelmann. in Gloſſ. ſub verb. Cancell.* qui æque ac *Mallinkrot. de Archicancell. S. Rom. Imp. lib. 2. c. 2. c. 5.* conjicit: *Hieronymum* Damaſi Papæ cancellarium fuiſſe, licet nomen non innoteſceret,

131 hæcque functio in aula Pontificis in tantum crevit, ut inter Cardinales, qui cancellarius erat, propter excellentiam dignitatis cum Papa de pari contendere auſus fuerit gloriâ, quam ob cauſam Papa etiamnum Cancellarii dignitatem ſibi reſervare, & nonniſi Vice-Cancellarium conſtituere dicitur. vid. poſt *Chaſſan. in Catal. glor. mund. p. 4. conſid. 13. Mallinkrot. cit. c. 5.* nec non

Dn.

Dn. Strauch, Amœn. Jur. Can. Eclog. 2. c. 12. per tot. qui inſimul addunt, eundem antiquiſſimis temporibus Notarium primicerium, Protoſcriniarium, &, quia Bibliothecam curabat, etiam Bibliothecarium vocatum eſſe. Tranſiit denique hæc dignitas in aulas omnium Europæorum Principum, nec non in ſcholas & univerſitates, & quidem ad has poſteriores eâ occaſione, de qua in antecedentibus *c. 10. n. 49.* egimus. Neque ſolum Cancellarii, 132
ſed etiam Archicancellarii invaluit ſplendor, qui cancellariatu ſuperior eſt, & dignitas titulo notior, quam muneris exercitio, ut loquitur *Spelmann. cit. loc.* Sciendum autem eſt, vocabulum archi, uti à Latinis exprimitur, ab ἀρχὸς, quod Græcis dicitur Princeps, deſumtum, variisque perſonis tum Eccleſiaſticis tum ſecularibus, interque eas cancellariis, præcipue verò Epiſcopis & Archiepiſcopis tributum eſſe, qui, ut paulatim cancellariatus moleſtias exuerent, & Eccleſiis ſuis liberè vacarent, munus per vicarios exequi cœperunt, ex mente *Spelman. cit. loc.* ad cujus aſſerti confirmationem chartam antiquam Mindenſis Eccleſiæ producit, in qua hæc leguntur: *Wintherus Cancellarius, vice Bardonis Archicancellarii* (hoc privilegium) recognovi. Conſimiles hujus ſubſcriptionis formulas referunt *Lehmann. in Chron. Spirenſ. l. 2. c. 7.* quod ſcil. Amelbertus, Cancellarius, ad vicem Luberti, Archicancellarii, & Erneſtus, Cancellarius, ad vicem Theotmari, *Archicapellani*, quo nomine Archicancellarii pariter inſigniti ſunt (ut notat *Mallinkrot. de Archicancell. l. 1. p. alter. p. 53. atq. p. 119.* ubi capellanorum derivationem addit) recognoverit. Hoc ipſum au- 133
tem Archicancellarii nomen & officium à Francis ad Nos tranſiiſſe, omniumque primum, qui hoc nomen titulumque uſurpavit (quantum indagare licuit) S. Cunibertum, Epiſcopum Colonienſem, fuiſſe, teſtatur *Mallinkrot. de Archicancell. part. pr. p. 6.* Poſt Cunibertum varios eo nomine uſos, nec uni alicui Epiſcopatui illam dignitatem ſine revocatione, vel, ut aliàs loquimur, privativè delatam eſſe, idem *Mallinkrot. d. l.* exiſtimat, usque dum ſub *Ottone I.* Imperatore Moguntinæ Eccleſiæ, cui tum *Wilhelmus* Ottonis filius præerat, illud Archicancellarii encomium una cum re in perpetuum collatum fuit, etiam in hunc diem non interruptâ ſerie retentum, quod, num privilegio & voluntate Imperatoris expreſſa, an tacita, contigerit, certo definiri nequit. Se-

134 quentibus temporibus *Trevirenſis* quoque & *Colonienſis*, Archiepi-
ſcopi, dignitatem Archicancellariorum conſecuti ſunt, ſed tem-
porum momenta, quando hæc contigerint, ob ſilentium Hiſto-
riarum nos latent, ut adeo difficile ac fortaſſis impoſſibile eſſe
cenſeat *Mallinkrot. cit. part. pr. membr. 3.* hujus communicationis
certum & circumſcriptum tempus demonſtrare, interim ea, quæ
ex documentis veteribus hanc in rem elici poſſunt, in medium
135 profert & conſiderat. Hodienum ergo Archiepiſcopi *Moguntinus*,
Trevirenſis & *Colonienſis* Archicancellarii munus gerunt; *Moganti-
nus* equidem per *Germaniam*, *Trevirenſis* per *Galliam* & *Regnum Are-
latenſe*, quibus nominibus non integram Galliam, ſed quicquid
ejus ad Burgundicum regnum pertinuit, quod ſeculo XI. Germa-
niæ jungi cœpit, intelligit *Conring. de Elect. th. 43.* *Colonienſis* vero
per *Italiam*, h. e. per regnum Longobardorum, & reliquias ve-
136 teris Imperii Romani, uti explicatur à *Conring. cit. loc.* Neque
hæc Archicancellariatus *Trevirenſis* & *Colonienſis* jura hodie extin-
cta ſunt, ceu multi opinantur. Etſi enim diffiteri haud quea-
mus, Imperatores diu vel Italia abſtinuiſſe, vel nihil in eadem
tentaſſe, & regnum quoque Arelatenſe à Gallis occupatum eſ-
ſe, ut hoc modo utrique Electores Archicancellariatus officio
hactenus functi non ſint; Nemo tamen exinde inferre poteſt
aut debet, quod per talem non uſum amiſſa ſit hæc digni-
tas. Ut enim quis privilegio excidat, neceſſe eſt, utendi quis
habuerit occaſionem, quæ quia his Electoribus defuit,
137 ipſorum jus haud perire potuit. Præter hos Imperii Archican-
cellarios datus eſt Romanæ Imperatrici Archicancellarius,
quâ dignitate hactenus *Abbates Fuldenſes* polluerunt, & qui-
dem jam inde per quadringentos annos, ut *Browerus* ſcribit.
De re ipſa dubitari nequit, præcipua ſolum de tempo is antiqui-
tate eſt difficultas, longeque altius, quàm à Brovvero fit, ho-
noris hujus origines repetendæ ſunt. *Ad minimum* enim, *ſi non
affirmare, ſuſpicari licebit*, verba ſunt *Mallinkrot. cit. tract. l. 2. c. 7.*
*ad Ottoniana felicia tempora initium hujus Archicancellariatus redigi
poſſe. Admodum enim veriſimile eſt*, quamprimum Moguntina
Sedes ſibi proprium *fecit ipſius Auguſti Imperiiq; per Germaniam Ar-
chicapellanatum, quod ſub primo Ottone contigiſſe* &c. *oſtenſum eſt*,
*etiam de Fuldenſi Eccleſia non abſimili honore ſublimata cogitandam
fuiſſe*,

fuiſſe, cujus rei geminam cauſam ſtatuit, & in ſeq. prolixius deducit. De Galliæ, Poloniæ, Angliæ, Caſtiliæ aliorumque regno- 138
rum Cancellariis vid. *Mallinkrot. cit. tr. l. 2. c. 6. atq; Becmann. Not. Dign. diſſ.* 15. *c.* 1. §. 7. ex quorum traditis affatim liquet, jam inde à remotiſſima vetuſtate apud pleroſque orbis Chriſtiani reges, vix alios, quam Epiſcopos, aut brevi ad Epiſcopatus provehendos, hoc munus ſubiiſſe, idque ipſum comprobant quoque *Limn. l. 8. Jur. Publ. c. 1. n. 45. atq; Lehmann. in Chron. Spir. l. 2. c.* 7. in verbis: Der Ertz-Cantzlar iſt Geiſtliches Standes / gemeiniglich ein Diacon oder Prieſter von Anfang / aber in folgenden Zeiten mehrentheils Biſchöfflichen Standes geweſen. Cur verò Archicancellariorum & 139
Cancellariorum officium Clericis & Epiſcopis demandatum fuerit, ejus cauſas jam antea in *c. 10. huj. Tr.* deduximus, atque *Mallinkrot. cit. c. 6.* uberius evolvit, dum demonſtrat, ſecularibus in Germania Principibus ab illo tempore, ex quo Cancellariorum operâ uti cœperunt, nil magis curæ & in votis fuiſſe, quam ut conſilii ſui primicerios ad vacantem aliquam in vicinia cathedram ſtudio & gratia ſua eveherent, hocque modo emeritæ militiæ donativo eos honorarent, cujus rei plura exempla Auſtriacorum aliorumque Principum, Bavarorum, Saxonum, qui hoc modo erga ſuos officioſi fuerunt, adducit. Sic ergo per laborioſiſſimam cancellariatus functionem ad ſacros hos honores ſibi plures aditum conciliarunt, dimiſſa deinceps profana ſarcina; quamvis non diffiteamur, illuſtriora eſſe exempla, quæ cum Epiſcopatu Quæſturam Palatii, legumque cuſtodiam conjunctam fuiſſe demonſtrant, quorum, ut Germaniam noſtram prætereamus, ex Gallicis, Polonicis, Hungaricis, Anglicanis aliisque Cancellariis prolixiorem recenſet catalogum *Mallinkrot. cit. loc.* quæ conjunctio ſine dubio propterea invaluit, quod præſertim in Germania apud ſolos clericos doctrinæ aliquid reſidere, ſicque omnis ferè eruditio monachorum clauſtris incluſa remanſiſſe videretur, quam rationem poſt *Carpz. & Burgoldenſ.* probat quoque *Gaſtel. c. 9. n. 9.* Præter 140
Cancellariatus dignitatem etiam hanc prærogativam (VI) ſacro Ordini, inque eo *Archiepiſcopis* præſertim, conceſſam eſſe videmus, quod *Inaugurationes regiæ* ab iis peragantur, quod Hiſtoriæ omnium ferè locorum comprobant, cujus cauſa eſt, non ut regibus novum aliquod jus ita conferatur, quippe quod beneficio

 ſuc-

Digitized by Google

ſucceſſionis aut electionis jam habent, ſed ut obſequium ac reve-
rentia Deo & religioni exhibeatur. Sic ergo inauguratio quoad
Regem Hiſpaniæ à *Toletano Archiepiſcopo*, quoad *Regem Portugalliæ* ab
Archiepiſcopo Bracarenſi, quoad *Regem Galliæ* ab *Archiepiſcopo Rhe-*
menſi, quoad *Regem Angliæ* ab *Archiepiſcopo Cantuarienſi*, quoad *Re-*
gem Hungariæ ab *Archiepiſcopo Strigonienſi*, quoad *Regem Poloniæ* ab
Archiepiſcopo Gneſnenſi, quoad *Regem Bohemiæ* ab *Archiepiſcopo Pra-*
genſi, quoad *Regem Sueciæ* ab *Archiepiſcopo Upſalienſi* etiamnum per-
agitur: quoad *Regem* vero *Daniæ* quondam ab *Archiepiſcopo Lun-*
denſi, tandemque quoad *Imperatores Conſtantinopolitanos* à *Patriar-*
141 *chis* iſtius loci peracta eſt. In *Germania noſtra*, tenore *A. B. c. 4.*
§. 3. Archiepiſcopo Colonienſi jus primum diadema regi imponendi,
adeoque Imperatorem, ejusque Conjugem auguſtam conſecran-
di tribuitur, & quidem ſine diſtinctione; Sed tamen, quia ante
A. B. modo Moguntinus, modo Colonienſis Archiepiſcopi id de-
prehenduntur exercuiſſe, atque ſeculo ſuperiori in coronatione
Maximiliani II. quam Colonienſis, ob defectum propriæ conſecra-
tionis, peragere haud poterat, occaſio fuit oblata Moguntino,
illam extra diœceſin Colonienſem, Francofurti ſcil. rurſus exer-
cendi, ſicut & ſucceſſu temporis *Rudolphus*, *Matthias*, *Ferdinan-*
dus II. & *III.* eundem Moguntinum habuerunt conſecratorem:
aſt tandem, cum *Ferdinandus IV. a. 1653. Ratisbonæ* inaugurandus
eſſet, atque munere hoc itidem fungi vellet Moguntinus, inter-
ceſſit Colonienſis, contendens, ſibi ex veteri conſuetudine, ac di-
ſerta *Aureæ Bullæ* lege, deberi jus Imperatorem conſecrandi, qua
ratione occaſionem ſcribendi nacti ſunt eruditi, his pro Mogun-
tino, illis pro Colonienſi calamos ſtringentibus, atque diſquiren-
tibus: uter illorum Archiepiſcoporum, extra diœceſin Colonien-
ſem, (intra quam Colonienſi hoc jus ne Moguntinus quidem
denegavit) coronandi polleat facultate, ſed, laudando pacis &
concordiæ exemplo, res amica transactione ita compoſita eſt, ut
quilibet tranſigentium, Moguntinus ſc. & Colonienſis, actum
coronationis in ſua diœceſi peragerent, extra utramque vero alter-
natio locum haberet. Formulam transactionis *Limn. ad A. B.*
c. 4. §. 3. obſerv. 4. Gaſtel. de Stat. publ. Europ. c. 9. num. 44.
Sprenger. & alii proponunt, eam tandem ratam habuerunt *Ca-*
142 *pitulat. Auguſtiſſimi Leopoldi art. 37.* & *Joſephi art. 36.* Partes hu-
jus

jus *Inaugurationis* tam in *Unctione*, quàm in *Coronatione* conſiſtunt. Quoad *priorem* imbuuntur à Conſecratore Imperatoris *caput*, *cervix*, *uterque humerus*, *brachium dextrum & manuum vola*; quanquam enim nonnulli Galliæ regibus hoc præcipuum aſſignent, quod illi ſoli in capite inungantur, atque *Innocent. III. in c. un. X. de Sacr. unct.* §. *unde &c.* nullum omnino regem, atque ſic nec Galliæ in capite ungendum eſſe velit; aliud tamen in Germania ſemper obtinuit. Docet namque *Lehmann. lib. 5. Chron. Spirenſ. c. 3.* antiquiſſimorum Imperatorum capita peruncta fuiſſe, idque ipſum adhuc hodie peragi, apparet ex traditis *Becm. cit. tract. diſſert. 4. cap. 2.* §. *5.* poſtquam varia de hac unctione atque de *ampulla Remenſi* propoſuit. Quoad *poſteriorem* verò notandum, eam à ſolo conſecratore non peragi, ſed omnes potius Eccleſiaſticos Electores ſociis manibus coronam capiti novi Regis imponere, ita tamen, ut conſecratoris ſit, ſolennia verba dicere, de quibus vid. *Script. Jur. Publ.* paſſim, atque *Schweder. Introd. Jur. Publ. part. ſpec. ſect. 1. cap. 2. §. 33.* In hoc ipſo vero conſecratore ante omnia requiritur, ut ſit ſacris ordinibus legitime initiatus & conſecratus. Quapropter vel Trevirenſem Archiepiſcopum conſecratio quandoque, ſed nonniſi *mera neceſſitate* flagitante, devolvitur, cum ſcil. *Moguntinus* & *Colonienſis* eam ob canonicum impedimentum peragere prohibentur, exemplum hujus devolutionis, utut rarioris, noſtra ætas vidit in *Philippo Chriſtophoro, Archiepiſcopo Trevirenſi, Ferdinandi II. Cæſaris Conjugem, Eleonoram Mantuanam, Ratisbonæ conſecrantem*, quia ſolus tum ex Electoribus Eccleſiaſticis ſacerdos erat. Vid. *Schweder. cit. §. 33. in fin.* Præcipue (VII) Epiſcoporum dignitas ab illis temporibus eminentior reddita eſt, quibus in variis regnis peculiarem Statum conſtituere & ordinibus regni adſcribi cœperunt, ad cujus honoris acquiſitionem non parum momenti attulit reverentia ſacerdotibus, etiam apud gentiles & veteres Germanos, exhibita, quam egregia comprobant loca apud *Tac. de mor. Germ. c. 7. & 11.* & *Lehmann. in Chron. Spir. lib. 2. c. 15.* præcipue verò, ad tantam dignitatem ut aſcenderent, effecit, quod nobiliſſimi quoque homines ad munia ſacra adſpirarent, quodque barbaris iſtis ſeculis ſoli fere qualemcunque literarum cognitionem haberent, qui ſacris ſe addixiſſent. Inde dum alii, bello & armis intenti, ſtudio-

143 (margin, beside "Quoad poſteriorem")
144 (margin, beside "Quapropter vel Trevirenſem")
145 (margin, beside "Præcipue (VII)")

Digitized by Google

ſtudiorum curam ſolis reliquerunt clericis, Epiſcopi, literis imbuti, & circa honorum aucupia ſoliciti, facillime impetrarunt, ut ad conſilia aulica vocarentur, illisque præficerentur officiis,
146 quæ ſine adminiculo literarum obiri nequeunt. Has ob cauſas etiam Imperatores & Reges Francorum, ſine eorundem conſilio, nullum bellum ſuſceperunt, vel prælium commiſerunt, aut negotium peregerunt, ſed eos potius eminentiſſimarum functionum, imo & ipſorum Comitiorum participes eſſe voluerunt, ut per *LL. Aleman.* & *Car. M.* nec non *Car. Craſſi* conſtitutiones, tanquam teſtimonia certiſſima comprobat *Lehmann. in Chron. Spir. cit. c.* 15. in verbis: Daß dann die Biſchoffe die Obriſten in Kirchen-Regiment bey Regierung der Fränckiſchen Teutſchen König / der König und Keyſer fürnehmſte Räthe geweſen / und mit und neben denen Reichs-Ständen in allgemeinen Verſammlungen / da man von Religions-Sachen / guter Policey &c. Berathſchlagung gepflogen / geſeſſen und den Oberſten Stand / Stimm und Seſſion / nechſt den Königen gehabt / iſt aus vielen Exempeln zu vernehmen &c. Huc pertinent, quæ ulterius proponit & per varias autoritates deducit *Myler. ab* Ehrenbach. *in Archolog. c. 12. n. 1. & ſeq.* ut adeo, jam ab antiquiſſimis Imperii Germanici temporibus, atque ipſius *Car. M.* ætate, eos Comitiorum participes fuiſſe, ex *Adelhardi*, cognati & conſiliarii Carolini, *libell. de Ord. Palat.* recte obſervaverit *Schweder. cit. part. ſpec. ſect. 2. c. 6.* §. 2. verba huc facientia ita ſe habent: *In quo placito generalitas univerſorum majorum* (add. & minorum)
147 *tam Clericorum, quam laicorum, conveniebat;* Appoſite ergo *Autor Act. Lindav. Dan. Heider. lit. rr. fol. 586.* loquitur: Daß die Biſchöff und auch etliche Aebt / noch vor / bey und nach der Fränckiſchen Könige und Keyſer Regierung / derſelben fürnehmſte Räth geweſen / welche mit und neben denen Reichs-Officiren und Ständen / in allgemeinen Verſammlungen / da man von Religions-Sachen / guter Policey und Diſciplin Berathſchlagung gepflogen / Seſſion / auch die oberſte Stelle / Stimm und Sitz nach dem König gehabt / alſo unter dem generali complexu des Worts Principum Regni oder Fürſten &c. mit verſtanden und begriffen worden. Credebant enim, ut innuimus, hi aliique Imperatores, tum recte omnia proceſſura, ſi religionis antiſtites ſuis conſiliis præſentes haberent. Vid. *Schütz. Coll. Jur. Publ. vol. 1. Ex. 8. th. 4. lit. a. Matth. Stephan. de Jurisd.*

lib.

lib. 3. p. 1. c. 14. num. 16. atque Vitriar. lib. 1. Inſt. Jur. Publ. tit. 15. §. 2. Hac ergo ratione invaluit, ut non ſolum in Imperio noſtro, 148
ſed & in Anglia, Hiſpania, Gallia, Polonia, Hungaria aliiſque regnis peculiarem Statum & ordinem regni hucusque conſtituerint. In Anglia titulo Eccleſiaſticorum procerum inſigniuntur; In Gallia inſimul titulum conſiliariorum regis ferunt, utut ſine reali ſeſſione & voto, niſi ad placitum regis, aliqui inſuper eorum ſunt pares Curiæ, & quidem ordine ſex, quos recenſet *Becmann. in Not. Dign. diſſ. 7. c. 1. §. 5.* In Hiſpania ſunt membra ſecretioris Conſilii, & in Polonia Senatores regni, Sveciæ porro & Daniæ quod hactenus Ordines extiterint, nemini ignotum eſſe cenſemus. Quia verò ſuprema hæc Epiſcoporum dignitas ſine congruis ſubſidiis conſervari haud poteſt; idcirco *Dignitatis noſtræ* caput (VIII) merito comitantur *varia Bona*, quorum ſucceſſive 149
acquiſiverunt jurisdictionem ſecularem Epiſcopi, imo territorialem, tandemque nonnulla effecerunt *Menſalia*, vulgo Biſchöffliche Tiſch- und Tafel-Güther dicta. Circa horum originem certiſſimum eſt, rectam rationem & conſenſum omnium populorum ſuadere, ut ad conſervationem miniſtrorum Eccleſiæ, adeoque Epiſcoporum, ſufficientia aſſignentur bona, & congrui reditus, ſine quibus nec ſacra peragi aut inſtitui, nec peracta continuari poſſunt; hinc & ex ipſis Sacris, præprimis ex *text. Num. 18. v. 20.* 150
& *Deut. 26. v. 2. & 12.* liquet, Deum, licet *Aaroni*, ejusque in functione ſacra *ſucceſſoribus*, nullam terræ poſſesſionem, nec hæreditatem, inter filios Iſraël adſcripſerit, filiis tamen *Levi* dediſſe primitias & omnes decimas *Iſraelis* in poſſeſſionem, pro miniſterio & ſervitio in tabernaculo fœderis, ita quidem, ut ex illis certam iterum portionem *Aaroni* præſtarent, juxta præceptum divinum *Num. 18. v. 26.* quæ cauſa eſt, quod plerique Dd. ratione determinationis quidem decimas Juris divini poſitivi, quoad rem ipſam autem, & quatenus continet ſubſidia, ad ſuſtentationem clericorum neceſſaria, Juris Naturæ & moralis eſſe aſſerant: Honeſtum ſiquidem piumque ac Juri Naturæ, quo bene merentes de nobis remunerari jubemur, eſt, miniſtros Eccleſiæ & paſtores alere & favore, verba ſunt *Franciſc. Duaren. lib. 2. de Sacr. Eccleſ. miniſt. c. 2.* Temporibus *Apoſtolorum* decimæ equidem ceſſarunt, 151
ſed nihilominus multitudinis credentium cor fuit unum, & ani-

ma una; nec quisquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dixit, ſed omnia communia, nec inter illos egentes extiterunt: quotquot enim poſſeſſores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apoſtolorum; dividebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat, verba ſunt *Sacr. Scripturæ in Act. Apoſt. c. 5. v. 32. & ſeq.* Poſtmodum cura eorum, quæ pii contulerunt, ut exinde miniſtri Eccleſiæ & pauperes alerentur, ad *Diaconos*, ad id ſpecialiter conſtitutos, translata eſt, ut Epiſcopi & presbyteri, ea ſoluti, liberius ipſi munere docendi defungerentur. *Act. 6. v. 2.*
352 *& ſeq.* Hoc ergo ævo, atque tribus prioribus ſeculis poſt natum Salvatorem, in ſuſtentandis Eccleſiæ miniſtris devoti Chriſtiani munificentiam ſuam exercuerunt, ſed ita, ut fundis venditis pecunias ſuas Eccleſiæ conſecrarent, atque ex bonis mobilibus miniſtris Eccleſiæ alimenta ſuppeditarent. Neque enim, durante perſecutionum æſtu, temporum illorum conditio & miſerrima Eccleſiarum facies, aliam ſuſtentandi rationem permiſit, multo minus hoc, ut prædia poſſiderent vel ipſæ Eccleſiæ, vel earundem miniſtri. Hinc porro, ad alendos ſacerdotes & pauperes, oblationes vel ab *omnibus fidelibus*, diebus feſtis & dominicis, vel etiam à *communicantibus* ſolis factæ ſunt; conſiſtebant autem iſtæ oblationes in pane, vino, aliisque rebus mobilibus, ut per participationem earum, omnes fideles ſub uno eodemque capite, & eodem corpore eſſe, ſignificaretur. Vid. *Ziegler. ad Lanc. lib. 2. tit. 6. §. 1. in verb. oblationes & ſeq. ibique alleg. Gabr. Albaſpin. & Juſtin. Apol. 2.* nec non *noſt. Tract. de Jur. Templor. c. 11. n. 112. & ſeq.* Primis itaque ſeculis longe alia erat Eccleſiæ facies ab ea, quæ hodie conſpicitur: *calicibus contenta ligneis, ſacerdotibus fruebatur aureis*, uti in *Concil. Tribur. c. 18.* pronunciavit *Bonif. Epiſc. Moguntin.* ejusque gloria fuerunt non purpura, non divitiæ, non equus albus, non faſtus, non dominatus, ſed, *ecce! Nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, Domine*, prout iterum ex *Gregor. Heymburgenſ.* lo-
353 quitur *Ziegler. ad Lancel. lib. 2. tit. 27. § 1.* Poſtquam verò Eccleſia ad Chriſtianos Principes venit (verba ſunt *Hieron. in vit. Malchi*) *potentia quidem & divitiis major, ſed virtutibus minor facta eſt.* Ex quo tempore enim Conſtantinus M. Chriſto nomen dedit, ac perſecutiones ceſſarunt, in Eccleſias earumque miniſtros am-

ampliſſima patrimonia, adeoque etiam res immobiles collatæ fuerunt. Nam hic ipſe Imperator non ſolum templa magnifica exſtruxit, & omni ope res Eccleſiæ promovit, ſed & legandi licentiam in pias cauſas conceſſit, per *l. 1. C. de SS. Eccleſ.* imo Eccleſiam, ſi nemo de cognatis ſupereſſet, heredem eſſe voluit, teſte
Euſeb. in ejusd. vit. Poſt Conſtantini quidem tempora *Julianus* 154
Apoſtata, ex præconcepto religionis Chriſtianæ odio, omnia Eccleſiis atque Eccleſiaſticis perſonis collata beneficia revocavit, ipſisq; poſſeſſiones ac bona ſub hoc prætextu ademit, quod Evangelium pauperes beatos prædicet, teſte *Sozomen.* Hac bellua tamen extincta, Valentinianus Conſtantini M. decreta in uſum revocavit, & quamvis, ob ærarii inopiam, omnia, quæ Conſtantini liberalitas Eccleſiis conceſſerat, reſtituere haud potuerit, nonnullorum quoque ſubſequentium Imperatorum munificentia aliquantiſper rarior fuerit, privatorum tamen liberalitas non exaruit, usque dum Juſtinus I. Conſtantinopoli ſacras opes iterum adauxit. Hinc non ſolum in *C. Theod.* memorantur donaria Eccleſiarum in *l. 57. C. Th. de Hæret.* annonæ & poſſeſſiones templorum ab Imperatoribus Eccleſiæ donatæ in *l. 20. C. Th. de Pagan.* nec non ex ultimis voluntatibus privatorum profectæ in *l. 4. C. Th. de Epiſc. Eccleſ. &c.* ſed etiam *in Cod. Juſtinian.* mentio rerum ad Eccleſias ſpectantium injicitur, ut vel ipſa inſpectio *tit. C. Juſtin. de SS. Eccleſ. & reb. ear. nec non tit. de Epiſc. & Cler.* affatim comprobat.
Præcipue vero *Caroli M.* liberalitas in Eccleſias & clericos excellu- 155
it, non ſolum enim ampliſſima templa & ſplendide ornata extruxit, ac multos Epiſcopatus fundavit; ſed etiam ipſis pecuniam, mobilia, & quandoque prædia aſſignavit, ex quibus Epiſcopi & presbyteri ſe ſuſtentare poſſent, hinc & in teſtamento ſuo, ſive in codicillis, aurum & ſuppellectilem ſuam inter Eccleſias diviſit, teſte *Eginhard. in ipſ. vit. vid. Myler. ab Ehrenbach in Archolog. c. 12.*
§. 4. Et quamvis integras provincias Eccleſiis non donaverit, 156
ejusdem tamen filius, *Ludovicus*, ob maximam religionis devotionem, & venerationem erga clerum, ipſis Epiſcopis, aliisq; præpoſitis Eccleſiarum, majores reditus aſſignavit, atq; ab hac ſua religioſa ſuperſtitione, ut loquitur *Chron. Carion. lib. 4.* Pius cognominatus. Lapſis tandem Francorum rebus ita largæ fuerunt Principum donationes, ut oppida etiam, vici & integri ducatus Epiſcopis conce-

cederentur. Sic *Henric. II.* Eccleſiæ Trevirenſi agros ad Confluentes donavit: quantam porro auctoritatem idem Auguſtus attribuerit aliis clericis, argumento eſt Epiſcopatus Bambergenſis: *Pipinius* Epiſcopo Herbipolenſi Ducatum Franconiæ, quantum
157 ejus poſſidebat, obtulit: tandem *Otto I.* omnibus pene Eccleſiis cathedralibus in Italia, Germania & Lotharingia integras civitates, oppida, villas multaque alia dominia temporalia & jura donavit, Archiepiſcopos & Epiſcopos ornavit ducatibus, comitatibus, ac dynaſtiis illisque ſubjecit nobiles vaſallos, ut ſemper eſſent parati ad reſiſtendum paganis. Vid. *poſt Theod. Nieman. in Ott. M. Not. ad Vitriar. Juſt. Jur. Publ. lib. 1. tit. 15. §. 5. lit. a. & b.* Germaniæ ergo Epiſcopi opes ſuas ampliſſimas liberalitati potiſſimum horum aliorumque Imperatorum debent; fervens ſiquidem eo tempore Principum animos inſedebat pietas, & quo quis
158 plura in ſacerdotes profudiſſet, eo arctiori ſibi nexu Numen adſtringi credebatur: ad tantas opes acquirendas, illud quoque, quod jam antea adduximus, non parum momenti attulit, quod nobiliſſimi quique homines ad munia ſacra adſpirarent, quodque barbaris iſtis ſeculis ſoli fere qualemcunque literarum cognitionem haberent, qui ſacris ſe addixiſſent; unde, poſtquam ad conſilia in aulis adſciti, atque primariis officiis imo Cancellariatus functioni præpoſiti ſunt, varias præſto habuerunt vias & modos ulteriores divitias & opes corradendi, ſicut & eo modo Epiſcoporum bona non parum aucta ſunt. quod multi Principes atq; nobiles bona ſua, aut partem eorundem, ab Epiſcopis ultro, tanquam feuda, agnoverint, ut eo curatius ipſorum ſalus per clericos Deo commendaretur, quorum familiis extinctis bona tandem Epiſcopatibus accreverunt: denique quantum per donationes & teſtamenta procerum ac plebejorum in clericos divitiarum ſit collatum, quis ignorat, poſtquam purgatorii ratio habere cœpit, cujus uſtulationes quantovis pretio redimendas eſſe judicarunt; quapropter, qui vel minima religionis cura ducebantur, omnia ſua potius bona profundere maluerunt, quam in miſeriarum barathro æternum cruciari. Vid. *Monzamb. de Stat.*
159 *Imp. Germ. c. 3. §. 7.* His ergo modis & artibus Epiſcoporum non ſolum divitiæ, ſed etiam potentia in tantum excreverunt, ut ipſi Imperatores alios non magis metuendos habuerint, quam Prin-

cipes

Digitized by Google

cipes Eccleſiaſticos. Hi ſiquidem, ſecundum multorum Politico-
rum aſſertum, tertiam Europæ partem cum Clero poſſident vid.
Burgold. in Notit. Imper. p. 2. diſc. 9. n. 10. & 11. Auctis hoc modo 160
Eccleſiæ & Epiſcoporum bonis ac divitiis, quædam ex illis *uſui,*
conſervationi & ſuſtentationi Eccleſiæ, Epiſcoporum ac Clericorum ad-
ſcribi, quædam vero & quidem ultra neceſſitatem & indigentiam
acquiſita, *laicis ſub certa qualitate concedendi* cœperunt. *Priora* ſunt
illa, quæ perpetuo Eccleſiæ unita, nec unquam, poſt acquiſitum
dominium, aliis conceſſa, vel quidem alienata, aliave ratione in
alios translata, nihilóminus recuperata ipſi iterum incorporata,
fuerunt, juxta doctrinam *Menoch. de A. J. Q. lib. 2. caſ. 433. n. 2.*
& ſeq. atque conſil. 79. n. 10. & 11. quem laudat ac ſequitur *Barboſ.*
de Off. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 95. n. 68. Atque hæc bona de 161
menſa Eccleſiæ vel *Epiſcopi* eſſe dicuntur in *c. 8. & 10. X. de Reb. Ec-*
cleſ. alien. ad cujus denominationis declarationem conducit, quod
generaliter equidem per *menſam Eccleſiæ* intelligantur omnes redi-
tus, tum Epiſcopo, tum capitulo, tum aliis clericis ac officialibus
Eccleſiaſticis aſſignati, per *menſam* vero Epiſcopi *in ſpecie* reditus
ipſi ejusque ſtatui deputati, perinde, ut per menſam capituli illa
bona, quæ ad ipſum capitulum proprie ſpectant; tertiam & ul-
teriorem *menſam* pro aliis clericis & miniſtris non aſſignatam, ſed
his potius certa ſtipendia aut reditus ab Epiſcopo vel capitulo
conſtitutos eſſe legimus, *Wagner. ad cit. c. 8.* Sunt ergo in hoc 162
ſpeciali ſignificatu *Bona menſalia* Epiſcoporum reditus, neceſſitati
& ſuſtentationi eorundem adſcripti & aſſignati, hancque ob cau-
ſam à Germanis Biſchöffl. Tafel-Güther nominantur. Ob hunc
enim finem ſacrum hoc patrimonium Epiſcopis adſcriptum eſt,
ut ad menſæ conſervationem & ad aulæ ſplendorem faciat, atque
inde tueantur dignitatem ſuam Epiſcopi, cujus gratia magni in-
dies erogandi ſunt ſumtus, quibus pares eſſe haud poſſent, niſi
certis proventibus ſublevarentur, hacque ratione cum rebus do-
manialibus, quarum fructus in regni regiæque menſæ expenſas
neceſſarias deſtinati ſunt, poſt *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. à Sei-*
del. de Sacr. Doman. jur. aſſert. 3. n. 3. non incongrue æquiparan-
tur. Sunt autem prout ex antecedentibus liquet, hæc *bona dupli-* 163
cis generis: Quædam enim ad uſum Eccleſiæ & ſuſtentationem E-
piſcoporum ſtatim ab initio acquiſitionis conſtituta, & nunquam

aliis conceſſa; *quædam* verò in feudum vel emphyteuſin data, poſtea ad Eccleſiam reverſa, de menſa ejus & Epiſcopi effecta ſunt. vid. *Menoch. cit. caſ. 433. n. 2. & 3.* quod poſterius iterum dupliciter contingit, vel *expreſſe*, vel tacite. Et quidem *expreſſe*, ſi bona ejusmodi ſpecifice menſæ Eccleſiæ incorporata fuerint, per declarationem Epiſcopi & Prælati, ſe velle, ut res iſtæ in futurum ſint de menſa Epiſcopatus, Prælaturæ & Eccleſiæ, quod Epiſcopo jure permiſſum eſt, cum conditionem Eccleſiæ meliorem
164 reddere & poſſit & debeat, teſte *Menoch. cit. loc. n. 4. & ſeq. Tacite* verò, quando ex conjecturis colligitur, Epiſcopum voluiſſe bona ea efficere de menſa Epiſcopali, quarum conjecturarum quædam à jure definitæ ſunt, quædam non, atque ob id relinquuntur arbitrio judicis. *Zaſ. de feud. p. 5. n. 50. in fin.* præcipua eſt, ſi feuda Eccleſiæ aperta eodem jure, quo bono menſalia, tractata, & in eodem calculo, iisdemque rationibus poſita fuerint, ad quod *Dd.* duo requirant: (1) ut Eccleſia vel Prælatus, ad quem feudum rediit, ſe declaret, quod illud ſuis uſibus reſervare velit, (2) ut per officiales ſuos regiſtro rerum Eccleſiaſticarum reliquarum adſcribatur. Si neutrum horum appareat, ſed ex alia ratione & cauſa Epiſcopus feudum devolutum poſſederit, usque dum v. gr. vaſallum idoneum invenerit, vel alius caſus extiterit, menſæ ipſius bona ad Eccleſiam reverſa non cenſentur reſtituta, licet longo tempore ab Epiſcopo poſſeſſa fuerint, ſiquidem his caſibus Epiſcopus juxta de cauſa fuit impeditus, ne rem Eccleſiæ iterum alteri concederet, teſte *Menoch. cit. caſ. 433. n. 20.*
165 *& ſeq. atque Schneidew. de feud. p. 3. n. 45. & ſeq.* Sed ſi talis cauſa non appareat, nihilominus verò Epiſcopus rem ad Eccleſiam reverſam ſimpliciter retinuerit, omnes equidem *Dd.* de menſa Epiſcopi effectam eſſe credunt; verum in tempore non conveniunt, quantum hoc in caſu requiratur, ut res iterum menſæ reſtituta eſſe videatur, dum alii anni, alii decennii, alii triginta, alii quadraginta annorum ſpatium exigunt, quorum ſententias prolixe examinat *Menoch. cit. caſ. 433. n. 13. & mult. ſeq.* ubi tandem *n. 29.* concludit: judicem poſſe & debere rem ex conjecturis declarare, an & quando de menſa Epiſcopi iterum effecta eſſe dicatur.
166 Hæc ipſa autem bona menſæ Epiſcopi aſſignata etiam *tituli* nomen promerentur in *text. 1. F. 6. in pr.* ſine dubio propterea,

ea, quod olim domibus aut prædiis aſſignati ac inſcripti fuerint ti-
tuli, ut appareret, cujus eſſent & ad quos pertinerent, teſte *Linden-
brog. in Gloſſ. LL. antiq. hoc verb.* quem laudat & ſequitur *Bicc. in
comment. ad cit. text. 1. F. 6.* quo pertinent *rubr. C. de his, qui potent.
nom. tit. præd. affig. it. Ut nemo privatus titulos prædiis ſuis &c.* quam-
vis alias easque diverſas hujus denominationis rationes propenat
Car. du Fresne in Gloſſ. verb. Tit. Sed quicquid ſit, hoc tamen cer-
tiſſimum eſt, quod à titulis ſive Eccleſiis, quibus attitulati ſunt
clerici, vulgo tituli nomen acceperint facultates idoneæ, ad ſu-
ſtentationem clericorum ſive ad patrimonium, unde ſe alant &
exhibeant, conſtitutæ; quamvis nòn diffiteamur, ſignificationem
tituli latius patere, quàm bonorum menſalium, cùm & titulis con-
venientia clericalia ſtipendia, prout vocantur in *c. 4. X. de Præb.*
deſignentur, quæ tamen, per ſuperius tradita, bona menſalia
dici nequeunt. Utraque vero, & tituli, & bona menſalia in ſpecie ſic 167
dicta, alienari aut in feudum vel emphyteuſin dari nequeunt, per
cit. text. 1. Feud. 6. in pr. cujus prohibitionis ratio ex antecedenti-
bus facillime liquet. Conf. poſt *ſæp. cit. Menoch. Barboſ. ad cit. c. 8.
& 10. X. de Reb. Eccleſ. non alien. nec non de Off. & poteſt. Epiſc. cit. p. 3.
alleg. 67. & ſeq.* quæ ratio eſt, quod Juramento fidelitatis, ab Archi-
epiſcopis & Epiſcopis præſtando, adjectam videamus promiſſio-
nem indemnitatis rerum menſæ propriæ, in verbis: *Poſſeſſiones ve-
rò ad menſam meam pertinentes non vendam, nec donabo, nec impignorabo,
nec de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Capi-
tuli & Eccleſiæ meæ. inconſulto Romano Pontifice; &, ſi ad aliquam aliena-
tionem devenero pœnas in conſtitutione ſuper hoc edita contentas; eo ipſo in-
currere volo,* prout ex *Pont. Rom.* refert *Gonz. Tell. ad c. 8 X. eod. n. 2.*
Ex quibus inſimul liquet, ad alienationem bonorum menſæ Epi- 168
ſcopali adſcriptorum, ſicubi neceſſitate exigente peragenda eſt,
ultra conſenſum Capituli etiam conſenſum Summi Pontificis exi-
gi, quod vel maxime extra omnis diſputationis aleam poſitum
eſſe videtur, dum, inconſulto Pontifice, omnis rei Eccleſiaſticæ
alienatio, ſervatis quoque ſolennitatibus canonicis, prohibetur
in c. ambitioſæ. un. Extrav. comm. de reb. Eccleſ. non alienand. quam-
vis de hujus *Extravag.* receptione dubitent Canoniſtæ, an indi-
ſtincte & ubivis invaluerit, cum absque conſenſu quoque Pon-
tificis praxis multorum locorum alienationem rerum Eccleſiaſti-
carum

carum permittat, præſertim apud Principes Eccleſiaſticos Germaniæ, ut qui, æque ac Epiſcopi & Proceres Proteſtantium, hoc in puncto non recurrunt ad Papam. *Vallenſ. ad tit.* X. *de Præb.* §. *3. n. 3.* atque *Wagner. ad cit. Extrav. in verb. in conſulto Romano Pontifice* &c. utut poſterior tutius eſſe cenſeat, conſenſum Pontificis in terris Catholicorum adhibere, quod tamen, deficiente praxi contraria, in Imperio noſtro aliter non obtinebit, quam ſi Epiſcopus ſolus cum ſuo Capitulo alienationem hanc peragere velit;
169 Quin vero Imperator, cum conſenſu Procerum & Statuum Imperii noſtri, hanc alienationem, etiam diſſentiente Pontifice, peragere poſſit, ob *Inſtrum. Pac. Monaſter. Oſnabrug.* dubio omni caret: in eo enim plurima ſecularisſationis, ſub eaque latentis hujus alienationis, occurrunt exempla. Equidem Pontifex Innocentius X. per *Fabium Chiſium*, nuntium ſuum, contra hoc Pacis negotium non ſolum proteſtatus, ſed etiam per Bullam ſuam, quæ An. 1651. prodiit, totum irritum reddere conatus eſt, ſed abſque effectu & ullo ſucceſſu, cum poſt Bullam hanc Pontificiam hæ Pacis conditiones non ſolum inter LL. Publicas Imperii, per *Receſſ. de* An. 1654. §. Und aber. *4.* receptæ, ſed etiam Capitulationibus Imperatoriis approbatæ ſint. vid. *Diſſert. noſt. de Concord. Nat.*
170 *Germ. c. ult. n. 26. & ſeq.* Memorabilia bonorum menſalium exempla conſpiciuntur Halæ Saxonum in *quarta parte ſalinarum*, ex re tranſacta de An. 1517. cujus conductores vocantur Gnaden-Pfänner. vid. *Fritſch. in ſupplem. Speidel. Beſ. verb.* Tafel-Güter/ ibique *Herold.* nec non in Epiſcopatu Halberſtadienſi, per *Inſtrum. Pac. Cæſ. Suec. art.* 11. §. 1. Domui Brandenburgicæ in perpetuum & immediatam feudum ita conceſſo, ut poſſit quartam partem Canonicatuum (excepta Præpoſitura) decedentibus ſucceſſu temporum poſſeſſoribus Auguſtanæ Confeſſioni addictis, extinguere, eorumque reditus menſæ Epiſcopali incorporare, ita quidem, ut in ſubſidium numerus quoque ex Catholicorum decedentium
171 beneficiis ſupplendus ſit. Poſteriora bona, quæ laicis ab Eccleſia ſub certa qualitate conceſſa reperiuntur, ſunt vel (1) *feuda Eccleſiaſtica*, ab Epiſcoporum curvo vulgo baculo Krumm-Stabs-Lehn dicta. vid. *c. 7.* X. *de Conſtit.* vel (2) *bona emphyteutica*, de quibus in *Nov. 7. c. 3. Nov. 120. c. 1. & ſeq. c. ult.* X. *de Loc. & c. un. Extrav. comm. de Reb. Eccleſ. non alien.* vel (3) *bona cenſitica*, de quorum differen-

ferentia ab emphyteuſi vid. *Franczk. de laudem. c. 10. n. 71. & ſeq.* vel (4) per *locationem* aliis conceſſa, vulgo Laß-Güther / vel (5) jure *precaria*, aut *precariarum*, ſive ad preces in uſumfructum aliis data, de quibus earumque formulis plura vid. apud *Car. du Freſne in Gloſſ. verb. Precar. atque c. 5. & 6. c. 10. q. 2.* nec non *c. 1. & 2.* ✕. *de Precar.* quorumque bonorum cura etiam ad Epiſcopos pertinet, verum non ex hoc dignitatis, ſed LL. Diœceſanæ capite, ita ut ea locare queant, modo in terminis ſimplicis locationis ſubſiſtant, eamque ultra triennium non extendant, ob diſertam prohibitionem *c. un. Extrav. commun. de Reb. Eccleſ. non alien.* Quoad aliam vero alienationem, quæ per feudum, emphyteuſin, cenſum & precarias peragitur, diſpicere debent: an res hoc modo ſolita fuerit alienari, an non; priori caſu non opus eſt, in eorum ulteriori conceſſione ſolennitates canonicas adhibere, niſi vel conſuetudo loci exigat, vel utilitas Eccleſiæ expoſcat; quam maxime tamen poſteriori caſu. vid. *cit. c. un. Extrav. commun. de Reb. Eccleſ. alien.* & *c. 2.* ✕. *de Feud. Vallenſ. ad tit.* ✕. *de Reb. Eccleſ. alien. §. 2. per tot. Gail. lib. 2. obſ. ult. ibique Grav. Chriſt. vol. 6. dec. 8. n. 20. & ſeq.* & cum pluribus aliis *Struv. in Syntagm. feud. c. 5. aph. 9.* Hæc de bonis dignitati Epiſcoporum adſcriptis, qui- 172
bus tamen nulla ſtatim adhæſit jurisdictio, ſed manſit potius penes ſuperiores & magiſtratus, per longioris temporis curſum, quia Epiſcopi, quatenus Epiſcopi ſunt, extra ea, quæ jurisdictionis Eccleſiaſticæ eſſe perhibentur, per ſe nullam habent jurisdictionem, ac poteſtatem ſecularem, aut aliam aliquam dignitatem; quod in jure Civili, æquo ac Canonico, expeditum eſt per *l. 41. verſ. abſurdum. C. de Epiſc. & Cler. c. cum ad. 6. diſt. 96. c. 5.* ✕. *Qui fil. ſint legit. & t. t.* ✕. *Ne Cler. vel Monach. ſecul. negot. Thom. Michaël. de Jurisd. concl. 5. per tot. Heider. in Apol. prælim.* der Reichs-Vogteyen / *mon. prælim. 2. per tot.* Unde nec hodie in Italia ſecu- 173
larem poteſtatem, aut ſuperioritatem territorialem in ſubditos exercent, exceptis quibusdam Abbatibus, præſertim in regno Neapolitano, qui tum ex ſingulari Pontificum privilegio, tum præſcriptione temporis immemorialis, ſecularem quoque poteſtatem in caſtellis ſibi ſubjectis acquiſiverunt; In Hiſpaniæ præterea regno nulli inveniuntur, qui principatum habeant ſecularem, & cum ſpirituali quoque temporalem poſſideant poteſtatem, aut ſuperiori-

rioritatem territorialem, quamvis regi juramentum fidelitatis præſtare, ac ad curiam vocati comparere teneantur: In Gallia nonnulli ex Epiſcopis ducali titulo inſigniuntur, non tamen omnes, nec tam ſublimem poteſtatem annexam Epiſcopatibus habent, ac noſtri Epiſcopi Romano-Germanici; quilibet inſuper Epiſcopus, quà Epiſcopus, regi propter beneficia temporalia, quæ poſſidet, juramento fidelitatis obligatur. vid. *Limn. in Not. regn. Gall. lib. 3. c. 7. tit. K. & ſeq.* nec non *Myler. ab* Ehrenbach *in Archolog. c. 16.*
174 *§. 10. & ſeq.* Sed Epiſcoporum Germaniæ noſtræ longe alia conſpicitur facies. Equidem vix eſt, ut ſecularis poteſtatis originem Epiſcopi noſtri Carolo M. acceptam ferre poſſint. Utut enim Epiſcopos, per antea dicta, in concilium vocaverit, in illorumque ſuſtentationem pecunias, mobilia, & quandoque etiam prædia erogaverit, neutiquam tamen integras provincias cum imperio Epiſcopis aſſignavit, ſed Eccleſiaſticis potius perſonis protectores, comites, advocatos & magiſtratus, juſtitiam adminiſtrantes, eosque protegentes, adjunxit. Vid. *Lehmann. in Chron. Spir. lib. 3. c. 24. Klock. de Contrib. c. 4. n. 167. Heider. in Act. Lindavienſ. fol. 52. lit. rr. atq; in Apolog.* der Reichs-Vogteyen / *mon. prælim. 2. fol. 13.* ubi plura de Pipini munificentia in Eccleſias, Caroli M. liberali diſtributione prædæ Hungaricæ, de qua uberius agit *B. Rhenan. lib. 2. rer. German. ſub rubr. Pietas Francorum* aliisque largi-
175 tionibus proponit. Et quamvis Car. M. filius, Ludovicus Pius, Imper. ipſis Epiſcopis aliisque præpoſitis Eccleſiarum certos fundos & reditus aſſignaverit, eosque titulo Principis condecoraverit, adeo quidem, ut poſtmodum Epiſcopi & Abbates, tanquam Proceres Imperii, Ludovico II. & Carolo Calvo Imperatoribus ſacramentum fidelitatis præſtare obligati fuerint; inde tamen non ſtatim inferri poteſt, quod à Ludovico Pio cum titulo etiam jurisdictionem, eamque territorialem, ac regalia acceperint, aut de univerſa Jurisdictione, inſtar Principum ſecularium, inveſtiti fuerint. Vid. *Matth. Steph. de Jurisdict. lib. 3. p. 1. c. 14. n. 16. Martin. Mag. de Advoc. arm. c. 7. n. 300. & ſeq. Klock. cit. c. 14. n. 149.* cum
176 illis, quæ *Heider. in Act. Lindav. dict. loc.* proponit. Sic ergo Epiſcopi illius ſeculi Principis quidem titulo condecorati fuerunt, prout etiam Imper. Car. Craſſ. *in Conſtit. de Expedit. Rom.* (quam *M. Freher. comment.* illuſtravit) Eccleſiaſticos antiſtites primarios ſpiri-

ſpirituales Principes nominat; nullum tamen Ducatum aut Comitatum cum ſuperioritate & jurisdictione ſeculari habuerunt, ſed ſolum principalem titulum, ſine re & territorii jure. Unde *Vadian. apud Goldaſt. alleg. à Myler. ab* Ehrenbach *cit. c. 12. §. 7.* aſſerit: Reges & Imperatores Francorum in concedenda & donanda jurisdictione ſeculari, etiam baſſa vulgo dicta, der Nieder- und Untergerichte / cathedris Epiſcopalibus & monaſteriis penitus abſtinuiſſe, conf. *Lebman. in Chron. Spir. lib. 2. c. 15. fol. 80. col. 2. atq; Heider. in Act. Lindav. lit. rr. in not. fol. 586.* in verbis: Sie (Epiſcopi ſcil.) haben ſich auch ſelbſt in ihren Brieffen berührten Namens (Principis) nicht bedienet / ſondern ſolchen Titulum denen weltlichen Regenten überlaſſen/als die jenige/ ſo damals noch nicht Fürſtenthum/ oder Gebieth mit weltlicher Superiorität beherrſchet / und derowegen noch von Carolo Craſſo &c. allein ſpirituales Principes tituliret / alſo hiemit à ſecularibus Principibus genugſam unterſchieden worden. Ex- 177
cipiuntur tamen Epiſcopus Herbipolenſis & Abbas Campidonenſis, de quibus nominatim Hiſtorici tradunt, Herbipolenſem Epiſcopum à Pipino, Car. M. parente, ducatum Franconiæ in conventu Principum accepiſſe, ita ut in poſterum omnes Epiſcopi Herbipolenſes inſimul pro ducibus Franconiæ haberentur. vid. *Dn.* IM-HOFF *in Not. Procer. lib. 3. c. 3. §. 2.* Abbatem verò Campidonenſem ab Hildegarde ejusdem fundatrice, Caroli M. conjuge, Comitatu ac oppido Campidonenſi, cum arce Hillermontana, dotatum, inſimulque à Car. M. cum omnimoda jurisdictione ac judicio Provinciali, quod æque ac ducatus Franconiæ habuit, ſpecialiter inſignitum fuiſſe, unde orti ſunt notiſſimi iſti rhythmi:

Herbipolis } *ſola judicat enſe & ſtola.*
Campidona }

vid. poſt *Bruſch. Crantz. & alios Mager. cit. tract. c. 7. n. 304. Heider. in Act. Lindav. fol. 52. lit. rr. & in Apolog.* der Reichs-Vogteyen *mon. prælim. 2. fol. 15. Burgold. in Notit. Imp. p. 1. diſc. 20. §. 7. atq; Dn.* IM-HOFF *d. l. nec non c. 19. §. 7.* Tandem Imp. Otto M. omnium primus juris- 178
dictionem ſecularem & territorialem Epiſcopis concedere cœpit, ſicuti apparet ex *Diplom. ab Henrico Meibomio congeſtis Wittikindi Annal.* conf. *Reinking. de Reg. Sec. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 4. c. 9. n. 3. in fin. Knichen. de jur. territor. c. 1. n. 1063.* atq; *Limn. lib. 3. jur. publ. c. 3. n. 1.* Nam Bruno, Archiepiſcopus Colonienſis, Ottonis I. Imperatoris

 frater,

Digitized by Google

frater, indultu Cæſaris inſimul ducatum Lotharingiæ cum diœceſi Archiepiſcopatus Colonienſis, ſicque ſecularem poteſtatem obtinuit, & gladio temporali, æque ac baculo paſtorali, uſus eſt. Eadem jura ab eodem Imperatore impetravit Giſlerus, Epiſcopus Magdeburgenſis, cui Otto Burggraviatus Magdeburgenſis præcipua & potiora bona contulit, quod cordatis viris ſecularibus iſtius temporis mirum, atque ordini juris contrarium eſſe videbatur, ut proinde *in Chron. Erfurtenſ n. 5.* emphatice conſignatum reperiatur, da begunten zu erſt die Biſchöffe weltliche Recht zu haben/ das dauchte damals unbillig manchen Mann. vid. *Knichen. cit. c. 1. n. 1066. & Gryphiander. de Weichbild. c. 28. n. 11. & ſeq.* Ex-
179 emplis his alii Eccleſiaſtici viri ad acquirendam hanc poteſtatem quam maxime incitati fuerunt, præprimis poſtquam Imperatorem Ottonem I. ejusdem Filius & Nepos ſucceſſores æquali munificentia ſubſecuti ſunt, ut variis exemplis declarat *Myler ab Ehrenbach. in Archolog. c. 13. §. 6.* Epiſcopos tandem in obtinendis comitatibus, pagis & fundis cum jurisdictione, aliisque juribus ſecularibus, imitati ſunt Abbates, hocque rurſus ſucceſſu temporis Abbatiſſæ. Vid. *Bruſch. de Monaſter. German. ſub rubr. Lindav. Mo-*
180 *naſter.* Utut vero Epiſcopi & Abbates, Ottonis I. aliorumque Imperatorum regia largitione, integros ducatus, comitatus ac dominatus cum ſuperioritate territoriali impetraverint; attamen Advocati, Patroni & Defenſores, die Kaſten-Vögte/ jam dudum ab Imperatoribus conſtituti ſublati non fuerunt. Nam, ut de Car. M. temporibus taceamus, ab Ottone I. ſecularis poteſtatis in Eccleſiaſticos translatore, usque ad Fridericum II. Imperatores omnes, ceu ſupremi Eccleſiarum Advocati & Patroni, in Epiſcopatibus & monaſteriis jus ordinandi & præficiendi advocatos tutelares & vicedominos ſibi ſolis reſervarunt. Vid. *Lehmann. in Chron. Spir. lib. 4. c. 22. fol. 358. Martin. Mager. de Advoc. arm. c. 5. n. 5. n. 346. & ſeq.* hocque latius deducit *Heider. in Apolog. prælim.* der Reichs-Vogteyen/ *monit. prælim. 3.* cujus hæc eſt ſumma: Obwohl denen Biſchoffen und Aebten ſub Ottonibus & ſequentibus Imperatoribus gantze Hertzogthümer/ Graff- und Herrſchafften/ auch Städte vergabet/ auch etwan alle Obrigkeit eingeräumet; So ſind doch ihnen die Caſten-Vogteyen nicht gleich gar abgenommen/ ſondern die Käyſerlichen Güter/Regalia, Zöll/rc. noch eine ebene Zeit dem Reiche vor-

vorbehalten werden. Cauſas verò, cur olim Imperatores monaſte- 181
riis, imo etiam Epiſcopatibus, advocatos laicos adjunxerint, ex antiquitate Germanica varias refert *Mager. de Advoc. arm. c. 5. n. 106. & ſeq.* quæ præcipue ex advocatorum officio dignoſcuntur. Dabantur enim, præſertim his de cauſis, (1) ut ſecularium & ad victum pertinentium curam & ſolicitudinem gererent, redituumque prædiorum, ſervitiorum, decimarum aliorumque jurium rationem redderent, minime neglecta voluntate Epiſcoporum, quibus invitis & inſciis nihil agebatur, (2) ut omnem jurisdictionem in territorio Eccleſiarum ſeu monaſteriorum exercerent, ita tamen, ut de proventibus fiſcalibus ſeu mulctis inſimul certam perciperent partem. Vid. poſt *Tritbem. Knicb. de Territ. jur. c. 4. n. 501. Wehn. in Obſ. pract. verb.* Vogtey. *Mart. Mager. de Advoc. arm. c. 11. n. 69. & 70. Lehmann. lib. 2. Chron. Spir. c. 35. fol. 155. Heider. in Act. Lindav. paſſim atque Myler. ab* Ehrenbach *in Archolog. c. 14. §. 4. & ſeq.* Sed tandem, Friderici II. temporibus, Advoca- 182
tias has tutelares plurimi ex Epiſcopis & Abbatibus vel grandi pecuniæ ſumma, vel aliis etiam titulis gratioſis redemerunt, ſicque ab hoc jugo ſeſe paſſim in totum exemerunt, quemadmodum diplomatibus & exemplis variis comprobant *Mager. de Advoc. arm. c. 1. n. 32. & ſeq. Heider. in Act. Lindav. fol. 50. in pr. Vitriar. lib. 1. Inſt. Jur. Publ. tit. 15. §. 10. atque Myler. ab* Ehrenbach *cit. c. 15.* ut nulli hodie amplius Epiſcopi exiſtant, aut vix Abbates immediati inveniantur, qui ſuos adhuc habent Advocatos. Ab iis proin- 183
de, licet non ſimul, verum ſucceſſive, alter citius, alter vero ſerius ſeſe liberarunt, inſimulque reditus Imperiales & regalia ab Imperatoribus partim titulo donationis acquiſiverunt, partim etiam pretio alioque modo redemerunt, ſicut iterum prolixius demonſtrat *Myler. ab* Ehrenbach *cit. tract. c. 15. per tot.* ut adeo, juxta hodiernum Imperii ſtatum, eadem regalia, easdemque Jurisdictionis territorialis partes, Epiſcopi in ſuis territoriis poſſideant, quæ Principes vel alii Imperii Status ſeculares habent, non quidem *vigore LL. Diœceſanæ, aut Jurisdictionis Epiſcopalis*, ſed ex alia cauſa, & *beneficio inveſtituræ Imperatoriæ.* Enimvero diffiteri haud 184
poſſumus, ob conſtitutionem Epiſcoporum, quam Imperatores Chriſtiani, nec non Germanorum & Francorum Reges peregerunt, & Pontifices usque ad tempora Henrici IV. non improba-

runt, Gregorium VI. præprimis vero Gregorium VII. aliàs Hilde-
brandum dictum, ejusque ſucceſſores in Pontificatu Imperatori-
bus multas easque acerrimas lites moviſſe, usque dum Henricus
V. Imperator, tam Pontificum, quam Principum plerorumque
pertinacia victus, in *Comitiis Wormatienſibus 1122.* jus conſtituendi
Epiſcopos, eorumque inveſtituram per baculum & annulum, in
Pontificis manus reſignavit, quam reſignationem tandem, poſt-
quam ob ampliores reſervationes & proviſiones Pontificum variæ
Germanorum exortæ ſunt querelæ, & *Aviſamenta Conſtantienſia,*
nec non *Moguntina* prodierunt, *Baſileenſe* quoque Concilium inter-
ceſſit, *Concordata Nationis Germanicæ* inter Fridericum III. Impe-
ratorem atque Nicolaum V. Pontificem, in quibus reſervationi-
bus iſtis certus modus præſcriptus eſt, denuo confirmarunt & ap-
probarunt, ut poſt *Lehmann.* aliosque ex *Conring. de Conſtit. Epiſc.*
German. th. 42. & multis ſeq. fuſius deduximus *in Diſſert. de Con-*
cord. Nat. Germ. c. 1. per tot. Conf. *Vitriar. lib. 1. Inſt. Jur. Publ. tit.*
185 *15. §. 22.* atque *Rhet. lib. 1. Inſt. jur. Publ. tit. 16. §. 5.* Hac tamen
ceſſione non obſtante, & antea & poſt, inveſtitura de bonis E-
piſcopatus, jurisdictione omnimoda ac regalibus, ad Imperatores
ſemper pertinuit, ita ut omnes Epiſcopi electi hæc ipſa jura per
inveſtituram ab Imperatoribus accipere coacti fuerint, juxta li-
teras reverſales Imperatori Henrico V. à Calixto Pontifice datas,
de quibus vid. *cit. Aut. atque Monzamb. de Stat. Imper. c. 3. §. 6.*
Unde feuda regalia Eccleſiaſtica adhuc hodie vocantur die Sce-
pter-Lehn/ licet modernis temporibus horum inveſtitura non am-
plius ſceptro, ſed potius, æque ac feudi ſecularis, fiat ſtricto gla-
dio, cujus conum Imperator oſculandum porrigit vaſallo, ut per
varia exempla demonſtrat *Addit. Vitriar. lib. 2. tit. 1. §. 17. & Stryck.*
in Exam. Jur. Feud. quo ipſo tamen inveſtitura per ſceptrum pla-
ne abolita non eſt; hinc & *Rhet. lib. 1. Inſt. jur. Publ. tit. 16. §. 12.*
& lib. 2. tit. 29. §. 4. renovationem quidem feudi per gladium in
compendio, novam vero inveſtituram adhuc hodie per vexillum
vel ſceptrum peragi cenſet. Epiſcopi ergo ac Principes Eccleſia-
ſtici, ratione bonorum ac jurium ſecularium, Imperatorem re-
cognoſcunt ſuperiorem, ipſi ſubſunt ac juramentum fidelitatis
præſtant; unde quoque ab ipſorum ſententiis fit provocatio vel
ad Cameram Imperialem, vel ad Judicium Aulicum, ſublato
omni

Digitized by Google

omni ad Nuncios Apoſtolicos aut Pontificem in cauſis civilibus facto recurſu in *Receſſ. Imper. de Ann. 1654.* §. Als ſich denn. 164. de quo plura *in Cap. ſeq.* dicturi ſumus. Vid. interim *Gail. lib. 1. obſ. 20. n. 2.* ibique *Grav. in concluſ. Klock. de Contribut. c. 4. n. 169. & ſeq. Mager. de Advoc. arm. c. 7. n. 290. aliique plures.* Neq; tamen 186
propterea, quod Epiſcopi hodie jura territorialia & ſecularem poteſtatem cum Epiſcopali & diœceſano jure poſſident, ſacerdotium & imperium confunduntur, ſed ſeparata manent: Nam Epiſcopalia jure miniſterii & ſacerdotii, reliqua territoriali jure exercent, neque à poteſtate Eccleſiaſtica ad ſecularem ſuperioritatem recte arguitur. Vid. *Matth. Steph. de juriſd. lib. 3. p. 1. c. 1. n. 4. & mult. ſeq.* nec non *Heider. in Diſcurſ.* von Reichs-Vogteyen. *mon. prælim. 2. in fin.*
Num vero profuſa hæc liberalitas erga Epiſcopos & Abbates, atque conjunctio potificatus & poteſtatis civilis, Imperio noſtro utilis & proficua fuerit, nec ne, aliis diſcutiendum relinquimus cum *Sweder. intr. part. ſpec. ſect. 2. c. 6. §. 4.* quamvis circa hanc quæſtionem *Limn. lib. 3. jur. Publ. c. 3. n. 2. & ſeq. Schütz. vol. 1. Ex. 8. th. 4. lit. A. Heider. cit. tract. monit. prælim. 4. fol. 30.* atque *Myler. ab* Ehrenbach *in Archolog. c. 10. §. 1. & ſeq.* in negativam inclinent ſententiam, perinde ut modernam Epiſcoporum conſtitutionem per confirmationem Pontificis, Imperio noſtro noxiam ac periculoſam eſſe, per varias rationes deduxit *Conring. de Conſt. Epiſc. Germ. th. 67. & ſeq. usque ad fin.* 187

Quæ hactenus de Dignitate Epiſcopali propoſuimus, ſuo 188
modo quoque ad *Epiſcopos Auguſtanæ Confeſſionis* applicari poſſunt & debent. Licet enim Epiſcopatus inter Proteſtantes fere omnes ſeculariſati ſint, ut adeo *Sprenger. lib. 2. Inſt. jur. Publ. cap. 44.* cum Abbatiis & Prælaturis, quindecim recenſeat, quorum ratione poſſeſſores vel votum ac ſeſſionem in Comitiis prætendunt, vel votum ac titulum Ducis aut Principis jam gerunt; nihilo- 189
minus tamen dantur adhuc Epiſcopi Evangelici, *Lubecenſis* ſcil. & *Oſnabrugenſis*, quoties alternatione facta Evangelicus eſt. Hi equidem nullam confirmationem impetrant à Papa, ſed à ſolo Imperatore, poſtquam intra annum ſuæ poſtulationis Eidem fecerunt fidem, atque pro inveſtitura, ultra taxæ ordinariæ ſummam, inſuper ejus dimidium, quaſi *Annatarum* loco, ſolverunt. vid. *Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec. art. 5. §. 6.* interim tamen in hoc ipſo

quo-

quoque *Inſtrum. Pac.* non ſolum poſtulati, uti ob defectum Pontificiæ confirmationis cenſet *Addit. Vitriar. cit. lib. 1. tit. 15. §. 28.* ſed etiam electi vocantur, pro qualitate ſcil. & natura poſtulationis & electionis; ſiquidem de titulis eorum ita convenit *cit. art. 5. § 6. verſ. de titulis*, ut, absque præjudicio ſtatus & dignitatis, titulis electorum aut poſtulatorum in Archiepiſcopum, Epiſco-
190 pum, Abbatem, Præpoſitum inſigniantur. Sic ergo iisdem utuntur titulis Epiſcopalibus, & licet (2) non omnia Epiſcoporum, præcipue quibus in liturgiæ ſolenniter peragenda exornantur, receperint inſignia, neque tamen omnibus deſtituuntur, ſed cum illis quoque (3) fruuntur privilegiis, immunitatibus ac ſecuritatibus, necnon (4) prærogativa Epiſcopali: Quamvis etiam (5) functiones Archicancellariatus, Cancellariatus aliasque (6) inaugurationibus Imperatorum non gerant, in hoc puncto tamen cum illis alii Epiſcopi Catholici, exceptis Archiepiſcopis, conveniunt, cum quibus (7) æque Statum ac Ordinem Imperii conſtituunt, & Principibus ac Statibus Eccleſiaſticis adſcripti reperiuntur, ita tamen, ut ſeſſionem in ſcamno inter Eccleſiaſticos & ſeculares, intermedio ac transverſo capiant, quo ſcamno, tanquam optimo temperamento, in *cit. Inſtrum. Pac art. 5. §. 6.* omnes controverſiæ ſopitæ ſunt; Dignitati porro (8) adjunctos habent reditus atque menſalia bona, tandemque (9) Juribus territorialibus & regalibus decorati
191 conſpiciuntur. In reliquis *Principibus Auguſt. Confeſſ.* quibus vigore *Religioſ. Pac.* & *Inſtrum. Pac. Oſnabrug.* Jus Epiſcopale in ſuis territoriis conceſſum eſt, omnia fere hujus Dignitatis membra ceſſant, nihilominus tamen, ſicubi Epiſcopatus poſſident, eorum reditus percipiunt, ac bonis menſalibus fruuntur, inſimulque Jura
192 territorialia & regalia exercent. Conſiſtoriales denique Superintendentes & Inſpectores, qui ad ea, quæ *Ordinis LL. Diœceſana & Jurisdictionis Eccleſiaſticæ* eſſe perhibentur, peragenda conſtituuntur, utut ſua quoque dignitate, titulis & reditibus ad ſuſtentationem conſtitutis gaudeant, de hac ipſa tamen parum vel nihil ſortiuntur, quod ipſum Praxis Eccleſiarum Auguſtanæ Confesſionis ſat abunde comprobat.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XV.

De modo exercendi Jus Epiſcopale, ejusque in terris Proteſtantium prætenſa Reviviſcentia Epiſcoporum Catholicorum.

Summaria.

1. *Capita* Juris Epiſcopalis diverſa ſubſequitur eorundem *exercitium*, in quo ab aliis Juribus territorii differt.
2. Nam, poſt Ottonum tempora, Principes Imperii in Eccleſiaſticos & ſeculares dividi, ac Epiſcopi duplicem perſonam, Eccleſiaſticam & ſecularem, præ ſe ferre cœperunt.
3. Poteſtatem ſecularem ab Imperatoribus per inveſtituram impetrant, ac omnia Superioritatis jura in ſuis territoriis obtinent, imò quandoque inſuper peculiares Ducatus ac Comitatus posſident.
4. Hancque ipſam poteſtatem ſecularem, æque ut alii Principes & Status Imperii, per regimina ac judicia ſecularia tractant.
5. Differunt tamen à Principibus ſecularibus in eo, (1) quod non habeant hæredes ſanguinis, & quod (2) Principes ſeculares pleniori jure feudis ſuis regalibus fruantur.
6. Ratio differentiæ quoad poſterius aſſertum adjicitur, unde in Capitulationibus ſpondere debent Epiſcopi, ſe Epiſcopatus nequaquam hæreditario jure poſſeſſuros.
7. Ad exercitium Jurium Epiſcopalium cum illis non concurrit Capitulum Eccleſiæ.
8. Sede tamen vacante exercitium illorum habet.
9. Capitula Eccleſiarum Cathedralium Status quidem Imperii non ſunt, niſi (1) ſint immediate Imperio ſubjecta, aut (2) habeant territoria immediata.
10. Sede tamen vacante Epiſcopum repræſentant, hocque jure repræſentationis omnem jurisdictionem exercent.
11. Quod Capitula quoque, ſede

vacante, Auſtregis gaudeant, contra *Gail.* deducitur.

12. Imo, ſede vacante, ad Comitia univerſalia & particularia vocantur.

13. Quæ Epiſcopis ex ſpeciali conceſſione competunt, perinde ut alia ardua, Capitula expedire nequeunt, qualia ſunt actus in electionibus Imperatorum.

14. Jura ad poteſtatem Eccleſiaſticam ſpectantia diverſimode acquirunt Epiſcopi ac Prælati. Nam in quibusdam requiritur, ut ſint *confirmati* à Papa; in quibusdam, ut ſint *conſecrati*.

15. Ad *confirmationem*, præter pallium, de quo relative, pertinet *juramentum* novi Epiſcopi, cujus tria recenſentur capita.

16. Electio tribuit jus ad confirmationem, ex *confirmatione* ſequitur *jus adminiſtrandi bona* Eccleſiaſtica & exercendi jurisdictionem Eccleſiaſticam.

17. Ad plenum officium Epiſcopale requiritur etiam *Conſecratio*, ubi, quo tempore, & quibus ſolennitatibus ſecundum Canones peragatur.

18. Per *conſecrationem* Epiſcopi ea quoque, quæ *Ordinis* ſunt, ac *Paſtoralia* acquirunt.

19. Adminiſtratio Jurium Epiſcopalium peragitur per Conſiſtoria Epiſcopalia, in quibusdam caſibus conſilium ac conſenſus Capituli negligendus non eſt, præcipue in negotiis majoris momenti.

20. Qua occaſione differentia inter conſilium & conſenſum adjicitur, nec non diverſus effectus.

21. Per regulas & caſus declaratur, an & quando conſilium aut conſenſus Capituli requiratur.

22. Conſuetudine, extra res Capitulo quoque communes, Epiſcopis libera fere adminiſtratio Jurium Epiſcopalium permiſſa eſt.

23. Epiſcopi ob varia impedimenta nonnunquam *Coadjutores*, regulariter vero *Vicarios generales* conſtituunt.

24. *Coadjutores* alii ſunt *dignitatis*, alii *Canonicatus*, quorum priores conſtituuntur vel in perpetuum, vel cum, vel ſine ſucceſſionis ſpe.

25. Coadjutores regulariter à Pontifice, nonnunquam etiam ab ipſo Epiſcopo ac Capitulo dantur ac eliguntur.

26. Sunt Coadjutores irregulares,

res, nec ſemper veri nominis, ſi filii Principum & Magnatum Coadjutores Principum conſtituantur.

27. Coadjutores regulariter eandem habent poteſtatem, quam ipſi principales, rationem tamen adminiſtrationis reddere tenentur.

28. *Vicarii* alii ſunt *nati*, ut Archidiaconi & Archipresbyteri, ſed in minoribus ſaltem cauſis.

29. Alii *dati*, qui iterum ſubdividuntur in *foraneos* & *generales*, ubi quinam dicantur foranei.

30. Horum vice etiam ſunt Archidiaconi in cauſis ſpecialiter conceſſis.

31. Generales iterum ſunt vel ſimpliciter tales, vel in certo diſtrictu.

32. Quæſtio: An Epiſcopi cogi poſſint, ut Vicarios conſtituant, certo reſpectu negative & affirmative deciditur.

33. & 34. Aſſumi debent in Vicarios perſonæ habiles, non laico, ſed Clerici, ſive ſint ſeculares, ſive regulares, exceptis illis, qui ſunt ex ordine Mendicantium.

35. Qualem poteſtatem habeant Vicarii.

36. Adminiſtratio temporalium ipſo jure ad eos non pertinet, ſed ad Oeconomos, nec etiam cauſæ, quæ inter ſpeciales referuntur.

37. & 38. Quænam ſpeciales iſtæ cauſæ ſint, non ſolum explicatur, ſed etiam per exempla illuſtratur.

39. Juxta praxin Vicarii ut plurimum etiam per mandatum ad ſpecialia conſtituuntur; Inſtrumentum tamen Vicariatus ante omnia inſpiciendum eſt.

40. Formula inſtrumenti Vicariatus refertur.

41. Juriſdictio ordinaria Vicario competit, quæ tamen revocatione & morte Epiſcopi finitur, ubi, quomodo juxta *Concil. Tridentin.* mortuo Epiſcopo, à Capitulo confirmandus ſit.

42. Curiæ Romanæ ſtylus in expeditionibus ultra montes Alpium & in Germaniam &c. Vicarium nominat *Officialem*.

43. In multis tamen diœceſibus duo reperiuntur *Officiales*, quorum unus eſt *principalis*, ipſe ſcil. Vicarius generalis, alter *ſpecialis*, qui præeſt Conſiſtorio Epiſcopi.

44. Subinde in ſecula ib' Officiales Epiſcoporũ cognoſcunt.

à quibus tamen ad Cameram Imperii, vel Imperatorem, appellandum eſt, teſte *Gylmann.*

45. Contra appellationes ab Officialibus ad Pontificem ejusque Legatos in Camera Imperiali decernuntur Mandata avocatoria.

46. His tamen non obſtantibus appellatio & recurſus ab Officialibus quorundam Archi- nec non Epiſcoporum ad Pontificem ejusque Nuncios invaluit.

47. Sed prohibetur in *Rec. Imper. noviſſ. & Capitul. Leopold.*

48. Quæ prohibitio ob controverſias inter ſuprema Imperii tribunalia & Nuncios Apoſtolicos exortas, in nuperrima Joſephi denuo approbata, nec non ad ſeparationem cauſarum ſecularium & Eccleſiaſticarum, itemque ad compoſitionem amicabilem cum Sede Romana extenſa eſt.

49. Sic ergo Epiſcopi duplicem ſuſtinent perſonam, Eccleſiaſticam & ſecularem, quamvis ſola illa, quæ Principum ſecularium ſunt, curent, ac reliqua Vicariis committant.

50. Et licet in Diœceſi generali duplicem, in ſpeciali tamen ſolam Eccleſiaſticam exercent poteſtatem.

51. Exercitium hoc Juris Epiſcopalis poſt Reformationem non ſolum in diverſis regnis & rebuspublicis, ſed etiam in Imperio noſtro paſſim immutatum eſt.

52. In regnis & rebuspubl. Aug. Confeſſ. vel reformatæ Religionis Jus Epiſcopale exercetur ſecundum normam, ab Imperantibus ejusdem religionis præſcriptam.

53. In regnis vero, in quibus Imperantes Catholicam profitentur religionem, & ſubditi Evangelicam, aut reformatam, inſpicienda ſunt pacta, de hac profeſſione & per conſequens de exercitio Juris Epiſcopalis interpoſita.

54. In Imperio noſtro exercitium equidem religionis Catholicæ & A. Confeſſionis, ſubincluſo Reformatæ, receptum, ſed cum annexis, adeoque Jure Epiſcopali, ad obſervantiam *An. 1624.* reſtrictum eſt.

55. Certi conſiderantur *caſus*, quorum *primus* concernit Statuum Catholicorum Landſaſſios Evangelicos, qui, ſi *An. 1624.* Jurisdictionem

nem Eccleſiaſticam non agnoverunt, ab ea porro exemti, adeoque ſubjectum habile Juris Epiſcopalis redditi ſunt.

56. Hoc aſſertum fluit ex ſuſpenſo Jure Diœceſano Epiſcoporum Catholicorum contra Status & ſubditos Aug. Confesſionis, etiam in civitatibus, in quibus mixta religio viget.

57. *Alter caſus* Catholicorum Imperii Procerum Status provinciales & ſubditos Evangelicos, qui *An. 1624.* Eccleſiaſticam jurisdictionem agnoverunt, illi porro ſubeſſe jubet, duplici tamen limitatione adjecta.

58. *Tertius* vult, ut Status hi & ſubditi, quia An. 1624. habuerunt quidem exercitium religionis, ſed non annexa jura, nec agnoverunt Eccleſiaſticam jurisdictionem, Dominum territorii Catholicum, quoad Jura Epiſcopalia, pro ſuperiori, itidem ſub declaratione adjecta, habere debeant.

59. Hinc fluit (1) quod Dominus territorii Catholicus ſubditis A. Confeſſ. ut abrogato Juliano Calendario, Ann. 1624. obſervato, Gregorianum recipiant, imponere nequeat.

60. Et (2) quod cantionibus & precibus contra Romani Pontificis inſidias interdicere haud poſſit.

61. In his tamen, æque ac in Calendarii novi ſurrogatione, Superiori, mutationem ſub comminatione urgenti, obſequium præſtare debent.

62. Ferias, quæ religionem concernunt, hi ipſi ſubditi indicunt; reliquæ ob eventus lætos triſtesque à Superioribus, quibus hoc jus competit, inſtituuntur, ſub certis tamen declarationibus quoad hos ſubditos.

63. Dicta de Statuum Catholicorum ſubditis Aug. Confeſſ. ob *Inſtrum. Pac. Caſ. Svec.* extendenda quoque ſunt ad ſubditos reformatos.

64. Statibus ſiquidem Imperii Evangelicis quoad exercitium Juris Epiſcopalis æquiparati ſunt Reformati.

65. Quoad Proteſtantes proponitur (1) *ipſa Juris Diœceſani* & Jurisdictionis Eccleſiaſticæ Pontificiorum *ſuſpenſio*, per verba *Inſtrum. Pac. art. 1. §. Jus Diœceſanum. 16.*

66. Quæ brevi paraphraſi declarantur.

67. Hæc ſuſpenſio quam maxime differt à ſuſpenſione Canonica Epiſcoporum ac

Digitized by Google

Clericorum, & prudentiſſimo placuit conſilio.

68. *Unus* ab hac ſuſpenſione excipitur *caſus in cit. §. 16.* concernens exactionem redituum, cui adjicitur *alter in fin. d. §.* de A. Confeſſ. Magiſtratuum ſubditis Catholicis.

69. Quomodo hujus *verſ.* declaratio cum inverſione ſenſus genuini ab adverſariis fiat, demonſtratur.

70. (2) *Prætenſa Reviviſcentia Juris Epiſcopalis*, ob quam Epiſcopi Catholici non provocant ad *Innoc. X. Bullam*, in *Receſſ. Imper.* noviſſimo & *Capitulationibus Cæſareis* per approbationem *Inſtrum. Pac.* reprobatam.

71. Sed ad ipſam potius *Pacif. Religioſ.* & *Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec.* ex quibus locis varia deducunt argumenta, quæ *num.* 72. 73. & 74. recenſentur, ſicque omnem impendunt operam, ut Jurisdictionem Eccleſiaſticam ſuſpenſam in uſum revocent.

75. Verum contra hanc prætenſam reviviſcentiam Proteſtantes, præter *Pac. Relig.* ſecuros reddit *Inſtrumentum Pac.*

76. Ad Adverſariorum argumenta contraria, & ad (1) quidem, Proteſtantes diſtinguunt inter ſuſpenſionem ſimplicem, & eum, per quam Jurisdictio Eccleſiaſtica ad Status Imperii devoluta eſt.

77. Totalis, eaque placida religionis compoſitio, qualem *pax Religioſ. & Inſtrum. pac.* ſupponit, vix ſperanda, aut expectanda eſt.

78. Etſi vel maxime ſubſequatur, certam tamen ſpem de recuperatione Juris Epiſcopalis, quatenus invaluit, Epiſcopi Catholici in terris Proteſtantium ſibi concipere nequeunt, cum æque facile Majeſtati ac Superioritati, tanquam priſtinæ cauſæ, relinqui queat.

79. Ad (2) quod particulæ: *donec, usq; dum* &c. perpetuitatem *Inſtrum. Pac.* non reſtringant, tum propter hactenus deducta, tum etiam ob *Inſtrum. Pac.*

80. Ad (3) quod Jus Diœceſanum cum Jurisdictione Eccleſiaſtica non tam ſuſpenſum, quam potius Statibus Proteſtantibus reſtitutum ſit, & quidem, quoad (4) dubium, ſi amicabilis compoſitio non ſequatur, in perpetuum.

81. De-

81. Demonſtratur ad (5) ſuppoſitum de incapacitate Proteſtantium infirmo niti fundamento.

82. Qua occaſione adjicitur, quomodo intra terminos territorii reſtringatur Jurisdictio Eccleſiaſtica in *Inſtrum. Pac. art. 5.* § 16.

83. Et quod diſtinctio inter radicem & effectum Juris Epiſcopalis ab *Inſtrum. Pac.* aliena ſit.

84. Quoad (6) quod nulla allegari queat ſurrogatio Catholicorum, loco Evangelicorum, in terris Proteſtantium.

85. Et quod, ratione (7) caſus reſervatus ſpecialis, redituum exactionem concernens, reviviſcentiam prætenſam inducere nequeat.

86. & 87. Reſpondetur, quoad (8) & (9) dubium, ad verba *Pac. Religioſ. in Rec. Imper. de* An. 1555. §. 20. in verbis: Aber in andern Sachen.

88. Equidem Epiſcopi Catholici contrarium quovis modo defendere conati ſunt, juxta querelas Statuum *Aug. Confeſſ. in Tract. Pac. Weſtph.*

89. Sed *Inſtrum. Pac.* excepto caſu ſpeciali antea propoſito, Jus Diœceſanum & Jurisdictionem Eccleſiaſticam quoad omnes cauſas ſuſpendit, adeoq; dubium illud *Pac. Relig.* declarando, ſuſtulit.

90. Dubia res circa competentiam fori cauſarum matrimonialium, quoad Status & immediatos Imperii Proteſtantes, non ſtatim jurisdictionem Eccleſiaſticam Epiſcoporum Catholicorum infert, aut exigit.

91. Sed aliis potius mediis ejusmodi controverſiæ hactenus compoſitæ ac deciſæ fuerunt.

92. Quamvis longe melius & efficacius eſſe videatur, ſupremum aliquod Conſiſtorium & judicium Eccleſiaſticum conſtituere.

93. Conſilium annectitur ad ſuperandas difficultates ex ſumtuum collatione.

94. Ex quibus (3) liquet, *quomodo Proteſtantes Jurisdictionem Eccleſiaſticam* in cauſis Immediatorum matrimonialibus *exerceant.*

95. Cæteroquin poteſtatem *Clavium* Miniſtris Eccleſiæ, nonnulla vero *Ordinis* & LL. *Diœceſana* Superintendentibus, Inſpectoribus ac Decanis utplurimum commiſerunt, ubi de eorum officio.

96. Cui nonnunquam etiam adje-

adjectæ ſunt notiones quarundam cauſarum, quamvis in ea functione varient Conſtitutiones Eccleſiaſticæ.

97. Habent porro Proteſtantes *Conſiſtoria*, ſive judicia Eccleſiaſtica, ubi: Conſiſtorii vox unde dicatur.

98. In ſpecie per Conſiſtorium quid intelligatur.

99. Quid vero in genere, &, qua ratione Proteſtantes judicia ſua Eccleſiaſtica Conſiſtoria vocaverint.

100. Deſcriptio ac diviſio Conſiſtoriorum.

101. Jus conſtituendi Conſiſtoria habent ſuperiorem non recognoſcentes, & in Imperio noſtro Proteſtantes, nonnunquam etiam Landſaſſii.

102. Perſonarum qualitas, quæ his judiciis præponuntur, conſideratur, ubi, quod non ſimplicis ſit neceſſitatis, ut Aſſeſſores inſimul ſint Theologi, quamvis conſultius eſſe videatur.

103. Coram Conſiſtoriis ſortiuntur forum Clerici & laici in cauſis Eccleſiaſticis, exceptis quibusdam negotiis, quæ ſibi Status Proteſtantes reſervarunt.

104. In quæſtione: An Conſiſtoria habeant jurisdictionem ordinariam, an delegatam, inſpiciendæ ſunt LL. Provinciæ.

105. Poteſtas avocandi cauſas à Conſiſtoriis annexa eſt Superioritati territoriali, ubi de modo procedendi in Conſiſtoriis relative.

106. Conſiſtoria Saxonica aliis quidem cauſam dederunt, ſed abſolutæ neceſſitatis non eſt, cauſas Eccleſiaſticas in Conſiſtoriis tractare.

107. Præſtat tamen, cauſis Eccleſiaſticis peculiare judicium vel aſſignare, vel jam aſſignatum conſervare.

1 Diverſa *Juris Epiſcopalis Capita*, eorumque ſubordinata jura, hactenus, niſi Nos fallit opinio, ſat abunde conſideravimus. Nunc vel ipſius materiæ ratio ſuadere videtur, ut ejusdem *Exercitium* paulo exactius intueamur, cum circa illud plura ſingularia, ſcitu & cognitione vel maxime neceſſaria, occurrant, quorum præcipuum hoc eſt, quod à territorii Juribus, aliisque regalibus, quam maxime ſeparandum ſit Jus Epiſcopale,
2 licet ab uno eodemque ſubinde exerceantur. Poſtquam enim Statibus

tibus Imperii noſtri Germanici adſcripti, & inde à temporibus Ot-
tonis M. ſeculari inſimul poteſtate inſigniti ſunt Epiſcopi, non
ſolum Principes Imperii in eccleſiaſticos & ſeculares; ut paſſim
ex traditis *Scriptorum Jur. Publ.* præprimis *Tob. Pauerm. de Jurisd.
l. 2. c. 9. n. 8. Limn. lib. 4. Jur. Publ. c. 2. n. ult. Juſt. Sinold. cognom.
Schütz. vol. 1. J. P. Ex. 8. th. 4.* aliisque liquet, dividi, ſed etiam
priores feudo eccleſiaſtico & ſeculari ita præeſſe cœperunt, ut ha-
berent duplicem poteſtatem, Eccleſiaſticam ſcil. & ſecularem.
Poſteriorem per inveſtituram ab Imperatoribus impetrant, quibus 3
ratione bonorum feudalium ſemper ſubfuerunt, adeoque hodie-
num ſubjiciuntur, ita quidem, ut ab eorum ſententiis in cauſis
civilibus, aliisque, ab hac ſeculari poteſtate dependentibus, non
ad Pontificem, ſed Imperatorem vel Cameram Imperii appellatio
interponatur. Vid. *Gail. l. 2. Obſerv. 30. num. 7. ac Knichen. de Sa-
xon. non prov. jur. verb. Ducum. c. 2. num. 10.* Eadem ergo Supe-
rioritatis jura ac regalia, quæ Duces ac Principes ſeculares alio-
quin habent, in ſuis territoriis obtinent, & cum omnimoda Ju-
risdictione, mit aller Weltlichen Obrigkeit / inveſtiuntur. Vid. *Kni-
chen. cit. c. 2. num. 8. & 9. Matth. Stephan. de Jurisd. l. 2. part. 1. c.
4. num. 66. Pauermeiſt. de Jurisd. cit. l. 2. c. 9. num. 7. atque Limn.
lib. 4. Jur. Publ. c. 2. num. ult.* Nonnulli quoque non tantum
Epiſcopatus & Prælaturas Imperii, cum territorii juribus poſſident,
ſed etiam peculiares inſuper Ducatus & Comitatus; inque illis
omnem jurisdictionem ac poteſtatem conceſſam habent, quales
ſunt Epiſcopus Herbipolenſis, qui inſimul eſt Dux Franconiæ,
aliique à *Pauermeiſt. cit. n. 8. & Limn. d. n. ult.* relati. Hanc ipſam 4
tamen poteſtatem ſecularem, neutiquam ut Epiſcopi, prout *in
antec. cap. num. 183.* innuimus, & bene obſervavit *Pauermeiſt. cit.
loc.* ſed potius, ut Principes & Status Imperii, ob inveſtituram
Imperatoriam exercent, & per conſiliarios aulicos, in regimini-
bus ac judiciis ſecularibus, durch Weltliche Räthe und Gerichte /
æque ut Principes ſeculares, tractant. Nam cum illis in hoc ex-
ercitio plane conveniunt; quamvis in quibusdam & quidem ſe-
quentibus differant: (1) quod ſeculares Principes feuda ſua rega- 5
lia ad ſucceſſores ſanguinis & deſcendentes transferant, non ve-
ro Principes eccleſiaſtici, ſive Epiſcopi, ut qui, ob Canonum pro-
hibitionem, nec matrimonium inire, nec etiam heredes ſanguinis

Nnn ha-

habere poſſunt, *per c. 1. X. de Cler. conjug. & c. 1. X. de Fil. Presbyt.* Quare ſi vel Epiſcopatui renuntiaverint, aut obierint; Capitulum in eorum locum alios eligere debet. (2) Quod ſeculares Principes pleniori jure in feudis ſuis regalibus fruantur; Eccleſiaſtici vero nudorum diſpenſatorum & fructuariorum loco habeantur, ut cum *Choppin. de Doman.* aliisque docet *Knichen. cit. c. 2. num. 12.* quem ſequitur *Stephan. laud. l. 2. p. 1. c. 4. num. 78. & ſeq. Ziegler. ad aur. Prax. Calv.* §. *Landſaſſii. n. 5.* ibique plures, ac *Schutz. Vol. 1. Jur. Publ. Ex. 6. th. 19. lit.* C. Ex quibus declarationibus *Stephan. cit. cap. 4. num. 68.* recte concludit: Seculares Principes & Status plus juris in ſuis territoriis habere, plenioriqne ad-
6 miniſtratione frui, quam Eccleſiaſticos. Conſiſtit autem hujus differentiæ & limitationis ratio in eo, quod eccleſiaſtici Principes in præjudicium Eccleſiæ, Epiſcopatus & ſucceſſorum, qui jure proprio electionis Canonicæ ſuccedunt, nihil peragere queant. Licet enim defuncti Epiſcopi ſucceſſor in Epiſcopatu quadantenus ſit inſtar legitimi ſucceſſoris, ea tamen comparatio tantum in favorem Eccleſiæ recipitur, non vero in ejusdem detrimentum. Unde quoque omnes Epiſcopi, ſive poſtulati ſive electi fuerint, in Capitulationibus ſuis ſpondere debent, ſe ſuſceptos Eccleſiaſticos Principatus, dignitates & beneficia nequaquam hereditario jure poſſeſſuros, aut id acturos, ut hereditaria fiant, ſed libera ſit ubique Capitulo, & quibus præterea pariter cum Capitulo pro more competit, tam electio, quam poſtulatio, verba ſunt *Inſtrum.*
7 *Pac. Cæſar. Svec. art. 5. §. 4. verſ. poſtulati vero.* Neque in exercitio horum jurium territorialium cum Epiſcopo concurrit Capitulum Eccleſiæ Cathedralis, perinde ut in rebus propriis ipſius Epiſcopatus, (die von dem Stifft ſelbſt herkommen) ſi de iis diſponere velint Epiſcopi, laborare haud debent de conſenſu & approbatione Capituli, ut loquuntur *Menoch. lib. 2. A. J. Q. caſ. 172. n. 31. Gilken. ad auth. Hoc jus porrectum, C. de SS. Eccl. n. 38.* atque *Beſold. Conſil. 30. n. 18.* Secus eſt, ſi rem, ſibi & Eccleſiæ Cathedrali
8 communem, in alium transferre conentur. *Gilken. d. loc.* Sede tamen vacante, adminiſtratio libera horum jurium, perinde ut Epiſcopalium, ad Capitulum Cathedrale ſpectat, per *cit. §. 4. diſt. Inſtrum. Pac.* Siquidem, ſede vacante, poteſtas Epiſcopalis reſidet penes Capitulum per *c. His quæ. 11. & c. Cum olim. 14. X. de Major. &*

Obed.

obed. quod tam in temporalibus, quam ſpiritualibus ſuccedit, nec
inferius, ſed par eſt Epiſcopo. Quare excommunicationem re-
mittit, *c. un. eod. in 6.* ſtatuta condit, *c. cum omnes. 6.* ✠. *de Conſtit.*
præbendas confert, *c. un. in pr. Ne ſed. vac. aliquid in nov. in 6.* à jura-
mento abſolvit, atque cum ſpiritualibus etiam temporalia, *c. pen.*
& ult. de ſupplend. neglig. Prælat. in 6. nec non jurisdictionalia exer-
cet. *Duaren. de ſacr. Eccleſ. Miniſter. l. 3. c. 6. in fin.* omnemque pote-
ſtatem Epiſcopi, necnon feuda Imperii, principalem dignitatem
tribuentia, retinet, teſte *Ziegl. ad aur. Prax. Calvol. §. Auſtrega. concl.*
1. n. 36. & ſeq. it. n. 39. Hinc licet Capitula Eccleſiarum Cathedrali- 9
um, quatenus talia, non ſint Status Imperii, ut eorum membra
Imperio non principaliter & immediate, ſed ſuo potius Archiepi-
ſcopo, vel Epiſcopo ſubjecti ſint, coram quo forum ſortiantur.
Gail. lib. 1. obſerv. 30. n. 3. niſi ſint (1) Collegia Canonicorum libera,
immediate Imperatori & Imperio ſubjecta, freye Käyſerliche Stiff-
te, qualia eſſe perhibentur Collegia Canonicorum Bruxellenſe in
Brau-Rhein prope Spiram, Bruſchedenſe prope Aquisgranum, &
Arnvellenſe prope Saarbrücken. *Gail. d. obſ. 30. n. 9. & de Pignor. cap.*
6. n. 6. Blum. in Proc. Cam. tit. 26. n. 50. aut niſi (2) territorium vel do-
minium aliquod immediate ab Imperatore & Imperio in feudum
recognoſcant, ipſique hoc modo ſubjiciantur. *Gail. cit. obſerv. 30.*
num. 19. ibiq. Grav. in Concluſ. n. 2. Attamen, ſede vacante, Capitu- 10
la, vel Collegia Canonicorum, defunctum Principem Eccleſiaſti-
cum repræſentant, adeoque jure repræſentationis omnem juris-
dictionem exercent. Unde *Gail. cit. obſerv. 30. n. 15.* recte infert, quod
tali in caſu in Camera contra Capitula proceſſus ſuper conſtitutio-
ne Pignorationis obtineri poſſit. Et quamvis, ſede vacante, Ca- 11
pitulo beneficium Auſtregarum deneget *Gail. cit. loc.* quod vel ma-
xime ex adducta hypotheſi, quod Status Imperii non ſint, de-
ducere conatur; Contrarium tamen verius eſt. Nam quia Capitu-
lum, ſede vacante, Epiſcopum vel Prælatum repræſentat, hocque
repræſentationis jure jurisdictionem exercet, & vices Epiſcopi ge-
rit, privilegiis Auſtregarum omnino gaudet. Etſi enim largiamur,
Auſtregas ſtricte interpretandas, nec extendendas eſſe, hic tamen
nulla fit extenſio, ne quidem de perſona ad perſonam, cum
Capitulum repræſentet duntaxat Epiſcopum defunctum, vel
futurum ſucceſſorem, inſimulque cum Canonicis, qui in eo
reperiuntur, ſit inſtar tutorum Eccleſiæ & Prælaturæ vacantis,

Digitized by Google

quæ fruitur jure pupilli & minoris, per *c. auditis. 3. X. de in in-
tegr. reſtitut.* ubi vid. *Gloſſ. Panorm. Barboſ. Gonzal. & alii.* Proin-
de ſicut tutor ſequitur forum pupilli, ita etiam Capitulum hoc
caſu ſequitur forum & jus ſedis, ſeu Eccleſiæ. Vid. *Petr. Frider.
Mind. de Proc. l. 1. c. 19. n. 17. Schubbard. de Auſtreg. c. 3. n. 43. & ſeq.
Ziegler. ad Aur. Prax. Calvol. §. Auſtregæ. concl. 1. num. 36. atque Blum.*
12 *in Proc. Cam. tit. 26. num. 46.* Quin & inſuper, ſede vacante, ad
Comitia univerſalia & particularia vocatur, uti partim exemplis,
partim etiam ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii comprobant *Ber-
tram. de Comit. ac Arum. in conſim. tract. c. 4. num. 18. nec non Juſt. Sinold.
Schütz. vol. 1. Ex. 10. th. 9. lit. d. Limn. l. 9. Jur. Publ. c. 1. num. 50.* ejus-
que *Enucl. l. 4. c. 72. §. 14. Gaſtel. de Stat. Publ. Europ. c. 37. n. 4. Blum.
in Proc. Camer. cit. tit. 26. n. 46. atque Rhet. lib. 1. Inſt. Jur. Publ. tit.
4. §. 11.* idque diſertis verbis comprobat *Inſtr. Pac. Cæſar. Svec. art.
5. §. Elect. 6.* in verbis: *Iidem aut, ſede vacante, Capitula & quibus
adminiſtratio cum iis conjunctim competit, ad univerſales, æque ac par-
ticulares, Deputationum, Viſitationum, Reviſionum aliosque conventus*
13 *Imperiales literis ſolitis evocentur, & ſuffragii Jure fruantur.* Quæ
vero Epiſcopis, non ut Epiſcopis, ſed aliunde, ut diverſæ perſo-
næ, & quidem ex ſpeciali conceſſione competunt, ea, æque ut
alia ardua, Capitulum expedire nequit, ut cum *Bertram.* demon-
ſtrat *Arum. cit. c. 4. n. 108.* Hinc ſequitur, quod, ſede Archiepiſco-
pali vacante, Capitulum Moguntinum nec Electores ad electio-
nem Imperatoris convocare, nec reliqua Capitula Trevirenſis &
Colonienſis Eccleſiæ actui electionis intereſſe queant, ſecus ac
cenſet *Goldaſt.* qui malo admiſſi Capituli Colonienſis in Electione
Maximiliani II. Imperatoris exemplum refert. Nam non ſolum
Scardius ab ipſo allegatus, ſed & *Nicol. Heiden. in deſcript. Coron.
Maxim. II.* non Capitulum, ſed Colonienſem Electorem adfuiſſe
ſcribunt. Conf. *Arum. ad A. B. diſcurſ. 1. th. 24.* ubi per rationes
dubitandi & decidendi hoc aſſertum reſolvit. *Limn. ad A. B. c. 1.
§. 18. obſ. 3. n. 5. & ſeq.* nec non *lib. 3. Jur. Publ. c. 3. num. 53. & ſeq.
Rumelin. ad A. B. Diſſert. 2. th. 12.* ibique *Speidel. in addit. lit. a.
Wurmſer. Ex. Jur. Publ. 2. q. 4. Juſt. Sinold. Schütz. vol. 1. Exerc. 10. th.
9. lit. d. Hermes in Faſc. Jur. Publ. c. 4. n. 18. & 23. Rhet. l. 1. Inſt. Jur.
Publ. tit. 4. §. 11.* aliique plures. Hæc de exercitio jurium territo-
rialium, quod Epiſcopi nec per electionem, nec per confirmatio-

nem

nem à Pontifice factam, aut conſecrationem, ſed per ſolam in-
veſtituram Imperatoriam conſequuntur, prout jam antea ex *Pau-
ermeiſter.* obſervavimus. Aſt cætera jura, ad *Epiſcoporum* ac *Præ-* 14
latorum poteſtatem Eccleſiaſticam ſpectantia, eorumque exercitium,
diverſimode acquirunt Epiſcopi. Licet enim electi aut poſtulati
ſint à Capitularibus & Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, ea tamen,
quæ *Epiſcopo* ut *Epiſcopo* competunt, nondum peragere poſſunt,
ſed inſimul in quibusdam requiritur, ut ſint *confirmati à Papa*, in
quibusdam vero, ut ſint *conſecrati.* Ad confirmationem, præter 15
pallium, quod tamen Archiepiſcopis ſolis, atque Bambergenſi ſpe-
cialiter conceſſum legimus, vid. *Spreng. lib. 2. Inſt. Jur. Publ. c. 31.*
atque huj. Tract. c. 4. n. 43. pertinet juramentum novi Epiſcopi, quo
fidelitatem (1) Pontifici præſtat, inſimulque (2) promittit, ſe res
ac prædia Eccleſiæ non alienaturum, ſed bona potius fide conſer-
vaturum, omniaque (3) quæ regulis canonicis continentur, ſan-
cte ſervaturum, hocque præſtito ſatisfeciſſe dicitur L. Diœceſanæ,
& nanciſcitur quoque ea, quæ Jurisdictionis eſſe perhibentur.
Sic ergo legitima *electio* tribuit jus *ad confirmationem*, & *ex confir-* 16
matione ſequitur jus *adminiſtrandi bona eccleſiaſtica*, & exercendi Ec-
cleſiaſticam jurisdictionem, per *c. noſti. 9. & c. transmiſſum. 15. X.*
de Elect. quam poſt electionem ante confirmationem nullus Epi-
ſcopus ſibi aſſerere poteſt, niſi id fiat in caſu neceſſitatis, & utili-
tatis, ne Eccleſia detrimentum patiatur in temporalibus, vel ſpi-
ritualibus. *Wagnereck. ad cit. c. noſti. 9.* Tandem, ut plene poſſit 17
officium Epiſcopale exercere, præterea requiritur conſecratio.
Hanc ipſam vero, poſt confirmationem, intra tres menſes recipe-
re tenentur Epiſcopi, niſi ob urgentem neceſſitatem prorogatio-
nem impetraverint, per *c. quoniam. 2. diſt. 75. atque Concil. Trident.*
ſeſſ. 23. de reform. c. 2. & quidem die dominica, quod tempus Cano-
nes conſecrationi Epiſcoporum peculiare eſſe voluerunt, *c. quin in
aliquo, 5. diſt. 51.* interveniente miſſa, in qua inter Epiſtolam & Ev-
angelium peragitur, *c. quod ſicut. 28. §. 1. X. de Elect.* aliisque
ſolennitatibus, præcipue ut, ſi Archiepiſcopi ſint conſecrandi,
omnes ejusdem Provinciæ Epiſcopi, ſin reliqui Epiſcopi, tres &
non pauciores, per *c. 1. & ult. diſt. 66. & c. ſi Archiepiſcopus 6. X. de
Temp. ordin.* adhibeantur, qui, ſcrutinio cum precibus celebrato,
Evangelii codicem tenentes, manus imponant, & uno benedi-

Digitized by Google

ctionem fundente, cæteri caput conſecrandi tangant, eumque
chriſmate in capite & manibus ungant. Vid. *Sprenger. cit. c. 31. atq;*
18 *Vitriar. lib. 1. Inſt. Jur. Publ. tit. 15. §. 29. in not.* Hac conſecratio-
ne peracta, Epiſcopi quoque ea, quæ Ordinis eſſe perhibentur, ac
paſtoralia acquirunt. Vid. *Wagnereck. ad c. 7. & 9. X. de Elect. nec*
non Vitriar. cit. §. 29. in not. inſimulque fiunt Paſtores ordinarii ani-
marum in tota diœceſi, quibus incumbit populum inſtruere in
fide, verbo Dei paſcere & ſacramenta adminiſtrare, eamque ob
cauſam viros idoneos ad prædicationis officium aſſumere, ac or-
dinare, ut eos coadjutores & cooperatores habeant non ſolum in
prædicationis officio, verum etiam in audiendis confesſionibus,
pœnitentiis injungendis, cæteriſque, quæ ad ſalutem animarum
pertinent, peragendis, *c. inter. 15. X. de Offic. jud. ord.* quod de-
ſumtum eſt *ex Concil. Lateran. ſub Innocent. III. c. 15. atq; confirma-*
19 *tum per Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. c. 2.* Si ergo ad Epiſco-
pos aliosque Prælatos adminiſtratio Jurium Epiſcopalium diver-
ſimode tranſit, qua acquiſita, eandem ſoli per Conſiſtoria Epi-
ſcopalia, in civitatibus cathedralibus hanc in rem conſtituta, ex-
ercent, exceptis illis caſibus, quibus conſilium vel conſenſum
Capituli, aut ejusdem majoris partis negligere nec poſſunt nec
debent, quod præcipue in negotiis majoris momenti contingit.
Canonici ſiquidem Eccleſiæ Cathedralis fratres Epiſcoporum ſunt,
unum cum iis conſtituentes corpus, ut non deceat, omiſſis mem-
bris aliorum conſilio in Eccleſiæ negotiis uti. Vid. *c. novit. 4. cum*
20 *ſeq. X. de his, quæ fiunt à Prælat.* Differunt autem conſilium &
conſenſus in eo, quod conſenſus neceſſarius ſit, quando expreſſe
requiritur in jure, conſilium autem intercedat, quando jura qui-
dem conſenſum Capituli nominatim non exigunt, res tamen gra-
vis & majoris momenti occurrit; hinc & diverſus inter conſilium
& conſenſum exiſtit effectus. Nam ſi requiratur conſenſus, Præ-
lati ac Epiſcopi ad id, quod major pars Capitularium concluſe-
rit, adſtricti ſunt, ſin autem ſaltem conſilium deſideretur, ſola
conſultatio cum Capitularibus ſufficiet, licet Prælati & Epiſcopi
eorum opinionem non ſequantur, per *c. cum olim. 7. X. de Arbitr.*
ubi vid. Barboſ. atq; Engel. ad tit. X. de his, quæ fiunt à Præl. n. 1.
21 *nec non Wagnereck. ad c. 4. X. eod. not. 2.* Regulæ ergo generales,
ſuppoſita tamen ſemper conſuetudine legitime præſcripta, hæ

ſtatui

ſtatui poſſunt: (1) Negotia minora poſſe Epiſcopos aliosque Prælatos peragere ſine conſenſu Capituli, hæc enim expediunt ex officio. (2) In arduis & majoris momenti rebus, exiſtente cauſa rationabili & gravi, tenentur requirere conſilium Capituli. (3) Non ſolum conſilium ſed & conſenſum Capituli adhibere debent illis caſibus, quibus expreſſe de jure requiritur, quales ſunt ſequentes: (*a*) Alienatio rerum Eccleſiæ Cathedralis, quia intereſt Capituli, ne ipſius bona diminuantur, ut *ex tot. tit. X. de Reb. Eccleſ. non alien.* conſtat. (*b*) Omnes caſus concernentes præjudicium Eccleſiæ aut ſucceſſorum. (*c*) Negotia ad Epiſcopum & Capitulum communiter ſpectantia, aut (*d*) intereſſe Capituli concernentia. Denique (*e*) ſtatuta, quamvis, ſi Capitulum ſine ſufficienti cauſa ipſis ſe opponat, nihilominus pro validis habeantur, obſervante *Panorm. ad c. Quanto. 5. X. de his, quæ fiunt à Præl. ſine conſenſ.* Confer. *Canoniſt. ad cit. t. poſt eosq; Engel. n. 3. Gonzal. Tellez. ad c. 1. eod. n. 7. & Wagnereck. ad c. Quanto. 5. dict. tit. not. 3.* pluresque alii. Sed conſuetudo cujascunque Eccleſiæ & Capitu- 22
li, quam ſuppoſuimus, hic utramque ſæpius conficit paginam, atque Epiſcopis in plerisque ferè caſibus, ſine conſilio vel conſenſu Capituli procedendi facultatem tribuit, teſte *Steph. Gratian. diſcept. forenſ. c. 190. n. ult.* quem hanc in rem laudat *Engel. ad tit. X. de his, quæ fiunt à Præl. ſine conſenſ. capit. n. ult.* ut adeò conſuetudo multorum locorum, extra res ad Epiſcopos & Capitula communiter ſpectantes, in aliis Juris Epiſcopalis Capitibus liberam, adeoq; eandem Epiſcopis concedat adminiſtrationem, quam ipſis circa jura territorii ac regalia in antecedentibus adſcripſimus. Quia verò par- 23
tim ob ſenium, adverſam valetudinem, aliave impedimenta, partim verò ob amplitudinem diœceſium, Epiſcopi omnes functiones in propria perſona nec peragere poſſunt, nec etiam, poſtquam Principum dignitate, præcipue in Germania noſtra, condecorati ſunt, peragere ſolent; Ideoque nonnunquam *Coadjutoribus*, regulariter verò *Vicariis generalibus*, hanc in rem ab ipſis Epiſcopis conſtitutis, adminiſtrationem concedunt. Coadjutores equi- 24
dem alii ſunt *Dignitatis*, alii ſunt *Canonicatus*, ut inferiorum Clericorum, quorum priores non ſolum Epiſcopis aliisque Prælatis, ſed etiam Archiepiſcopis, propter ſenium aliamque juſtam cauſam, in adminiſtratione adjunguntur, & quidem vel ad *tempus & revocabiliter,*

biliter,

biliter, vel in *perpetuum* & *irrevocabiliter*, quo caſu Coadjutores iterum ad vitam Epiſcopi ac Prælati, vel *cum futura* ſucceſſione, vel *ſine illa* conſtituuntur, & ſtipendium ex reditibus beneficii accipiunt. Vid. *Alteſerr. diſſ. Jur. Can. lib. 1. cap. 3. & 6. & huj. Tract. c. 4. n. 56.*

25 Dantur vero Epiſcopis, aliisque Prælatis regulariter à Summo Pontifice Coadjutores, niſi Eccleſia valde remota ſit à Sede Romana, tunc enim, ne interim, dum Romæ petitur Coadjutor, Eccleſia diſpendium patiatur, poteſt Epiſcopus ægrotus, vel aliàs in exercitio officii ſui impeditus, cum conſenſu majoris partis Capituli, ſibi unum vel alterum Coadjutorem conſtituere, aut, ſi mentis inops ſit, ſolùm Capitulum eligere. Quod ſi vero Epiſcopus ſenio aut morbo ad executionem officii ſui inhabilis redditus, Coadjutorem aſſumere vel habere noluerit, Capitulum nihil innovare, nec attentare, ſed eam rem potius ſummo Pontifici indicare, ab eoque diſpoſitionem expectare tenetur, ut prolixius indicat *c. un. de Cler. ægrot. in 6. ibid. Vivian. in Ration. & Barboſ. nec non Engel. ad tit.* ✠. *de Cler. ægrot. n. 2.* quæ diſpoſitio vel maxime tunc Pontificis eſt, ſi Coadjutor perpetuus cum ſucceſſione conſtituendus ſit. Hic enim non niſi urgente neceſſitate, aut evidenti utilitate poſtulante, cauſa prius cognita, à Pontifice Romano dari debet. per *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. c. 7. ubi vid.*

26 *cum Pariſ. Gonzal. Garc. & aliis Barboſ. n. 46.* Eſt enim hæc Coadjutoria juri Canonico haud conformis, ſed irregularis potius. Nec ſemper Coadjutoria veri nominis eſt, ſed introducta ſæpius in favorem ſpecialem Principum & Magnatum, quorum filii in adoleſcentia conſtituuntur Coadjutores Epiſcoporum, non indigentium, ut ipſis aliquando ſuccedant: cujusmodi Coadjutorias in jure deteſtabiles eſſe cenſet *Petr. Gregor. Tholoſan. in tract. de Benef.* etſi ſpe auxilii & commodi, à talibus Coadjutoribus in Eccleſiam redundantis, excuſari & permitti poſſint. Vid. *Wagnereck. ad cit. c. un. de Cler. ægrot. in 6. not. 3. & 4. atq; huj. Tract. c. 4. n. 56. & ſeq.*

27 Habent vero Coadjutores, veri ſcil. nominis, niſi ſpecialiter per ſuperiorem hæc poteſtas limitata ſit, regulariter eandem poteſtatem, quam ipſi principales, ita tamen, ut ab omni alienatione bonorum, ſive ad principales ipſos, ſive ad Eccleſias ſpectantium, prorſus abſtineant, inſimulque vel ipſis Epiſcopis ægrotantibus, vel ſi hi ſanæ mentis non fuerint, Capitulo, aut ſi hoc intermiſ-

ſum

ſum ſit, ſucceſſori Epiſcopatus adminiſtrationis ſuæ plenariam rationem reddant. *d. c. un. §. præſenti. de Cler. ægrot. in 6. Engel. ad tit.* ✕. *eod. n. 4.* Hæc de Coadjutoribus. Nunc de *Vicariis* Epiſcoporum, qui conſtituuntur, ut eorundem vices gerant, horum alii ſunt *nati*, alii *dati*. *Nati* vocantur Archidiaconi, & Archipresbyteri, quibus ipſo jure & una cum officio Vicariatus quaſi agnaſcitur. Vid. *c. 1.* ✕. *de Offic. Archidiac.* Siquidem in divinis officiis, & in inſpectione diœceſeos vices Epiſcoporum gerunt, hocq; modo Vicariorum munus exercent. Vid. *tit.* ✕. *de Offic. Archidiac. & Archipresb. nec non. Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 54. num. 16 & ſeq.* Quia tamen hi Vicarii in minoribus ſolum cauſis poteſtatem habent, atque jure & moribus receptum eſt, quod Epiſcopi poſſint & ſoleant alios Vicarios conſtituere, qui in tribunali Epiſcoporum univerſum jus & juſtitiam adminiſtrent, eorumque miniſtri primarii ſint; idcirco hi poſtea *dati* nuncupantur, & opponuntur natis, iterumque ſunt vel *foranei*, vel etiam *generales*, κατ' ἐξοχὴν ita dicti. *Foranei* dicuntur, quos Epiſcopi, habentes amplas diœceſes, in certa eorundem parte conſtituunt, unde etiam foraneorum nomen ſortiuntur, quod foris extra civitatem Epiſcopi conſtituantur. Vid. *Barboſ. cit. alleg. 54. n. 18.* Atque hi in jure & reſcriptis Apoſtolicis, quibus aliquid Vicariis generalibus committitur, non continentur, nec etiam dignitate & præcedentia Vicariorum generalium gaudent, habentq; ſeparatam ab Epiſcopo tribunal, unde ab ipſis appellatio ad Epiſcopum peragitur & inſtituitur. Vid. *Barboſ. d. alleg. 54. n. 21. & ſeq. it. n. 130. & ſeq. atq; Engel. ad tit.* ✕. *de Off. Vicar. n. 5. & 6.* Horum Vicariorum foraneorum vice quoque ſunt Archidiaconi in illis cauſis, quæ ipſis, non vi officii & ex jure communi, ſed ex ſpeciali commiſſione conceſſæ reperiuntur in multis diœceſibus, adeo, ut in quibusdam etiam matrimonialium, aliarumque cauſarum cognitionem vel dijudicationem in prima inſtantia, ex ſpeciali Epiſcoporum commiſſione, conceſſam habeant. *Engel. ad tit.* ✕. *de Off. Archid. n. 4.* Generales iterum alii ſunt ſimpliciter tales, alii cum additamento in certa provincia & diſtrictu. Quando enim Epiſcopus habet duas diœceſes, æque principaliter unitas, vel unam quidem, quæ extenditur in diverſas provincias, poteſt conſtituere duos vicarios, unum quidem abſolute generalem, alterum cum

Ooo ad-

28

29

30

31

adjectione in tali provincia, vel diſtrictu. Vid. *Engel. ad tit.* X. *de*
32 *Offic. Vicar. num. 4. & Barboſ. cit. alleg. 54. n. 126.* An vero Epiſcopi
cogi poſſint, ut Vicarios generales conſtituant, iterum inter Ca-
noniſtas controverſum eſt, dum multi, interque eos *Bald. Abbat.*
Boer. Azor. Lancellot. & alii affirmativam tuentur; alii vero, ut
puta *Ricc. Taſch. Mant.* & quos ulterius allegat *Barboſ. cit. loc. n. 125.*
negativam amplectuntur, hancque ob cauſam *Poſt. in tract. de Ma-*
nuten. obſ. 53. n. 9. rationis loco adducit, Epiſcopi arbitrio permiſ-
ſum eſſe, an Vicarium conſtituere velit, nec ne. Poſterior ſen-
tentia bene quidem procedit, ſi Epiſcopi poſſint ac velint cauſas
per ſe tractare. Nam quia ipſis principaliter jurisdictio conceſſa
eſt, arbitrio quoque eorum relictum eſſe cenſemus, an ejusdem
exercitium in propria perſona ſuſcipere, an aliis concedere velint.
Quod ſi vero ob amplitudinem diœceſeos aliasque occupationes
id facere nolint, aut ob dignitatem principalem, eorum functio-
ni adhærentem, haud poſſint, ratio juſtitiæ & Epiſcopatus quam
maxime ſuadet, ut ſtatui Eccleſiæ per conſtitutionem Vicarii
33 conſulatur. *Engel. cit. loc. n. 9.* Aſſumenda vero eſt in Vicarium
generalem perſona qualificata, circumſpecta & perita in iis, quæ
ad hoc munus exercendum ſpectant, Clericus non laicus, quia
inconveniens eſt, ut laici perſonam Epiſcopi repræſentent, ejus
tribunali præſideant, & jurisdictionem ſpiritualem, contra *c. 2.*
X. *de jud.* ubi vid. *Gonzal.* exerceant, licet una vel altera cauſa
laicis ab Epiſcopis delegari queat, teſt. *Gloſſ. ad cit. c. 2. in verb. non*
præſumant, quam ſequitur *Panormit. ad d. c. 2. n. 9. & 13.* atque of-
ficio aſſeſſoris ſive conſiliarii Epiſcoporum, etiam in cauſis Eccle-
ſiaſticis, fungi, aut in temporalibus ad colligendos reditus Vica-
riatum gerere haud prohibeantur laici. Vid. *Engel. ad tit.* X. *de*
Offic. Vicar. n. 9. in fin. ubi ad Dd. & praxin provocat, nec non *Bar-*
34 *boſ. de Off. & poteſt. Epiſcop. alleg. 54. n. 7. & ſeq.* Inter Clericos au-
tem nihil intereſt, an ſit ſecularis, an regularis, modo poſterior
alioquin non ſit inhabilis, aut ex ordine mendicantium, quibus
officia omnia ſunt interdicta in *Clem. un. §. ad Prioratus, de Regul.*
pariterque licentia Abbatis aut ſuperioris interveniat. *Navarr. Az-*
pilc. de Regul. comm. 2. n. 68. Azor. p. 2. l. 3. c. 43. q. 10. ubi tamen
vult, ut ſocium habeat ex eodem monaſterio adſcitum, quia per
diſpoſitionem Canonum Monachis ſolis extra monaſterium verſari

inter-

interdictum eſt, *per cap. 2. X. & Clem. 1. de Stat. Monach.* Quapro-
pter *Concil. Trident. ſeſſ. 29. de reform. c. 16.* præcipit, ut Vicarius con-
ſtituatur, qui ſaltem in jure Canonico eſt Doctor vel Licentiatus,
aut aliàs, quantum fieri poterit, idoneus, alioquin obligatur Epi-
ſcopus, ſi quid ille in officio ſuo deliquerit. *Wagnereck. ad c. 2. de*
Off. Vicar. in 6. circa fin. Habet autem Vicarius generalis non tan- 35
tum adminiſtrationem ſpiritualium, ſed etiam curam tempora-
lium rerum, earumque tum judicialium, & cognitionem cauſarum
Epiſcopalium, tum extrajudicialium, circa bona Eccleſiæ, ipſius
reditus & penſiones, *Azor. cit. cap. 43. quæſt. 7.* Ipſi ſiquidem gene-
raliter omnes cauſæ Epiſcopales, & loca totius diœceſeos conce-
duntur. *Wagnereck. ad cit. cap. 2.* Aſt ſicut adminiſtratio tempo- 36
ralium ad officium Vicarii generalis ipſo jure non pertinet, ſed Oe-
conomis concredi poteſt, ut fructus, & reditus Eccleſiæ colligant,
atque Epiſcopis rationes reddant, ſecus ac opinatur *Azor. cit. loc.*
cujus ſententiam refutat *Concil. Trident.* quod *ſeſſ. 24. de reform. c.*
16. expreſſe vult, ut, vacante ſede Epiſcopali, Capitulum conſti-
tuat, vel jam conſtitutum confirmet Vicarium generalem, præter-
que eum Oeconomum, ad fructus & reditus colligendos, atque ad
rationes futuro Epiſcopo reddendas; Ita quoque Vicarius gene-
ralis, etſi abſque limitatione conſtitutus ſit, omnes cauſas Epiſco-
pales expedire nequit, maxime eas, quæ vel jure ſcripto, vel, rece-
pta Eccleſiarum conſvetudine, inter ſpeciales numerantur, aut
Principali dignitati ſunt reſervatæ, niſi quoque ad ſpecialia ſit con-
ſtitutus negotia, inſimulque nonnulla reperiantur expreſſa, addita
clauſula cum omnibus aliis, quo caſu minora expreſſis, non majo-
ra, peragere poteſt, *arg. c. qui ad agendum. 4. de Procur. in 6. Clem.*
non poteſt. 2. eod. Quænam vero ſint negotia iſta, quæ ſpeciale man- 37
datum requirunt, vix generali regula definiri poteſt. Equidem
Garc. de Benef. p. 5. c. 8. n. 40. & ſeq. nec non *n. 63. & ſeq.* ea, quæ ſunt
gratiæ, Vicario generali denegat, quæ vero ſunt juſtitiæ, & actus
juriſdictionis etiam voluntariæ, ipſi concedit. Sed hæc regula nec
univerſalis ac catholica, nec etiam omnibus Doctoribus probata eſt,
cum & circa actus juſtitiæ nonnullæ occurrant cauſæ, quas Vicarius
tractare nequit. Vid. *Engel. ad tit. X. de Off. Vicar. n. 11.* Quare cum
Sanchez. de Matrim. l. 3. diſp. 29. q. 2. n. 15. & ſeq. potius dicendum eſt,
Vicario, qui utitur juriſdictione & tribunali Epiſcopi, regulariter

 omnia,

omnia, quæ conceduntur Epiſcopo, etiam conceſſa eſſe, niſi ſpecialiter fuerint in jure excepta, vel res arduæ & magni præjudicii, quæ veriſimiliter Epiſcopus, ſine ſuo præſcitu, expediri haud
38 vult. Excipiuntur ergo (1) *Cauſæ criminales*, ut adeo ſine ſpeciali mandato Vicarius non habeat poteſtatem inquirendi, puniendi, beneficiis ac officiis privandi, *per c. licet. 2. de Offic. Vicar. in 6.* (2) *Collationes beneficiorum* liberæ, quæ inſtar donationis ſe habent, *per cap. cum in generali 3. eod. in 6.* (3) *Literæ dimiſſoriæ*, quas Vicarius ſine ſpeciali mandato Epiſcopi dare nequit, niſi Epiſcopo in remotis agente. *c. cum nullus. 3. de temp. ordin. in 6.* (4) *Diſpenſatio in irregularitatibus* & cenſuris ex delicto, niſi Vicarius ad eam ſpecialiter conſtituatur, *arg. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 6.* (6) *Abſolutio in caſibus* Epiſcopis reſervatis, *arg. c. ſi Epiſcopus. 2. de Pœnitent. in 6.* (6) *Subſtitutio* alterius *Vicarii.* (7) *Diœceſium viſitatio, c. ſi Epiſcopus. 6. de Offic. Ordin. in 6.* Plura refert *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſcop. cit. alleg. 54.* in quibus tamen diſcordes Dd. reperiuntur opiniones, quamvis rarior in praxi oriatur difficul-
39 tas. Quod ſi enim Epiſcopi præſentes ſunt, negotia magis ardua ad ipſos referuntur; Si vero ſint abſentes, Vicarium ut plurimum per mandatum etiam ad ſpecialia conſtituunt, ut taceamus conſuetudinem & ſtylum judicii, nec non Vicariatus inſtrumentum plerumque declarare, in quibus, ſine ſpeciali Epiſcopi mandato,
40 procedere poſſint Vicarii. Id ergo ante omnia inſpiciendum eſt, cujus formulam ſequentem nobis *Barboſ. cit. alleg. 54. n. 56.* ſuppeditat: *Univerſis præſentes literas inſpecturis; & Dei, ac ſanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Epiſcopus N. ſalutem in Domino: Noveritis, quod nos attendentes multiplices occupationes noſtras, & curam animarum, quæ nobis ſubjecta ſunt, & quod etiam nobis curæ eſt, munera noſtra aliis impertiri, qui minoribus ſcientia & ætate reperti ſunt probatiſſimi. Conſiderantes igitur probitatem, legalitatem, ſcientiam, diſcretionem, & induſtriam diſcreti viri N. Juris utriusque Doctoris, ipſum noſtrum Vicarium generalem in Eccleſia, civitate, & diœceſi noſtra, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, tenore præſentium facimus, conſtituimus, & creamus, citra tamen revocationem aliorum Vicariorum noſtrorum, per Nos alias inſtitutorum, dantes, & concedentes eidem plenam & liberam poteſtatem, & mandatum ſpeciale, Eccleſias, Altaria, Oratoria, ac Cœmiteria ædificata benedicendi, & conſecrandi, cæteraque*

loca

loca & vaſa, veſteſque divino cultui deputata, & eadem polluta reconciliandi, Epiſcopos ſuffraganeos, Abbates, & Abbatiſſas, ac Moniales benedicendi, & conſecrandi chriſma, oleum catechumenorum & infirmorum conficiendi die Jovis ſancto; pueros & puellas baptizatas confirmandi, Clericos ordinandi, uſumque Pontificalium exercendi, & reliqua conficiendi, quæ Ordinis ſunt Epiſcopalis, vel prædicta omnia, & ſingula committendi, ut fiant, & exerceantur per alium Epiſcopum: nec non indulgentias concedendi in caſibus à jure permiſſis, exhibendi Sacramenta diœceſanis ad eum recurrentibus, confeſſiones audiendi, prædicandi, publicas & ſolennes pœnitentias injungendi, Synodum diœceſanam celebrandi, provinciale conſilium convocandi, dimiſſorias ſive commendatitias ad Ordines & Sacramenta concedendi, Clericos judicandi, cauſas matrimoniales cognoſcendi, & decidendi, decimam oblationum in caſibus à jure expreſſis, nec non ſynodaticum, vel cathedraticum, quartam funeralium, procurationem Viſitationis, ſubſidium charitativum, & jus cenſus in caſibus à jure permiſſis exigendi, & reliqua faciendi, & exexercendi, quæ ſunt dignitatis Epiſcopalis, nec non ſubjectionem ſubditorum noſtrorum, & reverentiam, ac juramenta ab ipſis recipiendi, electos ſibi ſubditos confirmandi, novas Parochias erigendi, erectas collapſas conficiendi, in matrices Eccleſias transferendi, eligendi, præſentandi, præſentatos inſtituendi, deſtituendi, beneficia conferendi, penſiones ſuper illis imponendi in caſibus à jure permiſſis, reſignationes illorum recipiendi, eadem reſignata conferendi, inveſtiendi, alienandi, diſpenſandi, vota commutandi in caſibus nobis permiſſis, cauſas omnes ad forum Epiſcopale ſpectantes & pertinentes cognoſcendi, & decidendi etiam feudales, viſitandi, reformandi, præcepta, & edicta faciendi, & conſtitutiones, illaſque exequendi, corrigendi, mulctandi, excommunicandi, anathematizandi, abſolvendi etiam à caſibus quibuſcunque Nobis reſervatis, ſuſpendendi, interdicendi, deponendi, delinquentes incarcerandi, torquendi, condemnandi, tam ad tempus, quam ad perpetuos carceres, prout ſibi convenire videbitur, cauſaſque omnes criminales cognoſcendi, & decidendi, Clericos degradandi, brachium ſeculare invocando, pœnas mitigandi, gratias faciendi delinquentibus, prout ſibi videbitur expedire, purgationes indicendi, pias voluntates exequendi, & eaſdem commutandi, unum, vel plures Vicarios, loco ejus cum eadem, & ſimili, vel minori auctoritate, faciendi, creandi & ſubſtituendi, & cætera omnia, quæ ſunt Epiſcopalis, Archiepiſcopalis Juriſdictionis exercendi,

ercendi, & terminandi, & omnia alia, & ſingula faciendi, & committendi, etiamſi talia eſſent, quæ mandatum exigerent ſpeciale, & majora, & graviora expreſſis, prout ad Vicariatus officium noſcitur quomodolibet pertinere, cujus geſta, ſententias, & mandata rata & grata habere promittimus, mandantes quibuscunque, ad quos ſpectat, ſub pœna excommunicationis, quam ex nunc, prout ex tunc, ferimus in his ſcriptis, quatenus ipſum N. tanquam Vicarium & Officialem noſtrum recipiant, ſuscipiant, & admittant, ac eidem in his, quæ ad Nos, & jurisdictionem noſtram ordinariam qualitercunq; ſpectant, vel ſpectare poterunt, pareant, faveant, & aſſiſtant, ac efficaciter obedire teneantur. In quorum teſtimonium has noſtras literas fieri juſſimus per Cancellarium & Notarium noſtrum, ſubſcriptione noſtra, ac majoris noſtri Sigilli impreſ-
41 *ſione roboratas, &c. &c.* Habet autem in his conceſſis, teſte *Barboſ. cit. alleg. 54. num. 26. & multis ſeqq.* ac conſentiente *Laymann. Theol. Mor. l. 1. tract. 4. cap. 7. n. 18.* Vicarius ordinariam in diœceſanos jurisdictionem, atque exercet ipſum tribunal Epiſcopi, unde quoque non ad Epiſcopum, ſed ad Archiepiſcopum appellatur, *c. non putamus. 2. de Conſuet. in 6. & c. Romana. 3. de Appell. eod. Laymann. cit. loc.* Ejusdem tamen officium finitur revocatione Epiſcoporum, eorumque morte, renuntiatione, depoſitione, excommunicatione, aliisque modis, quibus Epiſcopalis tollitur jurisdictio, etiam quoad cauſas cœptas, in quo differt hic Vicarius à delegato. *Covarruv. Pract. quæſt. c. 4. num. 4. Sanchez. de Matrim. lib. 3. diſp. 30. Laymann. dict. cap. 9. num. 19.* Eum tamen, mortuo Epiſcopo, Capitulum intra octo dies vel confirmare, vel ipſius loco alium conſtituere tenetur, per diſpoſitionem *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 16.* ubi vid. *Barboſ.* Plura de hoc Vicario *Interpretes Jur. Can. ad tit.* ✠. *de Offic. Vicar. Panormit. Gonzal. Barboſ. Wagnereck. Engel. Vallen. Zoeſ. Venat. in analyſ. Vivian. imprimis Azor. p. 2. lib. 3. cap. 43. & ſeqq. Garc. de Benefic. p. 5. c. 8. per tot. Sanchez. de Matrim. lib. 3. diſp. 29. & 30. Laymann. lib. 1. Theol. mo-*
42 *ral. tract. 4. c. 7.* aliique proponunt. Appellatur alioquin etiam paſſim *Officialis*, unde inter Officialem & Vicarium nullam, niſi nominis, verſari differentiam, fatetur *Barboſ. cit. alleg. 54. n. 53.* ubi addit, Romanæ Curiæ ſtylum hunc eſſe, ut in expeditionibus ad Italiam, Ungariam, Dalmatiam & partes Orientales Cancellaria utatur verbo *Vicarios*; Ultra montes Alpium vero in Hiſpania,

nia, Gallia, Germania, Polonia, Anglia &c. *Officiales* nominentur & inſcribantur, & quidem ob Epiſcopalis tribunalis, cui præſunt, dignitatem, obſervante *Wagnereck. ad c. 2. de Offic. & poteſt. Vicar. not. 5. circ.* In multis equidem diœceſibus duo ſæpius reperiuntur *Officiales*, quorum unus eſt *principalis*, atque ipſe Vicarius generalis, de quo egimus, alter vero *ſpecialis*, qui præeſt Conſiſtorio Epiſcopi, in quibusdam tantum cauſis, matrimonialibus ſc. & decimarum, ac communiter in Germania, ad diſtinctionem Vicarii generalis, nomen Officialis ſine additamento retinet, teſte *Wagnereck. cit. not. 5.* Attamen ſi vocabulum Officialis non in ſpecialiori hoc, ſed generali accipiatur ſignificatu, Vicarium ipſum deſignat, cui, ut ex formula adducta liquet, cauſarum omnium ad forum Epiſcopale ſpectantium, interq; eos feudalium quoq;, cognitio committi poteſt. Sic ergo ſubinde etiam in ſecularibus Officiales Epiſcoporum cognoſcunt, ut Officiales *Trevirenſes & Colonienſes*, à quibus tamen in his cauſis non ad Pontificem, ſed ad Cameram Imperii, vel Imperatorem ipſum appellandum eſt, quod per exempla comprobat *Gylman. Symphorem. tom. 3. ſub præjud. Cam. verb. Jud.* ſicq; in cauſa Henſch contra Deley / exceptionibus Archiepiſcopi Trevirenſis non obſtantibus, in puncto devolutionis pronunciatum eſſe docet, cauſam per appellationem ab Officiali Trevirenſi ad Cameram devolutam eſſe, etſi vel maxime ſumma non attingeret privilegium Trevirenſe, quia illud loquitur von weltlichen wohlbeſtellten Hofgerichten / quale Officialis judicium haud eſſe dicit *Gylman. cit. loc. ac tom. 6. c. 1. ſub priv. appell. Elect. & Archiepiſc. Colon. in fin.* Quia vero ſubinde, etiam in cauſis ſecularibus, appellationes ab Officialibus ad Legatum Pontificis, & ad ipſum Pontificem inſtitui cœperunt, cujus rei exemplum refert *Gylman. loc. antea cit.* in einer Hæreditat-Sachen / in qua actor, Imperio ſubjectus, à Pontificis delegatis, ad rei appellationem, citatus eſt, ſed mandatum ſine clauſula avocatorium, cum annexa citatione à Camera Imperiali petiit. Dubitarunt equidem Domini Aſſeſſores, an mandatum hoc in caſu decernendum eſſet; ſed prævaluit, poſſe decerni propter Ordinationem Cameræ, daran Sie gelobet und geſchworen / & quia appellatio in ſecularibus à Colonienſi Archiepiſcopo immediate ad Cameram pertinet, adeo ut contraria juriſdictio, Cameræ juriſdictionem impediens, ſit nulla, docente *Mynſing. lib. 1. obſerv. 14.* has ob cauſas manda-

tum

Margin numbers, at the ends of their lines: 43 (beside "not. 5. circ. In multis … reperiun-"), 44 (beside "mitti poteſt. Sic ergo … Epiſco-"), 45 (beside "priv. appell. … etiam in").

tum avocatorium *die 19. Octobr. 1590.* decretum fuiſſe, itidem *Gylman. cit. loc.* refert, inſimulque de appellationibus ab Officialibus Epiſcoporum ad Cameram in ſecularibus agit *cit. tom. 3. ſub præjud. Cam. vocab. appellare quibus &c.* in ſpecie vero *de Officiali Mogunt. tom. 6. c. 1. ibiq; de Officiali Trevir. & Colon. nec non de Officiali Eccleſiaſtica Curia Herbipolenſis atq; de Officiali Epiſcopi Monaſter. cit. cap. 3. ſub Monaſt.*
46 *Epiſ.* Verum quod etiam, contra hæc omnia, appellationes & recurſus ab Officialibus ad Pontificem ejusque Nuncios in Archiepiſcopatu Colonienſi, nec non Epiſcopatu Leodienſi & Monaſterienſi, invaluerint, comprobant querelæ, quarum mentionem facit *Receſſus Imper. de A. 1654.* §. Als ſich dann auch 164. in verbis: Als ſich dann auch die Stände zum höchſten beſchweret / daß in den Ertz-und Stifften Cölln / Lüttig und Münſter / wie auch andern Orten des Reichs / allerhand Mißbräuch / wegen Vornehmung der Appellationen und Recurſen von den Officialibus ad Pontificem und die Nuntios entſtehen / indem man ſich derſelben faſt von allen Urtheilen ohne Unterſcheid / es betreffe gleich Civil-oder Profan-Sachen / bedienet / die jurisdictiones wider die Ordnung confundiret / die Civil-Sachen auſſerhalb des Reichs zu fremden Gerichten gezogen / und die Partheyen / mit Verſpielung vieler Zeit und Unköſten / umgetrieben werden / dahero erfolget / daß nicht allein viel Mandat-Proceſs de caſſando entſpringen / ſondern die Nuncii vielmahlen / durch Gegen-mandata caſſatoria, den Partheyen die Cammer-Gerichtliche Verbott aufzuheben / bey ſtarcker Geld-Pöen / oder Geiſtlichen Cenſur anzubefehlen pflegen / ꝛc. Occaſione quorum obſervandum eſt, quod verba iſta: Es betreffe gleich Civil-oder Profan-Sachen / contra intentionem nonnullorum Statuum Receſſui inſerta ſint, quippe qui voluerunt, ut hæc ponerentur; Geiſt-oder Weltliche Sachen / ut innuunt eorundem monita die 17. Maji 1654. Imperatori Ratisbonæ exhibita, apud **Eitel Friederich von Herden** / in der Grundfeſt des Heil. Röm.
47 Reichs *p. 2. c. 9. circ. fin. mon. 3.* Merito proinde *in citat. §. 164. d. Receſſ. Imper. de Anno 1654.* recurſus iſte & appellatio ſequentibus prohibetur verbis: So wollen wir in Erinnerung ꝛc. an dem Päpſtlichen Stuhl zu Rom hierinn die Nothdurfft dahin beweglich gelangen laſſen / damit denen Nuntiis dergleichen unzuläßiges Verfahren im Reich / und über deſſen Glieder und Unterthanen / mit Ernſt verbotten / und fürters hin nicht mehr geſtattet / und da dergegen ichtwas attentiret oder gehan-

delt-

Digitized by Google

delt würde / ſolches keine Krafft haben / ſondern wiederum caſſiret / aufgehoben / auch die Evocationes für fremde Gericht und auſſerhalb des Reichs keines wegs zugelaſſen / ꝛc. ſeyn ſollen. Hæcque prohibitio repetita legitur in Capitulatione Invictiſſimi noſtri LEOPOLDI, *art. 19.* in verbis: Gleicher geſtalt wollen wir auch die etlicher Orten eingeriſſene Mißbräuche / dardurch die cauſæ civiles von ihrem ordentlichen Gericht im Heil. Reich ab- und / auſſer daſſelbe / ad Nuntios Apoſtolicos, und wohl gar Curiam Romanam gezogen worden / abſchaffen / vernichten und ernſtlich verbieten / auch unſern Käyſerlichen Fiſcalen / ſowol bey unſerm Käyſerlichen Reichs-Hof-Rath / als Kammer-Gericht / anbefehlen / wider die jenigen / ſowol Partheyen / als Advocaten / Procuratorien und Notarien / die ſich hinführo dergleichen anmaſſen / und darinn einiger geſtalt gebrauchen laſſen würden / mit behöriger Klag von Ambts wegen zu verfahren / damit die Ubertretter dem nechſten gebührend angeſehen und beſtraffet werden mögen. Sed cum 48
ea non obſtante, nihilominus controverſiæ hac de re inter ſuprema Imperii noſtri Tribunalia & Nuntios Apoſtolicos exortæ eſſent, modernus Romanorum Rex glorioſiſſimus non ſolum prohibitionem antea factam denuo approbavit, ſed & inſimul ſeparationem cauſarum ſecularium & Eccleſiaſticarum, nec non amicabilem compoſitionem cum Sede Romana pollicitus eſt *Capitul. ſua art. 18.* in verbis: Und weilen vorberührter Civil-Sachen willen zwiſchen Unſern und des Reichs höchſten Gerichten / ſo dann denen Apoſtoliſchen Nuntiaturen mehrmahlige Streit- und Irrungen entſtanden / indeme ſo ein als andren Orts die ob der Officialen Urtheil beſchehene Appellationes angenommen / Proceſſus erkannt / ſelbige auch durch allerhand ſcharffe Mandata zu gröſſeſter Irr- und Beſchwerung der Partheyen zu behaupten / geſuchet worden / womit dann dieſem vorkommen / und aller Juriſdictions-Conflict möchte verhütet werden / ſo wollen Wir daran ſeyn / daß die cauſæ ſeculares ab Eccleſiaſticis rechtlich diſtinguiret / auch die darunter vorkommende zweiffelhaffte Fälle durch gütliche mit dem Päpſtlichen Stuhl vornehmende Handlung und Vergleich erlediget / fort der geiſt- und weltlichen Obrigkeit / einem jeden ihr Recht und Judicatur ohngeſtöret gelaſſen werden möge. Hoc ergo modo Epiſcopi ſua territorii ac poteſtatis Epi- 49
ſcopalis jura exercent, ut *duplicem* ſuſtineant *perſonam; ſecularem & eccleſiaſticam,* quamvis ea, quæ Ordinis & Juris Epiſcopalis ſunt,

fere negligant, & non niſi Vicariis adminiſtranda committant, ſola ea, quæ Principum ſecularium ſunt, curantes, ut teſtatur *Autor. not. & animadverſ. ad Schüz. Man. Pacif. ſub Heyden. Borrom. Riccrunt. nomine latens, ad rubr. de Jurisd. Eccleſ. poſt quaſt. 20.*

50 In diœceſi equidem *generali*, quam conſtituunt terræ Eccleſiæ ac Epiſcopatus, ſive feuda regalia Eccleſiaſtica, utramque ſecularem ac Eccleſiaſticam poteſtatem per ſe ſuosque exercent: ſecularem, jure territorii, Eccleſiaſticam, jure poteſtatis Epiſcopalis; In diœceſi vero *ſpeciali*, quæ territoria Dominorum ſecularium afficit, jurisdictio ſecularis ac territorialis poteſtas pertinet quidem ad Dominos ſeculares, ſed jurisdictio Eccleſiaſtica illorum Epiſcoporum eſt, quorum diœceſi generali hæc ſpecialis adjuncta reperitur. Diœceſes etenim Epiſcopales non continentur finibus ſolius Epiſcopatus, ſed etiam alia ſæpius, nonnunquam ut plura adjuncta habent territoria ſecularia, ademta Principibus ſecularibus dimidia & nobiliori ejus parte, quæ in cauſarum Eccleſiaſticarum dijudicatione conſiſtit. Proinde unius Eccleſiaſticæ jurisdictionis ſubditi illi eſſe cenſentur, qui ejusdem diœceſeos ſunt, ſive in uno ſive in diverſo territorio reperiantur, quia jurisdictio Eccleſiaſtica non territorio, ſed diœceſeos diſtinguitur, ut, quoad illius effectum, territoriorum diverſitas attendi nequeat, ceu demonſtrat *Thilemann. de Benign. Obſerv. pract. cent. 2. obſerv. 50. n. 16. in vot. 13. & Matth. Steph. de* Jurisd. *lib. 3. p. 1. c. 14. n. 11. & ſeq.*

51 Sed enimvero per reformationem ſuperiori ſeculo factam, & liberam Auguſt. Confeſſionis, æque ac Catholicæ religionis profeſſionem, *in Transact. Paſſav. & Pac. Relig.* permiſſam, nec non *in Inſtr. Pac. Caſar. Suevic.* ad Reformatam extenſam, hactenus propoſita in variis immutata reperiuntur, non ſolum in diverſis regnis ac rebuspublicis; ſed etiam in ſpecie in Imperio noſtro, tum inter Statuum Catholicorum Landſaſſios, vaſallos & ſubditos Aug. Confeſſionis, tum etiam inter Aug. Confeſſionis Electores, Principes, Status & Nobiles immediatos, eorumque ſubditos, ut ex ſe-
52 quentibus patebit. Et quidem in regnis & rebuspublicis, in quibus A. Confeſſionis, vel reformatæ religionis libera profeſſio & liberum exercitium receptum eſt, Reges & Proceres, qui has religiones profitentur, vi majeſtatis, jura circa Sacra & per conſequens Jus Epiſcopale ſibi vindicant, atque contra Sedem Romanam

tuen-

tuentur. Hinc porro Jus Epiſcopale, ſecundum normam in conſtitutionibus Eccleſiaſticis præſcriptam, partim per Clericos, quibus hanc curam demandarunt, partim etiam per alios, & judicia Eccleſiaſtica exercent, qua de re LL. & ſtatuta eorum conſuli debent. Modus ſiquidem exercendi imperium circa Sacra majeſtati æque ac ipſum jus competit, circa quem tamen monendi ſunt Imperantes, ut tum in inquiſitione earum rerum, quæ lege divina, ut credenda aut agenda, definiuntur, tum in conſultatione ſuper his, quæ prodeſſe poſſunt Eccleſiæ, audiant ſententias Paſtorum, pietate ac eruditione inſignium, nec non porro concordiæ Eccleſiaſticæ rationem habeant, hæc enim anima quaſi eſt Eccleſiæ. Vid. incomparabilis *Grot. de Imper. ſummar. Poteſt. circ. ſacr. c. 6. per tot.* ubi inſimul *num. 9. & ſeq.* cautiones, quæ ſervandæ unitati conducunt, potiſſimas recenſet. In aliis 53
vero regnis, in quibus Imperantes Catholicam religionem profitentur, ſubditis tamen liberum religionis, ſive Evangelicæ ſive Reformatæ exercitium permiſerunt, ante omnia conventiones & pacta, de hac profeſſione interpoſita, inſpicienda ſunt, ex quibus ſat abunde conſtabit, an & quatenus ſubditi, qui diverſam ab imperantium colunt religionem, à diœceſana L. & jurisdictione Eccleſiaſtica Epiſcoporum Catholicorum exemti, ſicque Juris Epiſcopalis compotes redditi ſint. Conf. *Capitul. Reg. Polon. Michael. Wiſniowietzky,* apud *Gaſtel. in Tract. de Stat. Publ. Europ. c. 6. n. 192.* cujus puncto quarto cautum reperitur, daß die Religions-Freyheit der Diſſidenten ſolle ungekräncket bleiben. Quoad Imperium no- 54
ſtrum *per Inſtr. Pac. Caſ. Svec. art. 5. §. 1.* non ſolum Transactionem Paſſavii initam & Pacem religioſam confirmatam, adeoque exercitium utriusque religionis Catholicæ & Aug. Confeſſionis receptum, atq; *art. 7.* ad Reformatam extenſum, ſed & inſuper *cit. art. 5. §. 12.* dominos territoriales pro ſubjecto juris reformandi exercitium religionis agnoſci cernimus, ita tamen, ut *hoc non obſtante, (verba ſunt dict. art. & §. verſ. hoc tamen non obſtante) Statuum Catholicorum Landſaſſii, vaſalli & ſubditi, cujuscunq; generis, qui, ſive publicum, ſive privatum A. Confeſſionis exercitium anno 1624. quacunq; anni parte, ſive certo pacto, aut privilegio ſive longo uſu, aut ſola obſervantia dicti anni habuerunt, id etiam retineant inpoſterum, una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt,*

 ut

ut adeo ex termino anni 1624. tum religionis permiſſæ, tum ejusdem annexorum, ſicque etiam Juris Epiſcopalis exercitium ſpectandum ſit. *Rhet. lib. 2. Inſt. Jur. Publ. tit. 1. §. 22.* Habentur autem *in Inſtrum. Pac. cit. loc.* pro annexis: Inſtitutio Conſiſtoriorum, Kirchen-Rath und Ehe-Gerichte/ miniſteriorum, tam ſcholaſticorum, quam Eccleſiaſticorum, Juris Patronatus, aliaque ſimilia jura.

55 His ergo ſuppoſitis, jam certi conſiderandi ſunt *Caſus*, quorum *primus eſt*, quod Catholicorum Imperii Statuum Landſaſſii, vaſalli & ſubditi, A. C. addicti, qui anno 1624. jurisdictionem Epiſcoporum Eccleſiaſticam non agnoverunt, ſed eam ipſi exercuerunt, ex mente hujus ſanctionis, inpoſterum quoque eandem agnoſcere non teneantur, ſed ipſimet exercere poſſint. Hac ratione Status quoque provinciales & ſubditi, v. gr. Comites, Barones, Nobiles & civitates municipales, ſi non omnium, nonnullorum tamen Jurium Epiſcopalium habile ſubjectum facti ſunt, non ſolum in terris Catholicorum hoc ſpeciali caſu, *in Inſtr. Pac.* proviſo, *Rhet. cit. tit. 1. §. 20.* ſed etiam in terris Aug. Confeſſionis, qua de re habemus teſtes omni exceptione majores, *Heig. ſc. apud Klock. vol. 1. conſil. 51. Mev. p. 2. dec. 305. & part. 3. dec. 114.* nec non *Brünnem. lib. 3. Jur. Eccleſiaſt. c. 1. §. 4.* ad varia exempla provocantes. Confer. *Aut. Not. & animadverſ. ad Guilielm. Ignat. Schutz. Man.*

56 *Paciſ. in append. qu. 21. it. huj. noſtri. Tract. c. 4. n. 104. & ſeq.* Hoc autem aſſertum vel maxime fluit ex ſuſpenſo Epiſcoporum Catholicorum diœceſano jure, nec non tota jurisdictione Eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus, contra Auguſtanæ Confeſſionis Status eorumque ſubditos, tam inter Catholicos & Auguſtanæ Confeſſioni addictos, quam inter ſolos Auguſtanæ Confeſſionis Status, usque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii religionis, non ſolum *in Pac. Relig. per Receſſ. Imper. de anno 1555. §.* Damit auch. 20. ſed & *Inſtrum. Pac. cit. art. 5. §. Jus Diœceſanum.* 16. ſuſpenſa. Unde porro in Civitatibus imperialibus, in quibus mixtæ religionis exercitium in uſu eſt, Catholicorum Epiſcoporum contra cives Auguſtanæ Confeſſionis nulla eſt jurisdictio, *per d. art. 5. &*

57 *§. 16. Inſtrum. Pac. verſ. in quibus.* Quod ſi vero, ut *alterum* ſubjiciamus *Caſum*, Procerum Status provinciales & ſubditi Aug. Confeſſioni addicti, anno 1624. Eccleſiaſticam Jurisdictionem agnoverunt, in iis porro dictæ jurisdictioni ſubeſſe debent, quæ Aug. Con-

Confeſſionem nullatenus concernunt, modo ipſis, occaſione proceſſus, nihil injungatur Aug. Confeſſ. vel conſcientiis repugnans, *per Inſtrum. Pac. cit. §. 16. art. 5. in verb. Catholicorum autem &c.* quæ exceptionem indicant, vigore cujus etiam Epiſcopi Catholici in Aug. Confeſſ. addictos ſubditos Statuum Imperii Catholicorum Jus diœceſanum & Jurisdictionem Epiſcopalem, ſub duplici tamen limitatione & reſtrictione, exercere poſſunt. Unde ſi controverſiæ, v. gr. de ritu juramenti præſtandi, aliisque ſimilibus cauſis, juxta ceremonias Catholicorum peragendis, occurrant, conſcientiæ libertatem obſervare, nec iis aliquid, quod Aug. Conf. contrariatur, injungere poſſunt aut debent, teſt. *Rhet. cit. tit. 1. Inſt. Jur. Publ. lib. 1. §. 35.* Ex his autem ſe exſerit *tertius Caſus*, quod 58
ſubditi, qui an. 1624. habuerunt quidem publicum aut privatum Aug. Conf. exercitium, ſed non annexa in antecedentibus enumerata jura, nec etiam eo tempore Jurisdictioni Eccleſiaſticæ Epiſcoporum Catholicorum ſubjecti fuerunt, quoad jurisdictionem Eccleſiaſticam, & exercitium Jurium Epiſcopalium, nullum alium, quam Dominum territorialem catholicum, pro ſuperiore agnoſcere poſſint ac debeant, qui caſus vel maxime tunc contingit, quando Domini territorii, antea Aug. Confeſſioni addicti, Catholicorum poſtea profitentur religionem. Hocque aſſertum iterum in Jure diœceſano & tota Jurisdictione Eccleſiaſtica, cum omnibus ſuis ſpeciebus, contra omnes Aug. Conf. Status & ſubditos, tam inter Catholicos & Aug. Confeſſ. addictos, quam inter ſolos Aug. Conf. addictos, ſuſpenſa fundatur. Aſt Domini territoriales, perinde ut Epiſcopi Catholici, ſubditis Evangelicis nihil injungere debent, quod vel Aug. Confeſſ. vel conſcientiis, vel etiam Pac. Relig. & Inſtrum. Pac. repugnat. Ex quibus prin- 59
cipiis jam unam ac alteram quæſtionem reſolvit *Aut. Not. & animadverſ. ad Schuz. Man. Pacif. in mantiſ. q. 22. & ſeq.* interque eas has (1) quod Dominus territorii catholicus ſubditis ſuis, Aug. Confeſſioni addictis, qui cum exercitio ſuæ religionis inſimul anno 1624. in poſſeſſione vel quaſi Calendarii veteris Juliani fuerunt, ut abrogato illo, Gregorianum obſervent, imponere nequeat. Cum enim Calendarium novum authoritate Pontificis Romani Gregorii XIII. anno 1582. ſit editum; Ille vero cum ſuis ſucceſſoribus ſolenni anathemate Proteſtantes & Reformatos ex gremio

Digitized by Google

Eccleſiæ jamdudum excluſerit, & adhuc hodie quotannis excludat, ac per Bullam, ut vocatur, S. Cœnæ excommunicet; Jurisdictio vero Eccleſiaſtica etiam quoad proprios Catholicorum ſubditos Aug. Conf. excepto unico caſu antea relato, ſit ſuſpenſa: ea quoque quoad Calendarium, cujus ordinatio, ex hypotheſi Catholicorum, ad Eccleſiaſticam jurisdictionem pertinet, usque
60 ad conciliationem religionum ſuſpenſa manere debet. (2) Quod talis Dominus territorii ſubditis ſuis Aug. Conf. addictis, quibus anno 1624. liberum religionis ſuæ exercitium competit, cantionibus & precibus, quibus Deum precantur, ut ipſos à Romani Pontificis inſidiis cuſtodiat, tanquam injurioſis in ipſum territorii Dominum, interdicere ac mutationem earum injungere nequeat, cum liberrimum religionis ſuæ exercitium legibus publicis permiſſum habeant, ut ab uſu illorum, quæ religioni ipſorum conſona ſunt, jure prohiberi haud poſſint. Hinc & in tractatibus ſuper Pace Religioſa Romano-Catholicos de ejusmodi Proteſtantium cantionibus, aut precibus, tanquam injurioſis, nusquam conqueſtos fuiſſe, aut illorum abrogationem ac mutationem petiiſſe le-
61 gimus. Verum enim vero, ſicut *Reinking. de R. S. & S. lib. 3. claſſ. 1. c. 2. n. 34. & ſeq.* in caſu, quo Superior propter rationes politicas, non ob dominatum Pontificis, Calendarii mutationem urget, & recuſantibus extrema minatur, melius eſſe cenſet, parere, quam reſiſtendo rebellandi occaſionem præbere, aut reipublicæ ſalutem in diſcrimen vocare, cum Feſtorum & dierum mutatio inter articulos fidei non referatur, ſed pro re mere adiaphora habeatur; Ita quoque idem aſſerendum erit de cantionibus & precibus contra Pontificis inſidias. Alia enim eſt quæſtio juris, circa mutationem Calendarii & cantionum iſtarum, de qua ſola negativa antecedens intelligenda eſt, alia quid ſecundum regulas prudentiæ agere expediat. Quare ſi Dominus territorii, ob rationes certas, præcipue ad viſitanda impedimenta cultus divini, mutationem Calendarii, vel etiam, ſub comminatione majoris mali, omiſſionem ejusmodi precum ac cantilenarum urgeat, obſequium omnino præſtandum erit, cum de ſubſtantia religionis Evan-
62 gelicæ non ſint. Quod vero celebrationem feriarum ratione horum ſubditorum attinet, eas quidem, quæ *ipſam religionem* concernunt, v. gr. *anniverſarias aut ſeculares feſtivitates in memoriam*

Reforma-

Reformationis, exhibitæ A. C. obtentæ Pacis Religioſæ, nec non preces pœnitentiales & jejunia, ob imminentem religioni Evangelicæ perſecutionem, & ſimiles caſus, ipſi propter liberum religionis exercitium indicere poſſunt; Feſtivitates vero & preces pœnitentiales *ob eventus lætos triſtesve mere ſeculares* vel territorii Domini, vel etiam Pontifex atque Epiſcopi inſtituunt, cum hi poſteriores, ex conſuetudine Eccleſiæ Romanæ, hoc jure in ſuis diœceſibus utantur, ut patet ex *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 12.* & tradit is *Barboſ. ad c. ult. ✠. de Fer. n. 25.* etſi in *cit. c. ult.* etiam populi conſenſus requiratur; Aliud ſane dicendum erit, ſi ſubditi jus illud, hoc in puncto, conventione, privilegio, præſcriptione vel alio modo, acquiſiverint. Ordinatio autem ſacrorum in his poſterioribus feriis, quomodo ſcil. peragi debeant, ſubditorum in eorundem Eccleſiis eſt. Hæc ſiquidem exercitio religionis cohæret, adeoque ſubditis, æque ac ipſum exercitium, libera relinqui debet. Feriæ denique *mixtæ conditionis*, quæ ob bellum religionis cauſa geſtum, aut cujus eventus uni religioni proficuus, alteri vero damnoſus exiſtit, ut apud ſubditos utriusque religionis contrarios plane effectus moveant, ſubditis A. C. utpote libertati religionis & conſcientiis ipſorum contrariæ, injungi nequeunt, *arg. art. 5. Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec. cit. §. Jus Diœceſ. 16.* Hæc de Statuum Catholicorum ſubditis Auguſtanæ Confeſ- 63
ſionis, quæ omnia quoque ad Reformatos extendenda ſunt. Placuit ſiquidem in *Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec. art. 7. §. 1.* quidquid juris aut beneficii cum omnes aliæ conſtitutiones Imperii, tum Pax Religionis & Transactio iſta, in eaque deciſio gravaminum cæteris Catholicis & Auguſt. Confeſſ. addictis Statibus & ſubditis tribuunt, id etiam iis, qui inter illos Reformati vocantur, competere debere. Proinde Auguſtanæ Confeſſion. Electoribus, 64
Principibus & aliis Statibus Imperii in exercitio Juris Epiſcopalis merito æquiparamus Reformatos, quippe ad quos Pax Religioſæ per *Inſtrument. Pac. cit. loc.* extenſa eſt, ſalvis tamen (ut verba *Inſtrum. Pac. cit. art. 7. §. 1.* innuunt) ſemper Statuum, qui Proteſtantes nuncupantur, inter ſe & cum ſubditis ſuis conventis pactis, privilegiis, reverſalibus & diſpoſitionibus aliis, quibus de religione ejusque exercitio, & inde dependentibus, cujusque loci Statibus & ſubditis hucusque proviſum eſt, & ſalva itidem

cujus-

Digitized by Google

cujusque conſcientiæ libertate. Confer. *Capit. Leopold. art. 19. & mo-*
derna Joſephi art. 18. in verbis: Und denen Augſpurgiſchen Confeſſi-
65 ons-Verwandten/ die Reformirte mit eingeſchloſſen/ ꝛc. Quoad hos
ipſos vero Proteſtantes Status, eorumque ſubditos, in genere ſe-
quentia tria uberiorem promerentur diſcuſſionem, quorum (1) eſt
ipſa Juris *Diœceſani* & Jurisdictionis *Eccleſiaſticæ* Pontificiorum, cum
omnibus ſuis ſpeciebus, eorum intuitu facta *ſuſpenſio*, (2) an, ea
non obſtante, ullum Juris Epiſcopalis Pontificiorum in terris Pro-
teſtantium detur exercitium, ſive an *Juris Epiſcopalis ſuſpenſi præ-*
tenſa Reviviſcentia alicujus ſit momenti aut effectus contra Prote-
ſtantes, tandemque (3) *quomodo Jus hoc Epiſcopale exerceant* Prote-
ſtantes. *Primum* ſat abunde comprobat *Inſtrum. Pac. ſæp. laud.*
art. 5. §. 16. in verbis: *Jus Diœceſanum & tota juriſdictio Eccleſiaſti-*
ca, cum omnibus ſuis ſpeciebus, contra Auguſtanæ Confeſſionis Electores,
Principes, Status, comprehenſa libera Imperii Nobilitate, eorumq; ſub-
ditos, tam inter Catholicos & A. C. addictos, quam inter ipſos ſolos
A. C. Status, usque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii religionis, ſu-
ſpenſa eſto, & intra terminos territorii cujusque Jus Diœceſanum & ju-
risdictio Eccleſiaſtica ſe contineat: ad conſequendos tamen reditus, cen-
ſus, decimas & penſiones, in iis A. C. Statuum ditionibus, ubi Catho-
lici Anno 1624. notorie in poſſeſſione vel quaſi exercitii jurisdictionis Ec-
cleſiaſticæ fuerunt, utantur eadem poſthac quoque, ſed non niſi in exi-
gendis his penſionibus, nec procedatur ad excommunicationem, niſi poſt
66 *tertiam demum denunciationem.* Ex quibus verbis, quomodo hæc
ſuſpenſio contigerit, ſua luce radiat, ſcil. quod quoad integrum
Jus Diœceſanum & totam Jurisdictionem Eccleſiaſticam cum o-
mnibus ipſius ſpeciebus, usque ad compoſitionem Chriſtianam
diſſidii religionis facta ſit, ita ut intra terminos territorii cujus-
que Jus Diœceſanum, æque ac Jurisdictio Eccleſiaſtica, ſcil. non
Proteſtantium, ſed illa ipſa, quæ in antecedentibus ſuſpenſa di-
citur, Catholicorum nempe Epiſcoporum ſe continere, nec am-
plius ad territoria Proteſtantium, quippe contra quos ſuſpenſa
67 eſt, extendi debeat. Maximum autem eſt diſcrimen inter hanc
ſuſpenſionem in Pace Religioſa propoſitam, & inter eam, per
quam de Jure Canonico Epiſcopus aut Clericus, ad interim, vel
ad tempus, à certis actibus Juris Epiſcopalis, aut ab omni Juris
Epiſcopalis exercitio ſuſpenditur, *ſec. c. 15. & 20. de Sent. excomm.*

in 6. Poſterior enim eſt pœna medicinalis, ſive cenſura Eccleſiaſtica, privans uſu Eccleſiaſtici beneficii aut officii, quamvis nonnunquam pœnæ loco imponatur, prout demonſtravimus in *huj. Tract. c. 13. n. 76. & ſeq.* adeoque dependet ab arbitrio Pontificis & Epiſcopi ſuſpendentis; ſed hæc noſtra, in *Pac. Relig. & Inſtrum. Pac.* facta, expresſis verbis concepta eſt usque ad plenariam religionum compoſitionem. Vid. *Conſt. Pac. Relig. in Receſſ. Imper. de An. 1555.* §. Und nach dem 25. in verbis: Biß zu Chriſtlicher/ freundlicher und endlicher Vergleichung & *Inſtr. Pac. cit. art. 5* §. *Bona Eccleſiaſt. 3. & cit.* §. *Jus Diœceſanum. 16.* ante cujus exiſtentiam à nemine revocari poteſt. Sunt enim Pax Religioſa, eamque comprobans Pacificatio Oſnabrugo-Monaſter. LL. fundamentales perpetuæ, quarum autoritas merito ſacro ſancta eſſe debet, quippe à quibus ſalus ac tranquillitas totius Imperii dependet. *Sweder. Introd. in Jus publ. part. gen. c. 3. §. 26.* Prudentisſimo vero conſilio hæc ſuſpenſio contigit, ne, ſi Epiſcopis Catholicis licuiſſet in terris Proteſtantium Jus Epiſcopale exercere, Paſtores inſtituere ac deſtituere, aliaque peragere, Pax publica Religionis turbata fuiſſet.
Unicus in *cit.* §. *16.* exceptus reperitur caſus, ſi nempe Epiſcopi 68
Catholici anno 1624. in poſſesſione vel quaſi exercitii illius Jurisdictionis fuerunt, quod tunc eadem quoque, ſed non niſi in exigendis reditibus, cenſibus, decimis, & penſionibus ex A. C. Statuum ditionibus uti posſint, ita tamen, ut excommunicationis remedium non, niſi poſt tertiam admonitionem, adhibeant, nec eo extra hunc ſpecialem caſum utantur. *Aut. Notar. & animadverſ. ad Schuz. Man. Pacif. in append. de Jurisdict. Eccleſ. ad verb. Extra religionis materiam &c.* Huic tandem in *fin. d. §. 16.* adjicitur alter, vigore cujus in Aug. Confesſionis Magiſtratuum Catholicos ſubditos, qui Anno 1624. publicum religionis exercitium habuerunt, Jus Diœceſanum, quatenus Epiſcopi Catholici illud dicto anno quiete exercuerunt, ſalvum relinquitur, cæteroquin hi ſubditi eodem jure cenſentur, quo Catholicorum A. C. addicti Status provinciales & ſubditi, de quibus antea. Vid. *Inſtrum. Pac. cit. art. & §. verſ. eodem etiam jure &c.* Quem, cum inverſione ſenſus 69
genuini, ita declarat *Schütz. in Man. Pacif. in cit. append.* ſi A. C. addictus memorato anno 1624. Jus Diœceſanum, quatenus Epiſcopus, in Catholicos exercuerit, quod idem obſervandum ſit, tale

tale ſc. jus non minus ipſi ſalvum fore; alii vero aliter hunc paragraphum interpretantur, quæ interpretationes cum ambiguitate, in qua ſe fundant, ſat abunde demonſtrant, quibus artibus in tractatibus Pacis Weſtphalicæ contra Proteſtantes uſi fuerint adverſarii, ut, quod Proteſtantes pro pacificatione Statuum utriusque religionis acceperunt, iſti pro re nata in ſui tantum favorem & præjudicium Proteſtantium interpretari ac explicare poſſent, verba ſunt *Aut. Not. & animad. ad Schütz. Man. Pac. cit.*
70 *loc.* Quoad *alterum, & prætenſam Reviviſcentiam Juris Epiſcopalis*, Catholici Epiſcopi neutiquam ad Pontificis Innocentii X. Bullam provocant, qua *Inſtrum. Pac.* quatenus circa ſacra, & res eccleſiaſticas diſponit, annullare voluit; hunc ſiquidem conatum irritum eſſe vident, dum palladium hoc Imperii inexpugnabile, prout à *Burgoldenſ. p. 2. Notit. Imper. diſc. 2. §. 14.* nominatur, non ſolum per *Receſſ. Imper. de Anno 1654. §.* Und aber bey dem erſten Haupt-Punct 4. in verbis: Daß derſelbe zu aller und jeder darinn erhaltener Pacten und Vereinigung Gewiß- und Sicherheit ein ewig Geſetz und Sanctio pragmatica, des Heiligen Reichs Fundamental-Satz und Ordnungen verbündlich seyn/ 2c. ſed etiam per Capitulationes noviſſimas Imperatorum, ac moderni glorioſiſſimi Regis Romanorum Joſephi, *art. 1. & 2.* approbatum, inſimulque cautum eſſe legimus: nicht zugeſtatten/ daß an einigen Oertern/ von welchen das Inſtrumentum Pacis diſponiret / in Eccleſiaſticis & Politicis, ſub quocunque prætextu, oder ungleicher Auslegung derſelben/ 2c.
71 directe vel indirecte gehandelt werde; Sed potius ad ipſam *Pac. Religioſam*, æque ac Proteſtantes, provocant, pariterque ex his ipſis tractatibus ac ſanctionibus Imperii pragmaticis Reviviſcentiam hanc ſequentibus præprimis ſtabilire conantur argumentis: (1) Aliud eſſe, non habere jurisdictionem Eccleſiaſticam, & aliud eam non exercere, ob ſuſpenſionem factam, donec per gratiam Dei compoſitio interceſſerit. Sic ergo totalem ſuſpenſionem impugnant, ac pro termino conventionis placidam diſſidii religionis compoſitionem urgent, qua ſecuta ſibi omnem poteſtatem ſuſpenſam reſtitutum iri firmiter credunt, quam maxime propterea (2) quia *Inſtrum. Pac.* utitur particulis: *Usq; donec*, paſſim *cit. art. 5. §. 1. in verbis: donec per Dei gratiam de religione ipſa convenerit. §. 2. in verbis: usq; dum de religionis diſſidiis per Dei gratiam conventum*

fuerit, §. 13. *in verbis: eo usq; donec de religione Chriſtiana &c. &* §. 16. *in verbis: usq; ad. &c.* ex quibus neceſſario & infallibiliter reviviſcentiam Juris Epiſcopalis deducere conantur, propterea, quod diſpoſitio, ejusmodi particulis reſtrictivis & limitativis conſtans, non diutius vigorem habeat, quam id exſtiterit, ob cujus defectum ita concepta eſt, quippe certa ratione prohibitum ad tempus,poſt tempus illud permiſſum cenſetur. Nihil proinde obſtare 72
putant, quominus (3) Jus Diœceſanum & Jurisdictio Eccleſiaſtica in terris Proteſtantium iterum reviviſcat, cum ſaltem ſuſpenſa, non penitus ſublata ſit, atque ante omnia (4) intentio Paciſcentium inſpicienda, qui quidem omnem moverunt lapidem, ut diſſidia inter Proteſtantes & Catholicos exſtirparent, non tamen id egerunt, ut Epiſcopos Catholicos, ſive Diœceſanos, omni Jurisdictione Eccleſiaſtica in terris Proteſtantium privarent, utpote quod nec ipſo *Inſtrum. Pac.* nec ejusdem præliminaribus conventionibus, vel virtualiter, vel argumento alicujus vocabuli (ut loquuntur) erui poſſe cenſent, cum laicos (5) interque eos Proteſtantes Juris Epiſcopalis ex natura ſua plane incapaces eſſe æſtiment, ut in eorum perſonis radicaliter ſubſiſtere nequeat. Ea propter Jus Diœceſanum cum Jurisdictione Eccleſiaſtica, quoad effectum ſolum, à Paciſcentibus ſuſpenſum eſſe credunt, ita quidem, ut Status Proteſtantes illud ad interim, ſed non niſi quoad effectus interimiſticos, in territoriis ſuis, nec indiſcriminatim in omnes ſubditos, verum eos tantum, qui eandem profitentur religionem, exercere queant, reſervata Catholicis Epiſcopis radice, cum ſpe futuræ conſolidationis in omnes Proteſtantium ſubditos, perinde ut in Catholicos radicaliter & effective ſimul Jus Epiſcopale exercent, quos (6) ſi in territoriis Statuum Proteſtantium inveniantur, in locum Evangelicorum intereà ſurrogatos eſſe cenſent. Quin imo, (7) extra religionis materiam, 73
v. gr. ad conſequendos reditus, cenſus, decimas, penſiones &c. Jurisdictionem Eccleſiaſticam Catholicorum, contra A. C. addictos, ne hodie quidem ſuſpenſam eſſe, ſed plenarium potius ipſis permiſſum eſſe contendunt exercitium, adeo ut poſt trinam denuntiationem excommunicatio quoque locum habere queat. Hinc porro (8) jus cognoſcendi de cauſis matrimonii, divortii, ſimoniæ, Juris Patronatus, decimarum, & ſimilium cauſarum,

ad jurisdictionem Epiſcoporum Catholicorum, tuta ac ſalva Pace Religioſa, devolvi, ac in ſolatium partium, omnibus aliis juris remediis quandoque deſtitutarum, (prævia nonnunquam appellationis renunciatione) ibidem decidi poſſe credunt, modo Proteſtantes, cum Catholicis in quæſtione: an hæ & ſimiles cauſæ ſpirituales ſint, adeoque religionem proprie concernant, vel non? negativam tenerent, eo, quod in hiſce cauſis nullus in religione & conſcientia ſua turbetur, atque in hiſce aliisque ſimilibus controverſiis, quæ fidem & religionem proprie non attinent, quoad A. C. addictos Jurisdictio Eccleſiaſtica ſuſpenſa non ſit, quod poſterius *ex Pac. Relig. in Rec. Imp. de Anno 1555.* §. Damit auch obberührtes. 20. ejusque verbis ſequentibus evincere conantur: Aber in andern Sachen und Fällen der Augſpurgiſchen Confeſſion/ Religion/ Glauben/ Kirchen-Gebräuchen/ Ordnungen/ Ceremonien und Beſtellung der Miniſterien nicht anlangend/ ſoll und mag die Geiſtliche Jurisdiction durch die Ertz-Biſchöffe/ Biſchoff und andre Prälaten/ wie deren exercitium an einen jeden Ort hergebracht/ und ſie in deren Ubung/ Gebrauch und Poſſeſſion ſind/ hinfüro wie bisher unverhindert/ exercirt/ geübet und gebrauchet werden/ ad quam limitationem, utpote Epiſcoporum Catholicorum jurisdictioni quam maxime faventem, ante *Pac. Oſnabrüg.* Dilligenſes in compoſi-
74 tione Pacis præ cæteris provocarunt. Etſi vel maxime hæ cauſæ religionem quadantenus afficerent, cum tamen (9) in Confeſſione Auguſtana nihil quidquam reperiatur, quo Proteſtantes à Catholicis, tunc temporis, in cauſis ejusmodi matrimonialibus diſſentire teſtati ſint, & Eccleſiaſtica Jurisdictio in caſibus, ipſam ſolum A. C. concernentibus, ſuſpenſa ſit, nullam apparere putant rationem, ob quam tali occurrente caſu, ſalva *A. C. ſalvoq; Inſtrum. Pac.* Proteſtantes Catholicorum jurisdictioni Eccleſiaſticæ ſe ſubducere queant. Quapropter cum, his omnibus non attentis, Proteſtantes contrariam tueantur ſententiam, atque res jam deciſas pro ſe ex *Gylm. Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. ſupplic. 8. in vot. per tot. atq; num. 8.* adducant, quibus Jurisdictio Eccleſiaſtica quoad religionem, conſcientias, & alia connexa, adeoque etiam in cauſis matrimonialibus reſpectu Proteſtantium, ſuſpenſa eſſe dicitur; Ideo *Schütz. in ſæp. adduct. Man. Paclf. in append. de Jurisdict. Eccleſiaſt.* ſua in favorem Epiſcoporum Catholicorum allata argumenta

menta ſequenti claudit epiphonemate: So weiß ich denen hierbey etwan leidenden hohen Stands-Perſonen Augſpurgiſcher Confesſion/ ſo dißfalls keiner andern Jurisdiction unterworffen ſeyn wollen/ nicht zu helffen/ ſondern muß vielmehr mit denenſelben ein Chriſtliches Mitleiden haben. *Licet mea exigua opinione conſtitutio alicujus, ejusq; per totam Germaniam, cum ſuprema poteſtate Eccleſiaſtica, ac omnium Statuum Proteſtantium conſenſu, ad deciſionem ultimatam hujusmodi cauſarum ſpiritualium, ſaltem inter illuſtres Perſonas exortarum, authoriſati Conſiſtorii & facillima & conſultiſſima foret.* Sic itaque A. C. addicti Proceres & Status Imperii, etiam poſt aureum vinculum Imperii, per *Pacific. Oſnabrug.* nexum & conſtitutum, denuo idem fere experiuntur, de quo ante ejusdem concluſionem jam olim conqueſti ſunt: Epiſcopos ſcil. religionis Catholicæ omnem impendere laborem & operam, ut jurisdictionem Eccleſiaſticam, & Papalia jura, Religioſa Pace ſuſpenſa, quovis modo in uſum revocent. Vid. quæ de his querelis apud *Aut. Hiſtor. Pac. Weſtphal. lib. 2. §. 70. atq; ſeqq.* propoſita leguntur.

At enim vero, quidquid etiam ob hanc prætenſam Revivi- 75
ſcentiam in contrarium adducant Catholici, Proteſtantes tamen, præter *Pac. Relig. in Rec. de Anno* 1555. confirmatam, ipſum Inſtrumentum Pacis de perpetuitate diſpoſitionis & conventionis, qua Juris Epiſcopalis ſuſpenſio, ex eaque profluens reſtitutio facta eſt, quam certiſſimos reddit. Non ſolum enim *in cit. Rec. Imp. de An.* 1555. §. Und nachdem. 25. cautum reperitur, quod Pax Religioſa, ſi per Concilia amicabilis compoſitio obtineri nequeat, ſemper firma ac inviolabilis eſſe ac permanere debeat, idque verbis plane emphaticis repetitum legimus *in Rec. Imp. de Anno* 1555. §. Und nachdem. 6. Sed & *Inſtrument. Pac. art.* 5. paſſim diſponit, ut ſi, quod Deus prohibeat, de religionis diſſidiis amicabiliter conveniri nequeat, nihilominus conventio iſta perpetua, & pax ſemper duratura eſſe debeat. Vid. in ſpecie *cit. art.* 5. §. 1. *in verbis: Ea pro perpetua dicta pacis declaratione* & §. 3. *in verbis: Si vero, quod Deus prohibeat, de religionis diſſidiis &c.* Argumenta pro contra- 76
ria ſententia & prætenſa Reviviſcentia adducta, partim per hactenus dicta diluuntur & refutantur, partim etiam ita reſolvi poſſunt, ut quoad (1) reſpondeatur, ob ſuſpenſionem *in Pac. Relig.* factam, & in *Inſtrum. Pac.* confirmatam, Epiſcopos Romanos

Jurisdictionem Eccleſiaſticam in Proteſtantes nec habere, nec etiam, prout ipſi confitentur, exercere poſſe. Quapropter *Caraf. in Comment. de German. Sacr.* mentem §. Damit auch. *20. in Rec. Imp. de Anno 1555.* ita declarat: abrogata præterea fuit jurisdictio ſacra adverſus A. C. religionem &c. quibus verbis jurisdictionem Eccleſiaſticam reſpectu Ordinariorum, qui eam antea exercuerunt, per *Pac. Relig.* prorſus ſublatam eſſe fatetur. Vid. *Juſt. Sinolt. cognom. Schütz. Jur. Publ. vol. 2. Ex. 4. th. 13. lit. b.* Diſtinguendum ergo eſt inter ſuſpenſionem ſimplicem, & qualificatam, aut talem, quæ inſimul Jurisdictionem Eccleſiaſticam ad Status Imperii, Superioritatis jure devolutam, continet, qualis eſt ea, quæ in *Pac. Relig. ac Inſtrum. Pac. cit. loc.* reperitur. Ob hanc itaque ſuſpenſionem Epiſcopi Catholici in terris Proteſtantium jurisdictionem ſibi nec etiam in actu ſignato aſſerere poſſunt, cum Status Proteſtantes in Imperio noſtro, perinde ac Reges & respublicæ Evangelicæ & Reformatæ religionis, Jurisdictionem Eccleſiaſticam antehac ab his Epiſcopis, eorumque anteſignano, Pontifice Romano, ex prinipciis erroneis, ſeculari poteſtati ereptam & uſurpatam, poſtliminio quaſi recuperarint, prout ex hoc noſtro
77 Tractatu paſſim liquet. Unde licet pro termino conventionis totalem, eamque placidam, religionis compoſitionem conſtitutam ac præſcriptam eſſe videamus, num tamen aliquando ejusmodi conciliatio ac compoſitio placida, & talis quidem, qualem exoptant Catholici, expectanda aut ſperanda ſit, valde dubitamus cum *Burgoldenſ. in Not. Imper. part. 2. §. 4.* Etenim varii hactenus in varios meditatæ concordiæ modos & vias inquiſiverunt, atque *Dn. Textor. de ver. & gen. Rat. Stat. Germ. c. 21.* ferme circa *fin.* ad rationem Status Germaniæ, quoad bene eſſe, pertinere cenſet, ut, ad majorem Statuum unionem, diverſitatis religionum compoſitio tentetur, eo quod conſtet, controverſias inter Pontificios, Lutheranos & Calvinianos, quippe quæ tres religiones legibus publicis in Imperio hodie ſunt confirmatæ, aut omnes, aut certe quam plurimas, circa fidem magis quam de fide verſari. Sed enim optimorum horum conſiliorum effectus vix unquam ſperari poterit, obicem præcipue ponente Pontifice Romano ejusque aſſeclis, prout cum *Hermann. Conring.* obſervavit *Burgold. cit. loc.* Has ergo ob cauſas Proteſtantes re ipſa, h. e. illimitato exercitio

juris-

jurisdictionis Eccleſiaſticæ, contenti, Catholicis Epiſcopis, pacis conſervandæ cauſa, ſpem illam inanem, quam ſibi, unione religionum facta, de recuperatione Jurisdictionis Eccleſiaſticæ conceperunt, hactenus reliquerunt & adhuc relinquunt. Nam etſi 78
vel maxime largiamur, religionis concordiam & reconciliationem tandem aliquando ſperandam eſſe, quis quæſo affirmabit, an ullam, & qualem porro ſpem ſibi, in hunc caſum compoſitionis, Epiſcopi Catholici de reſtitutione Juris Epiſcopalis, aut Jurisdictionis Eccleſiaſticæ, & quidem eo modo, quo præcipue poſt tempora Gregorii VII. alias Hildebrandi dicti invaluit, concipere queant. Eam ſane Proteſtantes negant & pernegant, cum, antiquo jure neglecto, Jurisdictio Epiſcoporum maxime transcedens & irregularis reddita fuerit, adeoque ſua incrementa, quibus hodie pollet, à mero jure poſitivo, & conſtitutionibus Eccleſiaſticis acceperit, ut paſſim in hoc noſtro *Tract. c. 1. n. 42. & ſeq. & c. 11. n. 28. & ſeq.* demonſtravimus, ut adeo correctione & reductione ad priſtinũ ſtatum indigeat, & tam facile ſuæ cauſæ primævæ, nempe Majeſtati & Superioritati, perinde ut in Proteſtantibus jam factum, reſtitui queat. Sic ergo non adeo ſtringunt particulæ: *Usque, donec, usque dum, eousque donec, usque adeo*, quibus *Inſtr. Pac.* utitur, & quibus adverſarii in *ſecunda dubitandi* ratione Reviviſcentiam juris Epiſcopalis ſtabilire conantur. Siquidem præter difficultatem, quam circa compoſitionem diſſidii religionis verſari videmus, hæ particulæ non obſtant, quo minus diſpoſitio, cui adjectæ ſunt, perpetuitatem quandam per ſe ferat. Cum non raro particula *donec* ita accipiatur, ut id, cui adjungitur, non ſolum intra certum tempus ſuſpendat, ſed omnino quoque removeat, ſicque idem denotet, quod in perpetuum, vid. *Hartmann. Piſtor. lib. 2. qu. 36. num. 7. Cardin. Tuſch. Pract. Concluſ. lit. D. concl. 271. num. 8.* ac *Strauch. Part. jur. v. donec. num. 8. & 9.* Quam poſteriorem acceptionem nobis ipſum *Inſtrum. Pac. art. 5. §. Bona Eccleſiaſtica. 3.* ſuggerit, quippe quod etiam eo in caſu, quo de religionis diſſidiis amicabiliter conveniri nequit, nihilominus hanc conventionem & ſuſpenſionem Jurisdictionis Eccleſiaſticæ perpetuã eſſe vult & jubet. 79
Sic ergo (3) non tam temporalis quam perpetua potius ſuſpenſio, 80
ac in effectu abrogatio Juris Epiſcopalis & jurisdictionis Eccleſiaſticæ in terris Proteſtantium facta eſt. Si enim nuda eſſet ſuſpenſio,

Digitized by Google

ſio, nullisque tributa eſſet partibus jurisdictio Eccleſiaſtica, ſequeretur quidem, eam non poſſe ab Epiſcopis Romano-Catholicis exerceri in terris Proteſtantium, ſed ita eſſet plane nullius, quod tamen ab ipſa *Pac. Religioſ.* & *Inſtrum. Pac.* quam maxime alienum eſt. Per ſuſpenſionem enim utrumque jus ſcil. Diœceſanum & jurisdictionem Eccleſiaſticam ad Principes Imperii A. C. Superioritatis jure devolutum, adeoque non tam noviter datum, quam reſtitutum potius & confirmatum eſſe innuit. Vid. *Reinking. de R. S. & E. lib. 3. claſ. 10. num. 3. atque Juſt. Sinolt. cognom. Schütz. vol. 2. Jur. Publ. Exerc. 4. th. 13. lit. b.* Sic ergo (4) intentio Paciſcentium fuit, non ſolum omnia diſcordiarum ſemina exſtirpare, ſed etiam id agere, ut, usque ad amicabilem diſſidii religionis compoſitionem, eaque non ſecuta, in perpetuum ſuſpenſa & ad Pro-
81 teſtantes devoluta maneret jurisdictio Eccleſiaſtica. Quapropter (5) ſuppoſitum illud de incapacitate Proteſtantium, & quod illis, ſolum quoad effectus interimiſticos, nonniſi in ſuis territoriis in ſubditos ejusdem religionis jus Epiſcopale competat, nec non diſtinctio inter jus Epiſcopale radicaliter & quoad effectus conſideratum, infirmo plane nititur fundamento. Dillingenſes equidem de *Compoſ. Pac. q. 42.* aſſerere haud dubitarunt, Catholicos jurisdictioni Eccleſiaſticæ haud renunciaſſe, ſed uſui & exercitio ad tempus, quod *Oſtermann. diſp. Cam. 8. concl. 48.* vocat *Interim* jurisdictionis Eccleſiaſticæ, ſed contra verba conſtitutionum. Si enim Paciſcentes de eo dubitaſſent, an laici & maxime Proteſtantes Epiſcopalis jurisdictionis eſſent capaces, & an in eorum perſonis pedem radicaliter figere poſſet, ſane ſuſpenſio jurisdictionis illius translative cum pleno effectu ita facta non fuiſſet, ut partem Superioritatis territorialis conſtitueret, cui, ut & Majeſtati quondam in Imperatorum perſonis adjunctum fuit. Nullibi porro cautum reperitur, ſolos Proteſtantes non niſi in ſuis territoriis in ſubditos, qui eandem profitentur religionem, juris Epiſco-
82 palis exercendi facultatem habere. Nec contrarium evincunt verba *Inſtr. Pac. art. 5. §. jus Diœceſanum. 16. Et intra terminos territorii cujusque jus Diœceſanum & jurisdictio Eccleſiaſtica ſe contineat*; ſiquidem illa jurisdictio intra terminos territorii ſe continere jubetur, quæ in antecedentibus dicitur eſſe ſuſpenſa. Jam autem non Proteſtantium, ſed Romano-Catholicorum jurisdictio Eccleſiaſti-

ſiaſtica ſuſpenſa eſt; quare hæc intra terminos territorii ſe continere, nec amplius ad territoria Proteſtantium, contra quos ſuſpenſa eſt, ſe extendere debet. Quin imo quod Status A. C. addicti, qui Anno 1624. in poſſeſſione vel quaſi exercitii Jurisdictionis Eccleſiaſticæ extra ſuum territorium fuerunt, in ea quoque porro relinqui debeant, ſat abunde demonſtrat *Inſtrum. Pac. art. 5. §. Quacunq; monſteria. 9. in verb. In eaq; quocunq; ea nomine appellata fuerint, quæ A. C. Electores, Principes, Status, Anno 1624. d. 1. Jan. poſſederunt, eadem omnia & ſingula, ſive retenta ſemper, ſive reſtituta, ſive vigore hujus Transactionis reſtituenda, iidem poſſideant, donec &c. non attentis exceptionibus, ſive ante ſive poſt Transactionem Paſſavienſem, aut Pacem Religioſam reformata & occupata, aut, quod non de vel in territorio A. C. Statuum, vel exemta &c. dicuntur.* Præterea nullibi diſcrimen inter ſubditos Catholicos & Evangelicos conſtitutum, ſed diſpoſitum potius reperimus, quod, ſicut Catholicorum A. C. addicti Status provinciales & ſubditi, qui Anno 1624. Eccleſiaſticam jurisdictionem agnoverunt, in illis porro caſibus, qui A. C. non concernunt, modo dictæ jurisdictioni ſubeſſe debent; ita quoque A. C. Statuum Catholici ſubditi eodem jure cenſeri debeant, ut jurisdictioni Eccleſiaſticæ ſubſint, ſi & illam eodem Anno 1624. agnoverint. Secus ergo erit, ſi Epiſcopi dicto tempore eandem in hos ſubditos non exercuerint. Vid. *Inſtrum. Pac. cit. §. Jus Diœceſ. 16. ac Aut. Not. ad Schütz. Man. Pacif. in append. de Jurisd. Eccleſ. ad verb. Quod idem obſervandum erit &c.* Denique diſtinctio inter radicem & effectum Juris Epiſcopalis ignota & incognita, nec non ab *Inſtrum. Pac.* aliena eſt. 83
Nunquam enim demonſtrabunt Catholici, Jus Epiſcopale & jurisdictionem Eccleſiaſticam Epiſcopis ita competere, ut in alterius perſona ſubſiſtere nequeat; quin potius radicem Juris Epiſcopalis eſſe Majeſtatem, ejusque analogon Superioritatem territorialem, jam ante *in c. 1. hujus Tract.* demonſtravimus, quæ nunquam Epiſcopis, qua talibus, in alterius territorio competiit, ſed Regum aliorumque Procerum & Statuum Imperii A. C. ſemper fuit, licet exercitium Juris Epiſcopalis per arrogantiam ſibi ſuisque vindicaverint. Per Pacificationem itaque Religioſam & Inſtrumentum Pacis Jus Epiſcopale cum pleno effectu & translative ſuſpenſum, ad Proceres aliosque A. C. Status Imperii, quibus

Rrr abfuit,

abſuit, iterum pleno jure quoad radicem & effectus ſimul tranſiit, ut adeoque fruſtranea ſit ſpes, qua ſibi perſuadent Epiſcopi Romani, fore tandem, ut radix cum effectu conſolidetur,
84 ipſorumque jus Epiſcopale iterum reviviſcat. Nec (6) ulla allegari poteſt ſurrogatio ſubditorum Catholicorum, loco Evangelicorum, in terris Proteſtantium. Si enim tales ſubditi publicum religionis Catholicæ exercitium Anno 1624. non habuerunt, nec Epiſcopi Romani Jurisdictionem Eccleſiaſticam in eos exercuerunt, per eorundem ſubſtitutionem Jura Epiſcopalia reviviſcere nequeunt, cum Dominus territorii eadem in eos retineat jura,
85 quæ ac in alios ſubditos Evangelicos exercet. Ex ſpeciali autem (7) caſu, in *Pac. Relig. & Inſtrum. Pac. art. 5. §. jus Diœceſanum. 16.* propoſito, vigore cujus ad conſequendos reditus, cenſus, penſiones, in quorum poſſeſſione vel quaſi An. 1624. notorie exſtiterunt, &c. Jurisdictio Eccleſiaſtica Epiſcoporum Romano-Catholicorum exerceri, ac poſt trinam admonitionem excommunicatio irrogari poteſt, reſervatio Juris Epiſcopalis induci, aut ejusdem reviviſcentia ad alios caſus, contra mentem Paciſcentium & tenorem *Inſtrum. Pac.* extendi nequit. Absque dubio ſiquidem irritus & fruſtraneus erit conatus, ſi, extra hunc ſpecialem caſum, Catholicus Epiſcopus ad conſequendos ſuos reditus &c. ex Sta-
86 tuum A. C. territorio excommunicationis remedio uti velit. Et quamvis, *quod 8. & 9.* attinet, *Pax Relig. in Rec. Aug. de Anno* 1555. §. 20. Aber in andern Sachen limitationem adjiciat, quod ſcil. extra religionis materiam Jurisdictio Eccleſiaſtica Catholicorum contra A. C. addictos ſuſpenſa non ſit, ſed plenarie exerceri queat, ad quem locum præcipue *Dillingenſ.* in compoſitione Pacis quondam provocarunt; nondum tamen diſſentientes per ſufficientem enumerationem partium probarunt, quod cauſæ matrimoniales aliæque ſimiles, de quibus in hiſce dubiis agitur, nec religionem & fidem, nec Kirchen-Gebräuche/ Ordnungen/ Ceremonien/ und Beſtellung der Miniſterien concernant. Sane cauſæ matrimoniales non tantum quoad Catholicos reſpectu laicorum Sacramentum & res ſpiritualis ac conſcientiæ eſſe perhibentur; verum etiam reſpectu Evangelicorum religionis & conſcientiæ plenæ ſunt, ut, Jurisdictione Eccleſiaſtica quoad Religionem, conſcientiam ceremonias & ſimilia *in d. Pac. Relig.* ſuſpenſa, etiam

quoad

quoad cauſas matrimoniales aliaſque ſimiles ſuſpenſa eſſe debeat. Deinde poſito, ſed non conceſſo, iſtas cauſas non pertinere ad 87
ceremonias Eccleſiarum *Aug. Confeſſ.* nondum tamen propterea Jurisdictio Eccleſiaſtica Epiſcoporum Catholicorum ex diſpoſitione *Pac. Relig.* reviviſcere poteſt. *Duo* namque *Pax Relig.* ut hæc jurisdictio in A. C. addictos homines vires ſuas exercere poſſit, *copulative* requirit. *Primum* eſt, ut res, de qua agitur, nec ad religionem, nec ad alia ibidem relata capita der Kirchen-Gebräuche/ Ordnungen/ ꝛc. pertineat; *alterum* verò, ut Epiſcopi ejus rei nomine fuerint in poſſeſſione tempore *Pac. Relig.* per verba: Wie deren Exercitium an jeden Orten hergebracht/ und ſie in der Ubung/ Gebrauch und Poſſeſſion ſind/ ꝛc. Sic ergo exercitium in poſterum permiſſum eſt, ſicut hucusque ad tempus *Pac. Relig.* exſtitit, verbum enim *hucusq.* includit tempus præſens. Confer. *Strauch. in Lex. partic. Jur. verb. usq.* Cum quo congruit præcedens. §. Dieweil aber. 19. vigore cujus poſſeſſio, quam quis habuit tempore *Transact. Paſſav.* vel *Pac. Relig.* purgat omne vitium, & multo magis juſtificat poſſeſſionem jurium, ſive illa ſpiritualia, ſive ſecularia ſint. Vid. *Referens apud Gylm. Symphor. tom. 1. p. 1. tit. 3. in vot. ad ſuppl. 8. num. 9. & 10.* Equidem Epiſcopi Catholici contrariam 88
ſententiam quovis modo in actum deducere conati ſunt, adeo ut inter tractatus *Pac. Weſtphal.* Principum ac Civitatum A. C. Legati, inter injurias ac damna, religionis odio perpeſſa, etiam conqueri coacti fuerint: *Jurisdictionem Eccleſiaſticam & Papalia Jura, Auguſtana Pace ſuſpenſa, in uſum revocata, Procerum Evangelicorum ſubditos, in connubiorum ſimilibusque cauſis, ad Eccleſiaſtica Catholicorum tribunalia tractos, Evangelicos his ſubjectos ad novos feſtos, magno cum feriarum feſtorumq; dierum turbamento, accipiendos coactos, eoq; temeritatis à Nunciis Apoſtolicis proceſſum, ut Præſules Proteſtantes edictis propoſitis citare non erubuerint, ſententiam, qua beneficiis ſuis privandi pronunciarentur, audituros; aliaq; à Pontificibus Romanis uſurpata, ne antiquis quidem temporibus, quibus Papam tota Germania adoraverit, conceſſa, nedum Evangelicis poſt Pacem maxime de religione ſancitam toleranda.* Prout has querelas refert *Aut. Hiſt. Pac. Weſtph.* 89
lib. 2. §. 70. Aſt enim vero *Inſtrum. Pac. art. 5. §. 16.* veram & genuinam mentem in contrariam adducti §. Damit auch obberührte. 20. declaravit, atque, excepto unico in antecedentibus relato caſu, univerſum Jus Diœceſanum, & totam jurisdictionem Eccleſia-

Digitized by Google

ſticam cum omnibus ſuis ſpeciebus, contra Aug. Conf. Electores, Principes & Status ſuſpendit. Sive ergo cauſæ matrimonii, divortii, commiſſæ ſimoniæ, juris Patronatus & ſimiles religionem tangant, ſive non, Epiſcopi tamen Catholici earum dijudicationem in ditionibus Proteſtantium nullo jure ſibi arrogare poſſunt. Nam ſi religionis cauſam concernunt, etiam ipſis Pontificiis adſtipulantibus, teſte *Schütz. in Man. Pacif. de jurisd. Eccleſ.* jurisdictio Epiſcoporum ſuſpenſa eſt. Utut vero religionem non concernant, *Inſtrum.* tamen *Pac.* jurisdictionem Eccleſiaſticam, cum omnibus ſuis ſpeciebus, contra Aug. Conf. addictos ceſſare jusſit, ſicque erroneum hoc principium, quaſi Epiſcoporum jurisdictio, extra religionis materiam, contra Aug. Conf. addictos ſalva remanſerit, diſertis verbis rejecit. Et quas quæſo turbas daturum non eſſet exercitium Jurisdictionis Eccleſiaſticæ Epiſcoporum Pontificiorum contra Proteſtantes in ejusmodi cauſis. Quis enim neſcit, plures earundem, præcipue matrimoniales & divortiorum, ex diverſis & contrariis plane principiis, à Proteſtantibus & Pontificiis decidi. Quapropter jurisdictionem Eccleſiaſticam Epiſcoporum Catholicorum in cauſis quoque matrimonialibus jam ante *Inſtrum. Pac.* per *Pac. Relig.* ſuſpenſam fuiſſe, pluribus egregie deduxit *Referens apud Gylmann. cit. tit. 3. in vot. ad ſuppl. 8. ubi etiam mandata in cauſa* Dortmund *contra Offic. Colon. it. in cauſa* Würtenberg *Mompelgard. contra Archiepiſcopum Veſont. &* Memmingen contra Chorgericht zu Augſpurg / qui Evangelicos in harum cauſarum cognitione turbarunt, decretos eſſe teſtatur. Confer. *Henr. Bruning. de Var. Univerſ. ſpecieb. concl. 30. tit. 6.*

90 Quod vero cauſas matrimoniales ipſorum Statuum Evangelicorum attinet, res quoad *Civitates Imperiales* expedita eſt, quippe quarum cives omnes, cujuscunque conditionis & dignitatis ſint, judiciis Eccleſiaſticis iſtarum civitatum ſubjecti reperiuntur, prout demonſtravimus in hoc ipſo *Tract. c. 6. n. 74.* Quoad reliquos Status Aug. Conf. & immediatos Imperii fateri quidem cogimur, rem ratione competentiæ fori adeo incertam & dubiam eſſe, ut, ſi non Cæſareæ Majeſtatis, & Statuum Imperii omnium, ad minimum tamen Evangelicorum deciſionem exigat, dum alii cauſas has ad hæc, alii ad alia judicia, alii vero ad Imperatorem, ejusque judicium Aulicum remittendas eſſe cenſet, ut in his tribuna-

bunalibus cognoſcantur & decidantur. Quid vero circa has aliasque ſententias monendum ſe offerat, in *Differt. de Immed. Imper. Proteſt. for. in cauſ. matrimon. ſect. 2. n. 10. & ſeq.* prolixius demonſtravimus. Sed propter hunc ipſum ſingularem plane & ſpecialem caſum Aug. Conf. addicti ſe ſuosque ſubditos Jurisdictioni Epiſcoporum vix ſubjicient, hæc enim medicina pejor morbo eſſet; nec alia incommoda Statibus Proteſtantibus ex cauſis matrimonialibus emergere poſſunt, quam Regibus aliisque ſupremis Principibus Catholicis, qui in hiſce ſimilibusque cauſis Epiſcoporum & Papæ nutibus annuere haud ſolent. Proinde hactenus 91
Status Aug. Conf. quibus ejusmodi controverſiæ in cauſis matrimoniorum & divortiorum obtigerunt, primo omnium reconciliationem tentarunt, &, ſi pars fugiens hanc rationem rejecit, cum eo convenerunt, ut in Conſiſtorium vel proprium vel alienum conſentiret, vel etiam cauſam arbitris compromiſſariis concrederet, qui, cauſa cognita, & utriusque partis fundamentis probe exploratis, acta ad collegia Theologorum æque ac Jurisconſultorum transmitterent, quorumque reſponſis vel unanimibus, vel pluribus in unam ſententiam concurrentibus, poſtea partes litigantes ſine ulteriori provocatione acquieſcerent. Quod ſi vero & has vias pars adverſa recuſavit, vel arbitri cauſam recipere noluerunt, læſi Status, cauſa cum aliis Statibus Imperii communicata eorumque conſilio adhibito, querelas ſuas cum omnibus facti circumſtantiis vel ad Conſiſtoria extranea, vel etiam ad Theologos ac Jurisconſultos non ſuſpectos, transmiſerunt, eorumque ſententiam requiſiverunt, num juſta cauſa ad proceſſum & judicium in controverſa cauſa matrimoniali formandum adeſſet. Et ſi Collegia ita affirmative reſponderunt, judicia ex Theologis ac JCtis non ſuſpectis formarunt, illisque cauſam decidendam, vel etiam ad impartiales transmittendam commiſerunt; nec etiam parti læſæ contra deſerentem aut fugientem remedia ſufficientia defuerunt, non ſolum per citationem edictalem, quam legitimam reddit neceſſitatis caſus, ſed etiam per rei judicatæ executionem, mediante liberiori nubendi licentia, parti læſæ contra refractariam permiſſa, quæ omnia per cujusdam in Jure publico æque ac privato verſatiſſimi JCti reſponſum cit. *Differt. ſect. 2. circ. fin.* confirmavimus. At enim vero, quia circa hæc judicia formanda va- 92

riæ ſe offerunt difficultates: ideo negandum non eſt, prout jam antea *in c. 6. hujus Tract. num. 74.* innuimus, conſtitutionem alicujus Conſiſtorii ſupremi & judicii Eccleſiaſtici, ſi non ab omnibus Proceribus proteſtantis & reformatæ religionis, ad minimum tamen in Germania, cum Imperatoris omniumque Statuum Proteſtantium & Reformatorum conſenſu longe efficacius remedium eſſe, cauſas ejusmodi inter illuſtres perſonas Proteſtantes decidendi. Nec pro re plane impoſſibili hæc conſtitutio habenda eſt, modo ſerio res inter Proteſtantes & Reformatos in Comitiis aliquando agatur, id quod inter Catholicos *Guilielm. Ignat. Schütz. in Man. Pacif. de Jurisdict. Eccleſ.* haud diffitetur, in verbis: *Mea exigua opinione conſtitutio alicujus, ejusque per totam Germaniam cum ſuprema poteſtate Eccleſiaſtica, ac omnium Statuum Proteſtantium conſenſu, ad deciſionem ultimam hujusmodi cauſarum ſpiritualium, ſaltem inter illuſtres perſonas exortarum authoriſati Conſiſtorii, & facillima & conſultiſſima foret. Si dixeris, unanimitatem hanc moraliter impoſſibilem adeoque ſperandam non eſſe, abeo, & rem DEO committo.* Ad ſu-
93 perandas difficultates, quæ ex ſumtuum collatione exoriuntur, expedire videtur vel Conſiliariis Judicii Aulici, vel Aſſeſſoribus Cameræ Imperialis, proteſtantibus & reformatis, cognitionem & deciſionem ejusmodi cauſarum, ſtylo in aliis cauſis horum Tribunalium conſueto, committere, aut ſi hi, propter multitudinem ordinariorum laborum, hiſce cauſis non ſufficiant, ipſis alios extraordinarios adjungere, ut ſimplices querelas inter conjuges illuſtres, quotidie occurrentes, de ſimplici ac plano amicabiliter componant, vel per proceſſum ſummarium celeriter decidant. In rebus vero majoris momenti, v. gr. divortiorum &c. cum cæteris ejusdem religionis Collegis conferant, & conſilio maturo, vel unanimiter, vel per majora decidant, atque, ut remediis competentibus executioni mandentur, procurent. Vid. *Aut. not. & animadverſ. ad Schütz. Man. Pacif. de Jurisdict. Eccleſ. ad verb.* So
94 weiß ich / *verſ. interim. non negandum &c.* Hæcque potiora ſunt, quibus Proteſtantes Reviviſcentiam Juris Epiſcopalis Epiſcoporum Catholicorum in terris A. C. addictorum diluunt, atque argumenta in contrarium adducta refutant, ex quibus non ſolum reliquis facili negotio ſatisfieri, ſed &, quoad *ultimum & tertium Membrum* colligi poteſt, quomodo Proteſtantes jurisdictionem Eccle-

Eccleſiaſticam in cauſis matrimonialibus & ſimilibus ipſorum Procerum nec non Statuum ac Immediatorum Imperii exerceant.
Quomodo vero cæteroquin Juris Epiſcopalis exercitium inſtituerint, *ex hoc noſtro Tractatu* paſſim liquet. Scil. ut idipſum repetamus, *Poteſtatem Clavium*, ſive internam Eccleſiaſticam, cum prædicatione verbi divini, *Miniſtris Eccleſiæ* recte relinquerunt. *Gerhard. de Miniſt. Eccleſ.* §. 112. *in pr.* Ex *poteſtate* vero *externa* nonnulla, quæ Ordinis & LL. Diœceſanæ eſſe perhibentur, inſpectiones in Clericos & populum certæ diœceſeos, nec non viſitationes Eccleſiaſticas & alia ſimilia, præcipue Clericorum ordinationes Superintendentibus, Inſpectoribus ac Decanis commiſerunt. Hinc Superintendentium, in locum Epiſcoporum certo modo ſurrogatorum, officium tum circa ea, quæ ſunt Ordinis, tum etiam circa ea, quæ L. Diœceſanæ ſunt, verſari, dicit *Stephan. de Jurisdict. lib. 3. p. 1. c. 16. n. 1.* quem ſequitur *Gebhard, alias Weſner, dict. de Poteſt. ſ. regim. Eccleſ. num. 26.* Quandoq; etiam 96
notione in cauſis & negotiis leviuſculis pollent, ad hoc, ut lites de rebus minimis, quæ inter æditos, cuſtodes, organicos, Ludi moderatores & alios ejusmodi miniſtros Eccleſiæ ſecundarios oriuntur, componant, ſicque particulam quandam Juris Epiſcopalis, atque Jurisdictionis Eccleſiaſticæ, eorundem officio à Superioribus adjectam, habeant, prout jam antea ex *Carpzov. lib. 3. defin. Eccleſ. 4. num. 17. & ſeq. it. def. 87. num. 9. nec non ex Schilt. lib. 1. Inſt. Jur. Can. tit. 7.* §. *3. in fin.* demonſtravimus *in c. 4. huj. Tract. num. 99. & ſeq.* Diximus vero *plerumque*, ſiquidem Conſtitutiones Eccleſiaſticæ Proteſtantium circa eorundem functionem & poteſtatem variant, adeo ut in quibusdam locis plane nullos Inſpectores ac Superintendentes conſtitutos reperiamus, in quibus tamen vel judicia Eccleſiaſtica, hanc in rem conſtituta, vel Superiores ipſi hos actus aut peragunt, aut, ut per alios peragantur, curant. Notiſſimum porro eſt, Status Proteſtantes habe- 97
re ſua Conſiſtoria, ſive judicia Eccleſiaſtica, per quæ cætera Jura Epiſcopalia Superintendentibus ac Inſpectoribus haud indulta, nec non illa, quæ Jurisdictionis Eccleſiaſticæ ſunt, ſibi tamen juribus Eccleſiaſticis eminentioribus reſervatis, peragunt. De ſignificatione Conſiſtorii latina, græca, hebraica, ſyriaca & arabica plura accumulat *Chriſtian. Weber. in tract. de jur. Conſiſt. c. 1. ſect.*

ſect. 1. & ſeq. Sane Conſiſtorii vox poſterioribus Latinis & ſequioribus Græcis uſitata & familiaris eſt, deducto à conſiſtendo, hoc eſt, à conſtando vel una ſtando. *Gloſſ. in Clement. Paſtor. 2. de Sentent. ac re jud.* Antiquitus enim ſtando utplurimum habebantur Conſiſtoria, & ſolus Imperator ad oſtentandam majeſtatis gloriam in illis ſedebat, quem circumſtabant omnes Comites conſiſtoriani, ſive Conſiliarii, hacque ratione differebant Conſiſtoria à Synedriis, quæ fuerunt ſedentium, quod indicat *Ambroſ. Epiſt. 133. atq; l. 5. C. Theod. de Fid. teſt. &c.* quamvis & adſediſſe Conſiſtorianos conſtet, ut ex *Vopiſc. in Aurel. Ammian. Procop.* & aliis obſervat *Car. du Freſne in Gloſſar. Script. med. & infim. latin. verb.*
98 *Conſiſtorium.* Licet ergo Conſiſtorium ſpecialiter exterius cubiculum, ex quo in ſilentiariorum, & ex eo in ipſum Principis cubiculum ibatur, à conſiſtente multitudine & Principis audientiam præſtolante, vocatum fuerit, autore *Cyrill. Scythopolitan. apud*
99 *Alamann. ad Procop. Hiſtor. Arcan. alleg. à Car. du Freſn. cit. loc.* Generatim tamen poſtmodum quivis locus, in quo Princeps de rebus publicis conſultat ac deliberat cum Conſiſtorianis, Conſiſtorium appellari cœpit, indeque porro omnis judicii locus, & quodcunque collegium judicantium, uti apparet *ex Clem. 2. de Sent. & re jud.* Qua ratione non ſolum Senatus caſtrenſis, qui negotia juridica exercituum tractat, ac Senatus Academicus in quibusdam Univerſitatibus, ut Wittebergæ, Jenæ & alibi Conſiſtorii promeruit appellationem, ſed & ſuprema Imperii Tribunalia Conſiſtoriorum ſortita ſunt nomen. Præterea de jure Canonico exedra
100 ædibus ſacris adjuncta, in qua ſacerdotes, de rebus ſacris cum Epiſcopo diſceptaturi, forte conſiſtebant, Conſiſtorii nomine indigitatum fuit, demonſtrante *Car. du Freſn. in Gloſſ.* imo omnis conſeſſus Epiſcoporum ac Presbyterorum, qui, pro emergente quapiam inopinata difficultate, congregati fuerunt, ut ex *Holſtein. ad Syn. Roman. ſub Bonif. 2.* obſervat *Car. du Freſn. cit. loc.* Quare conſeſſus Cardinalium cum Pontifice etiamnum Conſiſtorium audit. Denique ſpirituales curiæ Epiſcoporum, in quibus per Officiales ſuos cauſas, quæ vel Eccleſias, vel perſonas Eccleſiaſticas concernunt, aut de Jure Canonico pro ſpiritualibus habentur, audiunt ac definiunt, alioquin vero *arg. C. Romana. in pr. de Appell. in 6.* ab *Officialibus Officialia* vocantur, Conſiſtoria eſſe perhibentur,

bentur, de quorum ordinatione vid. quæ Status Imperii *de Reform. Eccleſ.* exhibuerunt Imp. apud *Hortled. de B. Germ. lib. 1. c. 37. n. 416.* Unde ſine dubio ratio denominationis apparet, quod Status Imperii Proteſtantes judicia ſua Eccleſiaſtica, in quibus illa, quæ Juris Epiſcopalis & jurisdictionis Eccleſiaſticæ ſunt, per Conſiliarios ſuos expediunt, Conſiſtoria appellare maluerint. Sunt 100
autem Conſiſtoria in hoc ſpecialiori ſignificatu judicia Eccleſiaſtica Proteſtantium, in quibus cauſæ & negotia Eccleſiaſtica tractantur, teſte *Carpzov. l. 3. def. Eccleſ. 1. num. 13.* Varias equidem easque pleniores Conſiſtorii deſcriptiones proponit *Weber. de jur. Conſiſt. c. 2.* ſed ad idem omnes collimant. Quod vero à viris utriusque Status Eccleſiaſtici & ſecularis hæc cognitio peragenda ſit, uti equidem cenſet *Weber.* abſolutæ neceſſitatis non eſt, adeoque definitionem ingredi haud debet. Dividuntur hæc *Conſiſtoria* quibusdam in locis in *inferiora* & *ſuperiora*, quorum priora dicuntur, quæ jam deſcripſimus, poſteriora vero alioquin etiam Protoſynedria dicta, pleraque cum inferioribus habent communia, nonnullis tamen exceptis, hisque reliqua territorii Conſiſtoria ſubjecta ſunt, ab iisque conſilium in gravioribus cauſis petunt. His quibusdam in locis, præſertim in Saxonia, adjunctus reperitur *Senatus Eccleſiaſticus*, qui tamen publicum Eccleſiæ ſtatum præcipue curat, unde Conſiſtoriis ſolent relinqui cauſæ privatorum & judiciariæ Eccleſiaſticæ; publicæ vero, & ad legislationem pertinentes, Senatui Eccleſiaſtico vindicantur. *Carpz. lib. 1. def. Eccleſ. 11. n. 12. & ſeq.* ac *Dn. Schilter. lib. 1. Inſt. Jur. Can.*
tit. 5. §. 3. Jus conſtituendi Conſiſtoria habent non tantum Re- 101
ges, Principes & Reſpubl. ſuperiorem non recognoſcentes, jure Majeſtatis, ut in *Cap. anteced. 11. n. 15. & ſeq.* deduximus. Add. *Concil. Milevit. II. c. 19. atque ex Concil. Carthag. VIII. Gratianus in c. placuit. 11. cauſ. 11. qu. 1.* Sed & in ſpecie Principes atque Status Imperii Proteſtantes, jure Superioritatis territorialis, ob *Pac. Relig.* & *Inſtr. Pac.* vigore quorum jus Epiſcopale ac Conſiſtorii à jure territorii neutiquam ſeparandum eſt. *Schilter. cit. loc.* Qua ratione jus conſtituendi Conſiſtoria Superioritati territoriali annexum eſſe, probant *Knich. de terr. Jur. c. 3. n. 273. Dn. Stryck. ad Brunnem. lib. 2. Jur. Eccleſ. c. 1. §. 3. & alii.* cum regio & religio cohæreat. Quamvis nonnunquam etiam Civitatibus municipalibus,

Digitized by Google

libus, aliisque Landſaſſis, Comitibus ſcil. & Baronibus, Superiorum conceſſione vel expreſſa, vel tacita, per immemorialem præſcriptionem inducta, cum Juribus quibusdam Epiſcopalibus, Conſiſtoria permiſſa eſſe videamus, prout jam antea *C. 4. num.*
102 *104. & ſeq.* demonſtravimus. Perſonæ, quæ, ut judices, Judiciis his Eccleſiaſticis præponuntur, aut ut ſenatores adſident, divini & humani Juris, imprimis vero Eccleſiaſtici debent eſſe periti, cum ipſis tales cauſæ tractandæ committantur. Hinc optimum inſtitutum eſſe videtur, ut aſſeſſores ſive conſiliarii, partim Theologi, partim Politici conſtituantur, quæ ratio eſt, quod *Weber. cit. loc.* Conſiſtorium per judicium Eccleſiaſticum, quod viris Theologis & Politicis conſtat, deſcribat. Aſt licet hoc, ubi receptum eſt, merito obſervandum ſit, neutiquam tamen ſimplicis eſſe videtur neceſſitatis, cum non propterea Conſiſtorium judicium Eccleſiaſticum dicatur, quia Theologi aut perſonæ Eccleſiaſticæ in eo judicant, ſed, quia Dominus territorii, Epiſcopalia Jura exercens, hoc judicium ad dijudicandas cauſas Eccleſiaſticas conſtituit, quæ plerumque, ſi non ex jure civili, ex jure tamen Canonico ſunt cognoſcendæ ac decidendæ, adeoque JCtis, non Theologis, committendæ, qui, ſi conſilio Theologorum opus ſit, poſſunt unum vel alterum ex eorum numero, vel etiam integra Collegia Theologica adhibere, per doctrinam *Mev. p. 4. dec. 1.* Quare jam ſupra demonſtravimus, in variis locis cauſas matrimoniales à ſolis Politicis decidi, *C. 12. num. 9.* quamvis, ob caſus conſcientiæ obvenientes, à recepto jure in locis, quibus Theologi cum JCtis adhibentur, non facile recedendum, adeoque conſultius ſit, Theologos inſimul iſtis judiciis præficere, juxta monita *Weber. cit. tract. c. 17.* Quæ in his aſſeſſoribus Conſiſtoriorum cæteroquin requirantur, nec non, quæ in dijudicatione caſuum oblatorũ obſervare debeant, per partes explicat & prolixius tractat *Weber. cit. tract. c. 21. & 22.* ſummatim vero recenſet *Brunnem. cit.*
103 *lib. 3. c. 1. §. 6. & ſeq.* Coram his igitur Conſiſtoriis *Clerici* omnes forum ſortiuntur competens; ac *Laici* in *cauſis Eccleſiaſticis*, uti experientia conſtat, & in *anteced. C. 11. & 12.* ſub jurisdictione Eccleſiaſtica deduximus. Nonnulla tamen negotia, v. gr. templorum novas exſtructiones, diſpenſationes & ſimilia, de quibus vid. *Carpz. l. 1. def. Eccleſ. 12. n. 17.* ſibi ac Senatui Eccleſiaſtico aut

 ſecre-

ſecretiori Conſilio reſervarunt Superiores. Necque ipſa Jura Epi-
ſcopalia Conſiſtorialibus competunt, ſed ea ſolum ex delegatione
Principis exercent. De Principibus enim & Statibus pariter *Pax*
religioſ. quam *Inſtrum. Pac.* loquuntur, non de eorum Conſiſtoriis,
quibus demum Principes jurisdictionem illam Eccleſiaſticam, re-
ſervatis tamen quibusdam caſibus, conceſſerunt. Proinde in 104
quæſtione: *qualem habeant Conſiſtoria Jurisdictionem, ordinariam,*
an delegatam? cum id jure Conſtitutionum Imperii expreſſe deci-
ſum non ſit, inſpiciendæ ſunt cujusvis Provinciæ Leges ac Sta-
tuta, ex quibus, ſi Conſiſtoriis talis conceſſa ſit poteſtas, ut ſuo
nomine cauſas Eccleſiaſticas tractare ac decidere queant, ordina-
ria jurisctione gaudebunt, alioquin, ſi in deciſionibus à nutu Prin-
cipum vel Dominorum territorialium dependeant, non ordina-
riam, ſed delegatam habebunt jurisdictionem. Vid. *Dn. Textor*
in Diſſert. de Jur. Epiſcop. in Terr. Proteſt. th. 87. Unde liquet, haud
univerſalem eſſe doctrinam *Carpz.* qui *l. 3. def. Eccl. 13. n. 1.* ordina-
riam Conſiſtoriis adſcribit jurisdictionem, ac hac in re ſuffraga-
torem invenit *Schilt. lib. 1. Inſt. Jur. Can. tit. 5. §. 14.* Quin etſi or-
dinaria jurisdictio Conſiſtoriis conceſſa ſit, minime tamen proba-
bile videtur, uti quidem volunt *Carpz. & Schilter. cit. loc.* quod Prin-
cipes & Domini territoriales cauſas in Conſiſtorio pendentes ex ju-
ſtis cauſis avocare nequeant, & quod jurisdictionem Eccleſiaſticam
in Conſiſtoria privative transtulerint. Hæc enim poteſtas avocandi 105
annexum Majeſtatis, adeoq; Superioritatis territorialis eſſe, jam an-
tea *in cap. 12. hujus Tract. n. ult. ex Grav. ad Gail. lib. 1. concl. 41. n. 3.* monſtra-
vimus. Proceres ergo Imperii, aliiq; Status, qui autoritatem hanc
Conſiſtoriis ſuis libere tribuerunt, etiam cauſas in iisdem pendentes
relevantibus rationibus inducti, ad ſe avocare, aliisq; peritis viris in
conſilium adhibitis decidere poſſunt. *Textor. cit. diſſ. th. ult.* Modum
procedendi in cauſis Eccleſiaſticis & Conſiſtoriis *in anteced. c. 12. hujus*
Tract. fuſius deduximus. Reſtat ut adjiciamus, quod, ſuſpenſa ju- 106
risdictione Eccleſiaſtica, in terris Evangelicorum non ſtatim neceſſi-
tas invaluerit, ut Conſiſtoria formata conſtituantur, ac in iis de cau-
ſis Eccleſiaſticis judicetur. Quemadmodum enim Saxonia initium
fecit Reformationis, atque exemplum dedit plerisque Evangeli-
cis Eccleſiaſticarum Ordinationum; Ita quoq; Conſiſtoria, quæ pro
cauſis Eccleſiaſticis conſtituit Saxonia, cæteris judiciis Eccleſiaſticis

Digitized by Google

anſam dederunt. Nulla vero vel lex vel pactio communis interceſſit, ut non niſi in ejusmodi Conſiſtoriis cauſæ Eccleſiaſticæ agerentur, vel judicarentur, ſicut & diverſa forma Conſiſtoriorum in Germania apparet. Alibi enim minus, alibi plus iſtis tribuitur. Quare nihil obſtabit, quo minus Status Imperii coram judice ſeculari, adhibitis pro qualitate cauſarum Theologis, de iſtis cauſis in judicio ſeculari judicare queant. Hac ratione iis in locis, in quibus Conſiſtoria non conſtituta reperiuntur, cauſas Eccleſiaſticas coram ipſo Principe ac Statu Imperii, ejusque ſupremo Tribunali, ventilari, latè deducit *Mev. p. 3. dec. 415.* quamvis nonnullis in locis, ubi lites & cauſæ Eccleſiaſticæ in Cancellariis expediuntur, in ſubſcriptione nomen Deputatorum ad cauſas Conſiſtoriales, ſive Eccleſiaſticas, expreſſum reperiamus, in verbis: Zur Fürſtlichen/ Gräfflichen/ ꝛc. Official- oder zum Conſiſtorial-Sachen Verordnete. Vid. *Laurent. Obm. de jur. Epiſc. concl. 18. lit. A.* In ſpecie Hamburgi Conſiſtorium nullum ab inclyto Senatu conſtitutum, ſed cauſas Eccleſiaſticas occurrentes, quæ inquiſitionem vel deciſionem requirunt, hactenus quibusdam ad earundem diſcuſſionem Deputatis commiſſas fuiſſe, tradit *Dn. Stryck. annot. ad Brunnem. l. 2. c. 1. §. 2.* Noribergæ quoque cauſarum matrimonialium deciſionem Dicaſterio Norico, quod propterea nomen des Ehrlöblichen Stadt- und Ehe-Gerichts promeruit, aſſignatam eſſe, jam antea ex noſtr. *Diſſert. de Jud. Reipubl. Noriberg. c. 2. §. 11. & ſeq.* deduximus. Quomodo vero reliqua Juris Epiſcopalis Capita illuſtris Senatus exerceat, illis, qui in foro Norico verſan-

107 tur, abunde cognitum erit. Nondum ergo conſtitutis Conſiſtoriis integrum quidem eſt, ſuper cauſis Eccleſiaſticis aliam judicii formam præſcribere, teſte *Mev. cit. loc.* Præſtat tamen, negotiis Eccleſiaſticis, ob prægnantes rationes, peculiare judicium vel noviter aſſignare, vel etiam jam aſſignatum conſervare, ut adeo audiendi non ſint, qui Conſiſtoria inter Proteſtantes tollenda eſſe cenſent. Vid. *Burgold. p. 2. Not. Rer. German. diſcurſ. 15. §. 1. Conring. ad Lampad. p. 3. c. 11. § 40. Dn.* Seckendorff. *p. 2.* des Teutſchen Fürſten-Staats *c. 12. n. 2. 4. 6. & 11. & Brunn. lib. 3 Jur. Eccleſ. c. 1. § 3.*

CAPUT

CAPUT XVI.

De Effectu Juris Epiſcopalis, ejusque Remediis ac Fori Competentia.

Summaria.

1. *Effectus* juris Epiſcopalis alius *ſpecialis*, alius *generalis* eſt, ubi de *ſpeciali* relative.
2. *Generalis poteſtatem Epiſcoporum* ac *Remedia*, pro ejus vindicatione inſtituenda, nec non *Fori competentiam* complectitur.
3. Hinc, quoad exercitium Juris Epiſcopalis, fundatam intentionem habent Epiſcopi contra omnes Diœceſanos.
4. Et quidem (1) ratione *Ordinis* in cura animarum, quoad conſtitutionem Parochorum, & collationem Beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſalvo Jure Patronatus legitime recepto.
5. (2) Ratione *Legis Diœceſanæ & Jurisdictionis*. Quare vocantur Judices ordinarii, & fruuntur juris aſſiſtentia quoad exercitium Jurisdictionis Spiritualis & Eccleſiaſticæ.
6. Unde fluit (3) *Manutenſio*, niſi Prælati inferiores probaverint exercitium illius jurisdictionis, aut exemtionem.
7. Imo prodiit (4) Axioma: *Quod poteſt Papa in tota Eccleſia, id poteſt etiam Epiſcopus in ſua diœceſi*, ſcil. (1) cum quadam ſubordinatione ad Papam, nec non excluſis (2) juribus Sacrorum, cauſisque majoribus.
8. Addita porro (3) limitatione, ne contra univerſales Eccleſiæ Leges aut Conſuetudines aliquid decernatur; aut (4) Jura Epiſcopalia ultra diœceſin extendantur.
9. Nec (5) contra Exemtos in diœceſi,
10. Niſi Epiſcopi, ut Delegati Sedis Apoſtolicæ procedant.
11. Hoc axioma multo magis ad Status Imperii Proteſtantes applicari poteſt, cum quilibet Princeps & Status ſit Papa in ſuo territorio.
12. Nam, juxta ſanctiones Imperii,

perii, ejus eſt Religio, cujus eſt regio, juxta modum tamen in *Pacificatione Religioſa & Inſtrum. Pac. Oſnabrug.* determinatum.

13. Ad Religionem, ejusque mutationem, nemo cogi poteſt; ſed ſubditi, à Domini religione diſſentientes, habent beneficium emigrandi, quod non ſemper eſt neceſſitatis.

14. Ad principum illud: Cujus eſt regio &c. *art. 5. §. 16. Inſtrum. Pac.* reſpicere, cenſet *Knipſchild.*; Eundem tamen aliud indicare, demonſtratur.

15. Sicut Epiſcopi Catholici Germaniæ; ita Principes & Status Evangelici, non confuſo tamen Sacerdotio cum Imperio, duplicem repræſentant perſonam.

16. Et quidem æque principaliter, ſecus ac opinatur *Matth. Stephan.*

17. Ad effectum generalem ulterius pertinent *Remedia*, quæ verſantur vel circa Jura Epiſcopalia acquirenda, vel circa acquiſita tuenda.

18. Quod priora evincitur: Proviſionem æque ac Poſtulationem dependere à ſola gratia Superioris.

19. Poſt præſentationem Superiori factam poſtulantes quidem recedere nequeunt;

20. Poſtulato tamen nullum acquiritur jus, niſi poſt admiſſionem à Superiore factam.

21. Fœdus Spirituale Epiſcopi cum Eccleſia in Electione initiatum, in Confirmatione ratum, & in Conſecratione conſummatum eſſe dicitur.

22. Enarrantur illa, quæ pertinent ad Epiſcopum confirmatum, & illa, quæ pertinent ad Epiſcopum conſecratum.

23. Ratione præſcriptionis pro quaſi poſſeſſione Jurium Epiſcopalium competit remedium *Manutentionis.*

24. Ex reliquis modis Jus Epiſcopale acquirendi fluit vel *Imploratio officii Judicis*, vel etiam *Condictio ex Canone.*

25. Contra concedentem tamen, qui Superiorem non recognoſcit, nulla datur actio.

26. Quamvis hac plenitudine poteſtatis non ſemper utantur tales Superiores.

27. Proinde, ex hypotheſi Catholicorum, Papa conveniri nequit, quamvis *Concil. Conſtantienſe* cum Concilio ſubjecerit.

28. Con-

28. Contra alios, qui Superiori ſubſunt, non ſolum Imploratio aut Condictio inſtitui, ſed etiam *Devolutionis* remedium adhiberi poteſt, ubi, ob quid & quomodo hæc devolutia fiat.
29. A Capitulo fit ad Epiſcopum, & quandoque ab Epiſcopo ad Capitulum, aut proxime Superiorem.
30. Etiam fit ad Superiorem, ſi inter Epiſcopum & Capitulum proviſio ſit diviſa per *turnos*.
31. *Turni* verbo in Jur. Canon. alternativæ Proviſiones intelliguntur.
32. Hodie devolutio fit ad Pontificem, qui etiam imploratur propter conſenſum ab Epiſcopo denegatum.
33. Ad Jura Epiſcopalia jam acquiſita conducunt non ſolum *remedia extrajudicialia*, Defenſio ſcil. moderata, Jus reſiſtendi & Pignorationes.
34. Sed etiam *judicialia*, tum *poſſeſſoria*, ut (1) Interdictum utile *retinendæ poſſeſſionis*, nec non Manutentio.
35. (2) Interdictum *recuperandæ poſſeſſionis* utile.
36. (3) Remedium *ex canon. redintegrandæ, 3. c. 3. q. 1.* quo can. tamen non novum jus introductum, ſed Jus Civile de reſtitutione ſpoliatorum applicatum legimus.
37. Ex *c. 18. X. de Reſtit. Spol.* aliisque rationibus probatur, hinc canonem nil aliud continere, quam juris conſtituti ad factam applicationem.
38. Doctores tamen novum exinde efformarunt remedium poſſeſſorium,
39. Quod principaliter pro Eccleſiis & Eccleſiaſticis ad inventum eſſe aſſerunt.
40. Præter remedia poſſeſſoria ad Jura Epiſcopalia tuenda conducit præprimis Remedium *fractæ Pacis Religioſæ*.
41. Perſonæ Eccleſiaſticæ, ſi ex Pace Religioſa agant, accuſationem ad pœnam banni inſtituere, &, ſi conveniantur, banno puniri nequeunt, addit tamen *Blum.* limitationem in Eccleſiaſticis Evangelicis.
42. Disquiritur: An ob fractam Pacem Religioſam etiam Mediati Imperii agere poſſint.
43. Ob Jura quoque Epiſcopalia ſuo modo agi poteſt ex Con-

Conſtitutionibus Imperii *de Pignorationibus & Arreſtis*.

44. Ad Remedia denique *petitoria*, præter perſecutiones vis publicæ & privatæ, pertinent *actio confeſſoria* eique oppoſita *negatoria*.

45. Controverſiæ ob Jura Epiſcopalia exortæ de jure Canon. in Curia Romana ac coram ejusdem Delegatis forum ſortiuntur.

46. Qua occaſione agitur de foro Epiſcoporum in Criminalibus & Civilibus.

47. Hanc in rem allegatur confeſſio *Uffenbachii*, qui tamen in cauſis Eccleſiaſticis Imperii jurisdictionem Aulicam & Cameralem de Jure fundatam eſſe cenſet.

48. Ubi ob Jura Epiſcopalia actio fractæ Pacis Relig. locum habet, etiam forum competens eſt *Camera Imperialis*.

49. Sed quondam controverſum fuit, an in caſu Pacifragii fundatum quoque ſit judicium Aulicum.

50. Hæc controverſia, ut taceamus Pacem Pragenſem, ad quam provocat *Schüz.* per Inſtrumentum Pacis compoſita eſſe videtur.

51. Inter Proteſtantes, quia ſupremo Judicio Eccleſiaſtico adhuc deſtituuntur, ipſi litigantes Proceres de controverſiis circa Jus Epiſcopale componendis, adeoq; de foro legitime conſtituendo ſoliciti eſſe debent.

52. Inter diverſæ religionis Proceres habet locum regula: *Actor ſequitur forum rei.*

53. Literas, quas contra hanc regulam Clericis concedit Pontifex, Germania noſtra non admittit.

1 MOdo exercendi *Jus Epiſcopale* ut nunc quoque *Effectum* ſubjiciamus, ordinis ratio ſvadere videtur; Hunc ipſum autem Effectum alium *ſpecialem* quorumvis Jurium, ſub complexu poteſtatis Epiſcopalis venientium, alium *generalem* eſſe cenſemus. *Prior* ex ſpeciali cujusvis Juris conſideratione liquet, ut adeò ſuperfluum ſit, eundem denuo repetere:
2 *Generalis* autem, qui totum Ens illud, per varia & diverſa jura particularia aggregatum & conſtitutum, concernit, ſub ambitu ſuo *Poteſtatem Epiſcoporum* in genere, ſimul ac *Remedia*, ad vindicandum exercitium Jurium Epiſcopalium vergentia, nec non *Fo-*
3 *ri Competentiam* complectitur. Et quidem quod ad poteſtatem in gene-

genere attinet, Epiſcopi aliique Prælati, qui Epiſcoporum loco ratione horum Jurium æſtimantur, fundatam intentionem habent contra omnes in diœceſi exiſtentes quoad exercitium Juris Epiſcopalis, ut jam antea *in cap. 6. huj. Tract. ex Engel. Coll. Jur. Can. ad Tit.* ✕. *de Privileg. n. 27.* demonſtravimus. Fruuntur ergo (1) 4 ratione *Ordinis* fundata hac intentione in cura animarum, quæ proprium & præcipuum ipſorum munus eſſe perhibetur *in c. inter. 15.* ✕. *de Offic. Jud. ord. ac Concil. Trid. ſeſſ. 24. de Reform. c. 4.* Unde vel ipſi in quacunque Eccleſia, etiam regulari diœceſeos, verbum divinum prædicare, vel, ſi legitimis ex cauſis, aut ob Principum dignitatem, qua in Germania noſtra fulgent, hoc munere fungi prohibeantur, per alios & Parochos, hanc in rem conſtitutos, functiones iſtas Eccleſiaſticas peragere, *Concil. Trident. cit. c. 4. ibique Barboſ. in Collect. n. 2. & ſeq.* nec non Beneficia ſuæ diœceſeos conferre poſſunt, Idem *Barboſ. de Off. & Poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 127. num. 32. & 33.* ita tamen, ut conſuetudini præſentandi miniſtrum verbi divini derogare nequeant, ſicubi Jus Patronatus legitime receptum ſit, per *c. cura. 11. c. ſignificaſti 18. & c. ult.* ✕. *de Jur. Patron.* Decipiuntur itaq; Religioſi, qui ab Epiſcopo obtinent aut extorquent facultatem prædicandi in Eccleſiis Cathedralibus, putantes illam in perpetuum concedi poſſe, cum quilibet Epiſcopus ſucceſſor revocandi facultate polleat, nec prædeceſſor ſucceſſoribus præcipuam hanc Epiſcopalis muneris partem ſubtrahere valeat. vid. *Wagnereck. ad d. cap. 15. de Offic. jud. ordin.* Ratione L. *Diœceſanæ* & *Jurisdictione* porro (2) fundata gaudent 5 intentione quoad totam diœceſin, atque ſunt Judices ordinarii Clericorum quorumvis, ſecularium & regularium, nec non Laicorum in cauſis Eccleſiaſticis & mixti fori. *c. 1.* ✕. *de Offic. Ord.* Etſi enim ordinarius judex dicatur quivis, à canone, lege, vel conſuetudine jurisdictionem habens, per *Gloſſ. in c. ordinarii. 3. verb. locorum. de Off. Ordin. in 6.* In dubio tamen ordinariorum appellatio per excellentiam referenda eſt ad Epiſcopos, qui per totam diœceſin ordinariam & univerſalem habent jurisdictionem. *Joh. Wameſ. Conſil. juris Pontif. tom. 1. conſil. 62. num. 16.* Quæ ratio eſt, quod Juris communis aſſiſtentia potiantur non ſolùm in exercitio jurisdictionis ſpiritualis & Eccleſiaſticæ quoad omnes perſonas ſuæ diœceſeos, ſed etiam quoad cognitionem cauſarum

Ttt Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiaſticarum, per *c. conquerente. 16. X. de Off. jud. ord.* & quoad omnia loca, exiſtentia intra fines diœceſeos. *c. omnes. 10. cauſ. 16. q. 7.* hæcque fundata intentio ſe extendit quoque ad exactionem quartæ decimarum intra limites diœceſeos, *c. de his. 7. & c. decrevimus. 10. cauſ. 10. q. 1.* ad decimas prædiorum, quæ nullius ſunt Parochiæ, *c. quoniam. 13. X. de Decim.* ad creditum Cathedratici & Procurationis, *c. 1. c. 10. q. 3. & cit. c. 16. X. de Off. jud. ord.* tandemque ad cætera, quæ L. Diœceſanæ & Juriſdictionis Eccleſiaſticæ eſſe perhibentur. vid. *Barboſ. cit. alleg. 127. n. 23. &*
6 *ſeq.* Atque ex hac Juris aſſiſtentia fluit (3) *Manutentio*, etiam abſque ulla alia probatione. *Rota Romana apud Poſt. dec. 125. n. 1. & dec. 184. n. 2.* Habens enim pro ſe aſſiſtentiam Juris communis dicitur frui liquidiſſima probatione, niſi Prælati inferiores probaverint, ſe exercuiſſe juriſdictionem in iiſdem locis, in quibus petit manutentionem ex aſſiſtentia Juris communis, aut niſi demonſtraverint exemtionem per privilegium aut præſcriptionem; tunc enim manutentio ei potius decernenda eſt, qui titulum, præſcriptionem & poſſeſſionem allegat, donec ſuper petitorio cognoſcatur. *Rot. Roman. apud. Poſt. cit. dec. 184. n. 6. & dec. 166. n. 20.*
7 Sicut & ex illa (4) ſequens Canoniſtarum aſſertum prodiiſſe videmus; *Quod poteſt Papa in tota Eccleſia, id etiam poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi. Laymann. Theol. Moral. lib. 1. tract. 4. c. 7. §. 2. num. 5.* Quod ipſum tamen non niſi adhibitis certis declarationibus procedere poteſt, & quidem *primò* cum quadam dependentia & ſubordinatione ad Papam, tanquam ſuperiorem, per *c. qui ſe ſcit. 12. c. 2. q. 6.* nec non *ſecundò* in ordinaria Jurium Epiſcopalium adminiſtratione, excluſis Juribus Sacrorum, cauſisque majoribus, quæ Sedi Apoſtolicæ in ſignum ſpecialis eminentiæ reſervatæ ſunt, per *c. inter. 2. X. de Tranſlat. Epiſcop.* ubi hoc expreſſe aſſeritur de majoribus Eccleſiæ cauſis, quales ſunt diſpenſationes in impedimentis matrimonii, depoſitiones vel tranſlationes Epiſcoporum, diœceſium diviſiones & mutationes, aliæve, de quibus videri poteſt *c. ad tranſlationem. 4. X. de Offic. Legat. ibiq;*
8 *Gloſſa, quæ ad verbum reſervata &c.* eaſdem recenſet. Nihil quoque *tertiò* contra univerſales Eccleſiæ LL. vel Conſuetudines Epiſcopi decernere, nec cum præjudicio ac diminutione juris aliorum privilegia dare queunt, ut cum *Gloſſa, Abbate, Anton. de Butrio*

trio & aliis docet *Laymann. Theol. Moral. cit. c. 7. §. 2. n. 5. circ. fin.* Neque porro *quartò* Jura Epiſcopalia ultra diœceſin regulariter extendere aut prorogare valent, per *c. conquerente. 16. ✠. de Off. Jud. ord. & c. ult. de Conſtit. in 6.* ad inſtar jurisdictionis ſecularis, cujus exercitium extra territorium non porrigitur, *l. fin. ff. de Jurisd.* Quod enim territorium eſt Principibus, illud diœceſis eſt Epiſcopis, arg. *c. omnes.* 10. *c. 16. q. 7.* quamvis interdum quoque complexus multarum Provinciarum diœceſin conſtituat, quatenus hæ uni Archiepiſcopo vel Patriarchæ ſubſunt. *Dn. Stryck. ad Brunnem. Jus Eccleſ. lib. 1. c. 6. membr. 12. §. 3.* Quinimo *quintò* 9
nonnunquam etiam intra ipſam diœceſin Epiſcopi in Eccleſias, monaſteria, aliave pia loca, eorundem jurisdictioni exemta, atque Sedi Romanæ immediatè ſubjecta, Jura ſua Epiſcopalia exercere prohibentur. Probata ſiquidem exemtione, locus exemtus perinde habetur, ac ſi extra diœceſin conſtitutus eſſet, arg. *c. cum Epiſcopus. 7. de Offic. Ordin. in 6.* Sed cum hæc exemtionis materia jam antea *c. 6. huj. Tract. n. 43. & ſeq.* propoſita reperiatur, eam hac vice non immerito præterimus. Sufficiat hoc ſolùm monuiſſe, illam non ſemper totalem, ſed ſæpius partialem eſſe, ita ut exemti v. g. ab Epiſcopis in miniſteriis capellæ, aut aulæ Principum, in reliquis maneant ſubjecti, qua ratione Regulares, quantumvis exemti, in quantum curam animarum ſecularium Clericorum exercent, jurisdictioni, viſitationi ac correctioni Epiſcoporum ſubjecti eſſe dicuntur *in Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regul. c. 11.* ubi vid. *Barboſ. n. 3. & ſeq.* In hos ipſos tamen exemtos, perinde ut 10
extra diœceſin, poteſtatem ſuam exercere non prohibentur Epiſcopi, ſi vel tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati procedunt, vel alii occurrunt caſus, quos jam antea *in cit. cap. 6. huj. Tract. num. 40. & ſeq.* nec non *n. 49.* enarravimus. Multa ſiquidem Epiſcopis, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis, committuntur, quæ quidem ad alios Prælatos, qui jurisdictionem quaſi Epiſcopalem habent, haud extenduntur, ut cum *Panormitan. ad c. ad abolendam. 9. ✠. de Haret.* docet *Wagnereck. in not. ad cap. 2. de Offic. Vicar. in 6. not. 2. in fin.* attamen etiam in exemptos & extra territorium ſe porrigunt. His ergo declarationibus ſuppoſitis Epiſcopi in ſua diœceſi id 11
ipſum poſſe dicuntur, quod Papa in tota Eccleſia: quod ipſum ſane in Principibus & Statibus Imperii Proteſtantibus multo expeditius procedit. Poſtquam enim, prout in hoc

Digitized by Google

Diſcurſu multoties monuimus, Jurisdictio Eccleſiaſtica per Transactionem Paſſavienſem & Pacem Religioſam in territoriis Principum & Statuum Imperii A. C. ſuſpenſa, hæcque ſuſpenſio in ſubſequentibus Receſſibus Imperii & Inſtrumento Pacis Cæſareo Svecico renovata & repetita eſt, non ſolum Jus Epiſcopale & jurisdictio Eccleſiaſtica, ſed & Jura Sacrorum cum jure territorii coaluerunt, ita quidem, ut Status Imperii (connumerata Libera Imperii Nobilitate) utriusque exercitium ſibi recte vindicent, *Knichen. de Jur. Territor. cap. 3. n. 273. & ſeq. Dauth. de Teſtam. n. 93. Ziegler. ad Aur. Prax. Calvol. §. Landſaſſii. concluſ. 1. n. 181.* adeoque veriſſimum redditum ſit tum illud: *Cujus eſt Ducatus, Principatus ac territorium, ſeu Jus territorii, ejus etiam eſt Jus Epiſcopale,* **Ein jeder Fürſt und Herr iſt Biſchoff in ſeinem Lande.** *Joach. Stephan. lib. 1. Inſt. Jur. Canon. c. 7. n. 52. & Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 473.* tum etiam hoc, quod prius multis paraſangis excedit: *Quilibet Princeps & Status eſt Papa in ſuo territorio,* **Ein jeder Fürſt und Herr iſt Pabſt in ſeinem Lande.** *Feltmann. de Jure in re & ad rem c. 5. §. 11. & Dn. Stryck. ad Brunnem.*
12 *l. 1. jur. Eccl. c. 6. memb. 12. §. 6.* Jus ſiquidem Sacrorum Statuum Imperii Proteſtantium juri territorii & Superioritatis, vigore Pac. Religioſæ in Comitiis Imperii & Capitulationibus Imperatorum, nec non in Inſtrum. Pac. Oſnabr. Monaſt. *art. 5.* confirmatæ, hodie innititur, unde vulgatum illud prodiit: *Cujus eſt regio, ejus eſt Religio,* hoc eſt: Quilibet Princeps & Imperii Status liberum religionis exercitium in ſua ditione vel territorio non ſolum introducere, ſed & introductum mutare poteſt, *juxt. Conſtit. Pac. Relig. de Anno 1555.* § Und damit ſolcher Fried. 15. *Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 473. Nolden. de Stat. Nobil. c. 17. §. 3. n. 72. Mager. de Advoc. arm. c. 10. n. 44. Carpzov. de L. Reg. German. cap. 3. ſect. 10. n. 33. & Knipſchild. de Jur. & Privil. Civ. Imper. lib. 2. c. 3. n. 54.* modo hoc fiat juxta determinationem Pacificationis Religioſæ, & cumprimis Inſtrum. Pac. Oſnabr. Monaſt. ut cum *Fritſch. Elect. Jur. Publ. p. 1. c. 6.* rectè monet *Schweder. Introd. in Jus Publ. part. ſpec.*
13 *ſect. 2. c. 12. n. 1. in fin.* Ad religionem enim, ejusque mutationem, nec vi, nec armis quis cogi, ſed blandè induci debet, fides quippe non imperari, non præcipi, ſed (ex verbi divini auditu.) percipi, non juberi, ſed juvari, non armis injungi, ſed cœlitus animis infundi

ſundi amat. *c. ad fidem. 33. cauſ. 23. q. 5.* ac ſi ſubditi Domini reli-
gionem ſponte amplecti, &, ob religionis mutationem cultus ſui
exercitio destituti, in ipſius territorio diutius habitare nolint,
liberum habent beneficium emigrandi & ſolum vertendi, *juxta In-
ſtrum. Pac. Cæſar. Svec. art. 5. §. Quantum.* 13. quod tamen *juxta cit. §.
12. Inſtrum. Pac. verſ. hoc tamen non obſtante &c.* injungi nequit illis
Landſaſſiis, Vaſallis & ſubditis cujuscunque generis ſint; qui pub-
licum aut privatum Aug. Confeſſionis exercitium anno 1624. qua-
cunque anni parte, ſive certo pacto, aut privilegio, ſive longo
uſu, ſive ſola obſervantia dicti anni habuerunt. vid. *Vitriar. Inſt.
jur. Publ. lib. 3. tit. 19. §. 29. & 31.* atque *Schwed. cit. loc.* Hucque 14
Inſtr. Pac. reſpexiſſe cenſet *Knipſchild. cit. c. 3. n. 54.* dum *art. 5.
§. jus diœceſanum. 16.* diſponit, quod intra terminos territorii cu-
jusque Jus Diœceſanum & jurisdictio Eccleſiaſtica ſe continere
debeat; Sed enim verò, etſi non diffiteamur, quod religionis cu-
ra & Jurium Epiſcopalium exercitium, Superioritati Territoriali
cohærens, regulariter extra territorium perinde, ut poteſtas Epi-
ſcoporum ultra diœceſin, extendi nequeat, id ipſum tamen *Inſtr.
Pac. cit. art. 5. §. 16.* non indicat, ſed aliud potius, quod ſcil. ju-
risdictio Eccleſiaſtica Epiſcoporum intra terminos territorii ſe con-
tinere, nec amplius ad territoria Proteſtantium, contra quos ſuſ-
penſa eſt, ſe extendere debeat, prout in *anteced. c. 15. n. 82.* de-
duximus. Sicut ergo Epiſcopi Catholici Germaniæ noſtræ, poſt 15
acquiſita territorii jura, & ſecularem jurisdictionem, duplicem
poteſtatem, Eccleſiaſticam & ſecularem exercent, quod non im-
probarunt Proteſtantes in reſponſione Anno 1541. Imperatori ex-
hibita: Von verglichenen und unverglichenen Articuln / bey Verglei-
chung der Religion/ꝛc. *in verbis:* Und ſeyn darwider nicht / daß die
Biſchöffe die Güter und Herꝛſchafften beſitzen / die ihnen von Käyſern
und andern Fürſten zugegeben ſind / apud *Frid. Hortleder. de Bell. Ger-
man. lib. 1. c. 37. num. 339.* Ita quoque Principes & Status Imperii
Evangelici duplicem repræſentant perſonam, inſimulque ſunt
Pontifices & Epiſcopi in ſuis territoriis. Nec propterea ſacerdo-
tium & imperium confunduntur, ſed ſeparata manent, dum non
ſolum Jura Epiſcopalia, interque ea, quæ ſunt Ordinis, LL. Diœ-
ceſanæ & Jurisdictionis, ſed etiam jura Sacrorum ſeparatim per
Theologos ac peculiaria hanc in rem conſtituta judicia Eccleſia-

16 ſtica exercent, prout *in cap. anteced.* fuſius docuimus. Equidem *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 477.* Principes & Status Evangelicos utramque perſonam non æque principaliter, ſed primariò perſonam ſecularem, minus principaliter vero Eccleſiaſticam hanc ob cauſam ſuſtinere aſſerit, quia Jurisdictionem Eccleſiaſticam non proprio jure, uti ſecularem, ſed conceſſione Imperatoris, vigore Transactionis Paſſavienſis, habent; Num id tamen ſanctionibus Imperii congruum ſit, quam maxime dubitamus. Hæc ſiquidem Jurisdictio Eccleſiaſtica cum jure territorii ita coaluit, ut Domini territoriales æque principaliter utriusque exercitium ſibi vindicare queant, hocque reſpectu *Mauritius Landgrav. Haſſiæ* apud *Hortleder.* aſſeruit: Die Freyheit in der Religions-Sache ſey der Stände höchſtes Regal/ teſte *Vitriar. cit. tit. 19. §. 29.*
17 Hæc de Effectu generali, cui omnino jungenda ſunt *Remedia* pro aſſerendis Juribus Epiſcopalibus competentia. Verſantur vero illa vel circa *Jura Epiſcopalia acquirenda*, vel circa *acquiſita conſervanda*, retinenda ac tuenda. Priora ex modis, quibus Jura Epiſcopalia alioquin conſtituuntur, Collatione ſcil. muneris Epiſcopalis, Privilegio Superioris concedentis, Præſcriptione, Conſuetudine, de quibus conferatur *Barboſ. de Off. & Poteſt. Epiſcop. part. 3. alleg. 127. n. 1. & ſeq.* aliisque in Eccleſiis Evangelicis ſuperadditis modis peculiaribus, de quibus omnibus ex *huj. Tract. c. 5. per tot.* prolixius conſtat, promanant ac deſcendunt, inque jure, quod Proviſo de
18 Epiſcopatu acquiſitum eſt, fundantur. Et quidem, ſi collatio muneris Epiſcopalis fit per *Reſervationem* & proviſionem Papalem, nullum ante collationem Pontificis competere poſſe jus, ipſa proviſionis natura indicat, quippe quæ ſola ab Ejusdem gratia dependet. Idem aſſerendum de caſu *Poſtulationis*, antequam à Superiore fuerit admiſſa. Eſt enim Poſtulatio de gratia, adeoque nullum jus tribuit poſtulato, antequam præſentata fuerit Pontifici, aut alteri Superiori, qui habet jus admittendi, ut oſtenditur *in c. Poſtulationem. 5. X. de Poſtulat. Prælat.* ubi vid. *Anton. Dadin.*
19 *Alteſerr. in Decret. Innoc. in med.* Quapropter etiam Poſtulatio re integra, antequam præſentata fuerit Pontifici, revocari poteſt, quippe quæ tota, qualis qualis eſt, ex gratia Superioris dependet, qui eam vel confirmare vel rejicere poteſt. Ea quidem ſemel præſentata Superiori, poſtulantes amplius recedere nequeunt,

ut proditum eſt *in c. bona memoria. 4. X. eod.* ubi cum *mult. alleg.* vid. *Gonzal. Tellez. n. 9. ac Laymann. Quæſt. Canon. de Prælat. Eccleſ. Elect. c. 1. q. 6.* ne illudatur & evertatur Superioris auctoritas, & videatur ejus judicium ex varietate poſtulantium dependere, præcipue cum per præſentationem voluntatem ſuam ſatis demonſtraverint, ut eam poſtea mutare nequeant, perinde ut ceſſio dignitatis vel beneficii poteſt quidem revocari re integra, id eſt, antequam ceſſio facta fuerit in manus collatoris, ſed, ceſſione ſemel facta, revocatio locum amplius non habet, cum illuſio & variatio in perſonis Eccleſiaſticis maxime ſit vitanda, per *Clem. un. de Renunc.* vid. *Alteſerr. & Gonz. Tellez. cit. loc. Barboſ. ad dict. c. poſtulationem. 5. X. de Poſtulat. n. 5. Panorm. ac Innoc. poſt eosque*
Wagnereck. ad c. bona memoria. 4. X. eod. Attamen poſtulato ne 20
quidem poſt hanc præſentationem ullum jus acquiritur, ſed poſt ſolam admiſſionem à ſuperiore factam, quo caſu etiam Proviſus dicitur, modo poſtulatio fuerit ſolennis; non ſolennis enim nihil aliud poſtulato tribuit, quam quod per eam cenſeatur reddi-
tus habilis, ut eligi poſſit. *Barboſ. ad dict. c. 5. n. 2. & 3.* Qua- 21
re electione peracta idem adipiſcitur jus, quod electo alioquin tribuitur. Et quidem, *electione* interveniente, electus ante omnia intra tempus à jure præfinitum electioni conſentire debet, per quem conſenſum electi & eligentium conjugium ſpirituale inter Eccleſiam & electum contrahitur, quod vinculum per confirmationem efficitur ratum, quia non amplius permiſſum eſt electo renunciare ſine Superioris conſenſu, *c. inter. 2. X. de Tranſlat. Epiſcop.* per conſecrationem vero conſummari dicitur *in c. ult. X. eod.* ubi de ſpirituali hoc fœdere, quod inter Epiſcopum & Eccleſiam pangitur, hoc prædicatur, quod in *electione initiatum, in confirmatione ratum*, & in *conſecratione conſummatum* intelligatur. Sic ergo effectum, quem electio producit, ſecundum analogiam ſeu comparationem cum matrimonio Jus Canonicum conſiderat, quam comparationem uberius evolvit
Hoſtienſ. in Summ. de tranſlat. Epiſcop. num. 5. Quamobrem Epiſco- 22
pus confirmatus verus Eccleſiæ Paſtor conſtituitur, ut omnia ea exercere poſſit, quæ ſunt Juriſdictionis, videlicet judicare, punire, cenſuras ferre, & ab iiſdem abſolvere, juriſdictionem delegare, gratias & privilegia concedere, beneficia Eccleſiaſtica confer-

conferre, inveſtire, præſentatos inſtituere, electos confirmare; Plenitudinem verò Epiſcopalis officii, ut etiam ea exercere poſſit, quæ quovis modo Ordini Epiſcopali annexa ſunt, videlicet Clericos ordinare, baptizatos confirmare, ſacrum chriſma, vaſa, altaria, Eccleſias, Virgines conſecrare, Clericos degradare, non niſi per conſecrationem aſſequitur. vid. *Laymann. Quæſt. Canon. de Prælator. Eccleſ. Elect. c. 15. quæſt. 167.* Unde conſtat, quod proviſis, poſtulatis & electis Epiſcopis alia poſt confirmationem, alia verò poſt conſecrationem tribuatur poteſtas, prout etiam *ex cap. anteced. num. 14. & ſeq.* liquet, idque certa ratione etiam de cæteris modis, quibus Jura Epiſcopalia acquiruntur, prædicari

23 poteſt. Sed quænam pro obtinendis Juribus Epiſcopalibus ex hiſce acquirendi modis indeque quæſita poteſtate competant, ac dentur remedia, adeò liquidum non eſt. In præſcriptione equidem quaſi poſſeſſio efficit, ut hac disquiſitione haud opus habeamus, cum manutentio, ſeu mandatum de manutenendo concedatur cuilibet pro tuenda poſſeſſione tum rerum corporalium, tum etiam incorporalium & Jurium, adeoque non deneganda ſit Epiſcopo conſtituto in quaſi poſſeſſione exercitii jurisdictionis Epiſco-

24 palis. *Ludov. Poſt. de Manut. obſerv. 10. num. 1. & num. 17.* Cæteroquin ſicut ad conſtituenda alia jura atque ad perſequendum id, quod lex conventionis præ ſe fert, contra obligatum datur actio perſonalis, per *l. 25. ff. de Obl. & Act.* quæ actio quoque deſcendit ex contractu feudali & Inveſtitura, ut loquuntur, abuſiva, cum juxta veriorem Feudiſtarum ſententiam obligationem ſaltem, ſicque non Jus in re, ſed ad rem producat, teſte *Matth. de Afflict. ad c. 1. de nov. form. fidel. verſ. inveſtitura n. 2. Roſenthal. de Feud. c. 6. concl. 6. n. 7. ibid. alleg.* Ita quoque ad hanc analogiam actio perſonalis eis deneganda non eſt, quibus Jura Epiſcopalia ex variis iſtis acquirendi modis debentur, ſed, ubi illis alio peculiari remedio proſpectum haud eſſe legimus, ut tandem vel ad implorationem officii Superioris, vel etiam ad condictionem ex canone recurramus, neceſſarium erit, quippe quæ toties competit, quoties Jure Canonico obligatio eſt vel introducta, vel etiam ad actionem producendam confirmata, nec tamen genus actionis additum reperitur. vid. *Hahn. in Comment. ad Weſenbec. de Condict. ex L. n.*

25 *5. & Lauterbach. in tract. Pandect. ſynopt. eod. tit. th. ult.* Eſt tamen circa

circa hoc remedium, temperamenti loco, omnino diſtinguendum inter concedentem, qui Superiorem non recognoſcit, & inter alium in poteſtate Superioris conſtitutum. Contra priorem ſicut nulla plane actio, ita quoque nec hoc remedium competere poteſt. Eſt enim hoc Majeſtatis connexum, quod certo modo Legibus, adeoque vinculo LL. & remedio juris ſoluta ſit. Vid. latius *Reinking. de R. Sec. & Eccl. lib. 1. claſſ. 3. c. 12. n. 1. & ſeq.* nec non paſſim, atque *Tob. Pauermeiſt. de Juriſdict. lib. 1. c. 6. n. 8. & ſeq. per tot.* unde quoque in cauſa propria judicare & cognoſcere poteſt, ut docet *Bald. ad l. un. C. ne quis in ſua cauſ. jud. n. 2. in fin.* quem laudat ac ſequitur *Chriſtin. vol. 2. dec. Belg. 152. n. 3.* Quam- 26
vis in dubio ejusmodi Superior, cum ſit animata lex, per *Nov. 105. c. 2. in fin.* ac Juris cuſtos, per *l. fin. C. de LL.* Jure communi potius, quam plenitudine poteſtatis uti præſumatur. *l. 43. pr. ff. de Vulg. & pup. ſubſt. & l. 4. C. de LL. Hartm. Piſtor. lib. 2. q. 29. num. 21. & ſeq.* atque *Reinbing. cit. c. 12. n. 59. & ſeq. ibique alleg. Bald. Sixtin. & alii*, quæ ratio eſt, quod moribus Galliæ invaluerit, ut nunquam Reges Gallorum ſibi jus dicant in cauſa propria, ſed totum quicquid eſt judicibus committant, teſte *Chriſtin. cit. deciſ. 152. num. 2.* Idem ergo ex hypotheſi regiminis Eccleſiaſtici Catholicorum Pontifici incumberet, ut ad minimum Concilio ſe ſubmitteret. Verum articulum fidei eſſe credunt, Papam non poſſe 27
obligari, imo ne ſe ipſum quidem obligatione poſſe conſtringere, & qui contra ſentiat, hæreſeos teneri. vid. *Petr. Suav. Polan. in Hiſtor. Concil. Trident. paſſim.* Quam ob rem id quod Papa probat, aut reprobat, omnes probare ac reprobare, ejusque autoritati omnes, ſicque etiam Eccleſiarum Prælati parere tenentur, per *c. ego. 4. X. de Jurejurand. & clem. 1. eod. Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Reform. c. 2.* unde quoque ſibi ipſi jus dicere poteſt, per *c. 1. de Immun. Eccleſ. in 6to.* ac à nemine judicandus eſt, per *c. ſi Papa. 6. diſt. 40.* vid. plura, quæ hanc in rem cum *Gloſſa. Felin. Tuſch.* & aliis accumulavit *Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 2. n. 67. & ſeq.* Sed miſera hæc eſt Chriſtianorum ſub ſede Apoſtolica conditio, quod Papam ἀνυπεύθυνον eſſe credere oporteat, & ſana impium eſt, quod in *cit. c. 6. c. nemo. 13. c. 9. q. 3. & Gloſſ. ad jus Canon. paſſim*, regulæ inſtar cavetur: Nemini licere Papæ dicere: *Domine cur ita facis?* Meliori ſane ratione *Joh. Gerſon*, Theologus Pariſienſis, de-

Digitized by Google

cretum Concilii Conſtantienſis, quo cavetur, ut Pontifex conci-
lio ſubſit, dignum eſſe dixit, quod templis omnibus, ac locis pu-
blicis ad ſempiternam memoriam inſcribatur, referente *Sleidan.*
lib. 1. Comm. Plura huc pertinentia vid. apud *Ziegler. ad Lancel. lib.*
28 *1. Inſt. Jur. Canon. tit. 5. §. ult. in verb. Judicari non poterit.* Contra
alios vero, qui Superiori ſubſunt, vel imploratio Superioris, vel
etiam Condictio ex Canone inſtitui, imo nonnunquam Devolu-
tionis remedium adhiberi poteſt. Non ſolum enim propter in-
dignum electum, aut formam electionis non ſervatam, ſed &
quam maxime ob negligentiam circa poteſtatem conferendi Ec-
cleſiaſtica Beneficia commiſſam, poteſtas providendi ab ordinario
Collatore ad alium, hac devolutionis via, transfertur, & quidem
ſecundum canonicas diſpoſitiones regulariter gradatim de infe-
riore ad proximum, donec proveniatur ad Papam, ut tradunt
Dd. in c. poſtulatis. pen. X. de Conceſſ. Præb. Panormit. in c. 2. X. eod.
29 *n. 7. Nic. Garcia de Benef. p. 10. c. 3. in pr.* Hinc ſi Prælatus Epiſco-
po inferior habeat jus conferendi beneficia Eccleſiaſtica, eo ne-
gligente, poteſtas iſta devolvitur ad Epiſcopum, tanquam pro-
ximè ſuperiorem, per *c. nulla. 2. X. de Conceſſ. Præbend.* Simili mo-
do propter negligentiam Capituli Cathedralis Eccleſiæ in bene-
ficiis, quæ ſeparatim ab Epiſcopo conferre poteſt, collatio fit ad
Epiſcopum, tanquam immediate ſuperiorem; Si vero Epiſcopus
negligat intra debitum tempus conferre beneficia, ad ſuam col-
lationem ſeparatim a Capitulo ſpectantia, tunc collatio devolvi-
tur ad ipſum Capitulum, *juxta d. c. 2. X. de Conceſſ. Præb. Nicol.*
Garc. cit. p. 10. c. 3. n. 33. & ſeq. Ubi vero collatio pertinet ad Epi-
ſcopum & Capitulum ſimul, devolutio fit ad proxime ſuperiorem,
30 nempe Archiepiſcopum, *per dict. cap.* Quare ſi jus conferendi
pertineat ſimul ad Epiſcopum & Capitulum, qui proviſionem di-
viſerunt per *turnos*, ſi capitulum in ſuo turno non confert, in-
tra tempus à Jure ſtatutum, devolutio non fit ad Epiſcopum, qui
eſt collator cum Capitulo, ſed ad Superiorem, quia diviſio non
tollit aut mutat Jus devolutionis ad proxime Superiorem. *Garc.*
cit. c. 3. n. 35. ubi *n. 36.* idem eſſe dicit in negligentia Canonici,
cui in turno Capituli ex ipſius commiſſione proviſio competit.
31 *Turni* verbo alioquin Scriptores, cumque iis *Car. du Freſne in Gloſſ.*
hoc verb. vicem Vice Comitis, id eſt, duo tempora in anno, qui-

bus

bus ille *letam* univerſi Comitatus tenebat, indicare, prætereaque extendere ſolent ad præſtationem, quæ Vice Comiti, turnum tenenti, ſolvebatur pro exemtione & immunitate eundi ad turnum, *Car. du Freſne cit. loc.* Sed in Jure Canonico alternativæ proviſiones, electionos & præſentationes Turni nomen merentur, quas multis in Eccleſiis Gallicanis obtinuiſſe, teſtis eſt *Gloſſ. ad c. fin. de Prebend. in 6.* Sic ſimultanea concordia collationem per turnos in multis Eccleſiis ita diviſam eſſe, ut una vice provideat Epiſcopus & altera Capitulum, docet *Garc. de Benef. p. 5. c. 1. n. 234.* qui de hac materia Turnorum in Collationibus poſt *Gonzal. & Farinac.* videri poteſt. Add. *Ziegler. ad Lancel. lib. 1. Inſtit. Jur. Can. tit. 28. §. 12. ac Dn. Stryck. ad Brunnem. Jus Eccleſ. lib. 2. c. 8. §. 18.* Quod ſi Epiſcopus fuerit exemtus, & Romano Pontifici immediate ſubjectus, illo negligente poteſtatem conferendi non ad Capitulum, ſed ad ſolum Romanum Pontificem devolvi, reſolvunt 32
Panormit. ad d. c. 2. n. 7. & 8. it. Garc. d. c. 3. num. 3. Quin imo hodie, cum electos Epiſcopos non confirmet Archiepiſcopus, ſed Pontifex, devolutionem ad eum potius fieri, teſtatur *Laymann. Quæſt. Canon. de Pralat. Eccleſ. c. 9. q. 98. & ſeq.* Denique licentia ab Epiſcopo illis in actibus, quibus conſenſus, vel ob autoritatem, vel ad colligendam ejus voluntatem requiritur, juſte petita, & per negligentiam non præſtita, ut obtineatur, per modum ſimplicis querelæ ad alium, quam ipſum Romanum Pontificem, recurri haud poſſe, tradit cum allegatis *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 126. num. 31.* quo in loco perinde, ut *Garc. d. p. 10. c. 3. per tot.* hanc devolutionis materiam prolixius declarat. Ad Jura Epiſcopalia jam acquiſita tuenda & conſer- 33
vanda varia conducunt *Remedia* non ſolum *extrajudicialia*, ſed etiam *judicialia.* Ad priora ſpectant (1) *defenſiones moderatæ* ob aggreſſionem injuſtam perinde, ut in Superioritate territoriali, permiſſæ. Hinc axioma illud prodiit: Quilibet propria autoritate ſibi in ſuo territorio conſulere poteſt. Vid. *Refer. ap. Gylm. tom. 4. Symphor. p. 1. vot. 14. n. 354.* (2) *Jus reſiſtendi* turbatoribus horum jurium, modo in terminis tuitionis & reſiſtentiæ ſubſiſtat. *Mev. p. 5. dec. 307.* Deniq; (3) *Pignorationes*, quæ, etſi Jure æq; Civili per *Nov. 52. c. 1.* ac Canonico per *c. un. de Injur. in 6.* prohibitæ inveniantur, moribus tamen Germaniæ invaluerunt, ita quidem, ut pro conſervanda

Digitized by Google

libertate, jurisdictione aliisque juribus tuendis ad avertendas turbationes licite ac frequenter adhibeantur, modo ſuis non de-
34 ſtituantur cautelis, de quibus vid. *Mev. p. 1. dec. 34.* *Judicialia* rurſus tum *poſſeſſoria*, tum *petitoria* ſunt. Ad *poſſeſſoria* primò referri meretur interdictum utile retinendæ poſſeſſionis, *Uti* ſcil. *poſſidetis*, quo turbato in jure aliquo ſuccurritur, *Oldendorp. claſſ. 2. act. 4. n. 5.* adeoque non ſolum domino in quaſi poſſeſſione juriſdictionis, *Meichſner. tom. 3. dec. 33. n. 14.* ſed etiam Rectori Eccleſiæ in quaſi poſſeſſione rectoriæ turbato conceditur. *Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. 3. num. 126. & ſeq.* Hinc eſt, quod Epiſcopo ac Ordinario, ob fundatam Juris aſſiſtentiam, de qua antea, absque ulla alia quaſi poſſeſſionis probatione manutentio ejusque mandata decernenda ſint, ut ex variis juris Interpretibus
35 demonſtrat *Poſt. de Manuten. obſerv. 45. n. 7.* Deinde recuperandæ interdictum ſcil. *Unde vi* utile, quod datur dejectis de quaſi poſſeſſione alicujus juris vel jurisdictionis, *arg. l. 3. §. 15. ff. de vi & vi arm.* vid. *Oldendorp. cit. claſſ. 2. act. 10. n. 5. ibique alleg. Bar-*
36 *tol. & Monach. remed. recup. poſſeſſ. 1. n. 81. & ſeq.* Nec non *tertio*, quod inter alia remedia juris Canonici cumprimis eminet, hucque ob diſerta de Epiſcopis loquentia verba omnino applicari debet, remedium *can. Redintegranda. 3. c. 3. q. 1.* cujus ſumma hæc eſt: Non poſſe ad Synodum qualemcunque ſive provincialem, ſive generalem, vocari, neque judicio ullo convenire Epiſcopos, poſſeſſione ſua dejectos, antequam plene reſtituti fuerint. Non novum tamen ſubſidium hoc *in can.* adinventum; ſed idem jam antea jure Civili, quippe quod ipſam reſtitutionem ſpoliatorum plurimis remediis poſſeſſoribus procurare ſolet, quorum integrum catalogum recenſet *Althuſ. Dicæolog. lib. 3. c. 18. n. 11. & ſeq.* conſtitutum eſſe, per ſe liquidum & manifeſtum eſſe dicunt accuratiores JCti, ut adeò *Cujac. ad c. pen.* X. *de Reſtit. ſpoliat.* rectè aſſerat: Canonem hunc nihil novi inducere, ſed hoc tantum velle, quod etiam Jure Civili obtinet, ut, etſi interdictum unde vi ſit annale, rerum tamen vi ablatarum, quæ extant, ſit perpetua perſecutio,
37 per *l. pen. ϖ. de Interd. & l. 28. de Dol.* Hancq; doctrinam conſtitutio Innocent. III. in *c. ſæpe. 18.* X. *de Reſtit. ſpoliat.* ſat apertè comprobat. Quod ſi enim, uti quidem volunt Interpretes, tam late patuiſſet hujus Canonis interpretatio, ut adverſus quemcunque poſſeſſorem

rem quovis tempore actio permiſſa fuiſſet, valde levis & truffatoria, ut loquitur *Petr. Ferrar. in Prax. ſub form. libell. in cauſ. poſſeſ. gloſſ. 1. n. 8.* fuiſſet Innocentii proviſio, cum jam antea plenius ſubventum fuiſſet ſpoliatis per dictum canonem, integris fere ſeptem ſeculis antiquiorem: Nil ergo hic canon continet, quam meram translationem & applicationem theſeos ad hypotheſin, ac juris conſtituti ad factum, nihilque aliud proponit, niſi exemplum generalis de reſtitutione ſpoliatorum axiomatis, quatenus ſcil. Epiſcopi reſtitui debeant. Sed enim vero etſi hæc omnia 38
veriſſima ſint, haud diffitendum tamen eſt, Doctores communiter terminos hujus canonis transgredi, atque, præter Pontificis intentionem, ſubjectum, cui ex hoc remedio ſubveniri debet, tam amplum facere & extendere, ut ipſos etiam notiſſimos juris terminos excedant, prout ſolide demonſtravit *Dn. Ziegler. in Prælect. Academ. ad cit. can. Redintegranda. c. 2. per tot.* præprimis §. 6. *ac* 7. *&* *c.* 3. §. 2. *& ſeq.* Non ſolum ergo, ſecundum verba, ac genuinum ſive verum hujus canonis ſenſum, Epiſcopi ſpoliati & dejecti hoc gaudent beneficio, quod nec ad Synodum vocari, nec in judicio conveniri posſint, antequam plenarie reſtituantur; Sed etiam remedio hujus canonis ab Interpretibus ampliato & extenſo fruuntur. Hoc enim pro Eccleſia & Eccleſiaſticis viris, 39
nec non pro rebus Eccleſiaſticis principaliter adinventum eſſe, aſſerunt Dd. quamvis etiam laicis pro poſſeſſione rerum ſuarum recuperanda, ut loquitur *Caſſar. Caball. in Milleloq.* hanc in rem allegatus *à Ziegler. cit. c. 3.* §. 7. denegare noluerint, quo reſpectu remedium hujus canonis tam generale eſt, ut non ſolum in foro Eccleſiaſtico pro rebus Eccleſiaſticis, ſed etiam in ſeculari pro profanis inſtitui, &, tanquam utilius inter omnia poſſeſſoria, cum interdicto unde vi & ſimilibus concurrere posſit. vid. *Marant. de Ord. Judic. p. 4. diſt. 7. remed. 19. n. 58.* atque *Barboſ. ad cit. c. 3. n. 4. & ſeq.* Præter hæc remedia poſſeſſoria ex Conſtitutionibus Im- 40
perii præ cæteris ad Jura Epiſcopalia tuenda conducit remedium fractæ *Pacis religioſæ*, vigore cujus is, cui jura Epiſcopalia competunt, adverſus alium diverſæ religionis, à quo contra conſtitutionem Pacis religioſæ quocunque modo læditur, ad hoc agit, ad quod alioquin contra pacifragum Pac. profanæ agi poteſt, ſcil. non ſolum ad pœnas fractæ Pacis publicæ, banni ſcil. Imperialis & alias

Digitized by Google

alias; ſed etiam ad pœnas juris communis, tandemque ad reſtitutionem ablatorum, & refuſionem damni illati, nec non inhibitionem de non amplius turbando aut moleſtando, de quibus omnibus conferri meretur tum *Blum. in Proc. Camer. tit. 29. n. 76. & mult. ſeq.* tum etiam formula ſupplicationis, pro citatione auf den Religions-Frieden ac mandato, apud *Dn. de Uffenbach. in Tract. de Conſil. Cæſar. Imper. aul. c. 10. ſect. 2. ſubſect. 1.* cujus petitum hunc in modum conceptum eſſe reperimus: Hierum ſo iſt und gelangt ſolchem nach an Euer Käyſerliche Majeſtät Anwalts allerunterthänigſte Bitte/ die geruhen meinen Principalen wider höchſtbeſagte Ihro Fürſtl. Durchl. citationem ad videndum ſe declarari in pœnas violatæ Pacis Religionis, und weil vorberührte meine Principales Ihre Gerechtigkeit zu proſequiren/ und/ den von ihnen verordneten Pfarrherrn der Gebühr/ und wie ſie deſſen beſugt/ zu handhaben gäntzlich gemeinet/ aber ſich gleichwoln fernern Gewalts hoch zu beſorgen haben/zugleich Mandatum de non offendendo in gewöhnlicher beſtändiger Form/ und von wegen periculum in mora, allergnädigſt förderlichſt zu erkennen.

41 Circa perſonas tamen Eccleſiaſticas, ſi ex Conſtitutione *de Pac. Relig.* agant, id ſpeciale eſſe cernimus, quod quidem reſtitutionem damni illati perſequi, accuſationem vero ad pœnam banni inſtituere nequeant, quoniam eſt criminalis, pœnam ſanguinis, vitæ neciſque irrogans, quæ Clericis de Jure Canonico interdicta reperitur in textu notabili *c. Prælatis. 2. de Homic. in 6.* ubi vid. *Wagnereck. & Gail. lib. 1. de Pac. Publ. c. 8. n. 6.* Vice verſa, etſi hæc Pacis Religioſæ conſtitutio etiam Eccleſiaſticos obliget, quoniam tamen ratione perſonæ Papæ Romano ſubſunt, à Cæſare banniri nequeunt, ſed feudis ſolum aliisque juribus Imperii, quibus ex indultu Imperii fruuntur, à Cæſare privari conſueverint, quoniam eatenus Jurisdictioni Cæſareæ ſubjacent, ſicut & porro ad pœnas pecuniarias conveniri poſſunt, nec non ad reſtitutionem bonorum, modo bona ab Imperio recognoſcant, in quæ executio fieri poſſit; alioquin, ſi ſit peragenda executio in illorum corpus, delinquentes ad forum Eccleſiaſticum remittendi veniunt. *Gail. de Pac. Publ. lib. 1. c. 1. num. 12. & ſeq.* nec non *Blum. in Proc. Camer. tit. 29. n. 114. & ſeqq. item n. 184.* ubi tamen hoc ſolum in Eccleſiis Catholicis procedere cenſet; nam cum Papalis Jurisdictio quoad Evangelicos & Reformatos in genere

ſuſpenſa ſit, eorundem Eccleſiaſticis perſonis æque, ac laicis, Imperiale bannum à Cæſare infligi poſſe arbitratur. Aſt num ad 42
hoc, ut ob fractam Pacem religioſam agi poſſit, uterque litigantium Imperio ſemper immediate ſubjectus eſſe debeat? non levis eſt controverſia, in qua variantes Dd. ſententiæ reperiuntur. Affirmativam tuetur, adeoque ſubditum contra Pacem Religionis aliquid committentem, ante omnia coram ordinario judice conveniendum eſſe, docet *Rumelin. ad A. B. p. 3. diſſ. 6. coroll. 6.* ſecutus *Grav. ad Gail. lib. 1. concluſ. 2. n. 3. Mynſing. dec. 3. reſp. 4. in fin. Pruckmann. vol. 2. conſil. 10. q. 2. Mindan. lib. 1. Proceſſ. c. 28. n. 4.* Sed contrarium, modo mediatus à ſuo magiſtratu propter religionem durius habeatur, majoribus votis in Camera concluſum eſſe, teſtantur *Gylmann. tom. 1. Symphor. p. 1. tit. 3. vot. 12. n. 23.* aliique *à Rumelin. cit. loc.* adducti Autores, quibus ſuffragantur *Juſt. Sinold. cognom. Schütz. in Colleg. Jur. Publ. vol. 2. Ex. 4. th. 17. lit. B.* atque *Blum. in Proc. Camer. tit. 28. num. 65.* qui hanc aſſertionem poſt *Pacif. Oſnabrug. ac Rec. Imper. de An. 1654.* §. Wir ſetzen und ordnen 193. haud controverſam eſſe cenſet. Sicut autem turbato 43
contra Pacem religioſam alia inſimul conceſſa legimus remedia, nempe ſupplicandi auf die Pfandung / Arreſt oder Land-Frieden / cum Religions-Friede / Land-Friede / Pfandung und Arreſt habeantur pro remediis concurrentibus, ut pro qualitate facti unum ex illis ſupplicans eligere poſſit. *Gylman. voc.* Religions-Frieden *§. in turbatus. & §. ita Mandata. Blum. in Proc. Camer. cit. tit. 28. n. ult.* Ita quoque concurrentia iſta ſat aperte indicat, & ea pariter competere poſſe quoad Jura Epiſcopalia, modo iſta adſint requiſita, quibus conſtitutio de Pace religioſa fundatur. Sic ex Conſtitutione Pignorationis reperiuntur præjudicia apud *Gylmann. cit. loc.* in cauſa, ubi collatio & inſtitutio Parochi fuit controverſa. In Mandatis porro ex conſtitutione Arreſtorum exempla obvia eſſe, docet *Gylmann. cit. loc.* quibus partes conqueſtæ ſunt, contra religionem ſe gravari, aut impediri tam in cenſibus & reditibus Eccleſiaſticis, quam in exercitio religionis. Nihil ergo obeſt, quod diſtinctæ hæ ſint conſtitutiones, cum certiſſimum ſit, unum idemque factum ad plures ſæpius conſtitutiones qualificatum eſſe, docente *Gylmann. cit. loc.* Hæc de *poſſeſſoriis remediis.* Ad *Pe-* 44
titoria, præter varias perſecutiones vis publicæ ac privatæ, circa

viola-

violationem & imminutionem jurium Epiſcopalium commiſſæ, *arg. §. 8. Inſt. de publ. judic. & l. 1. l. 3. l. 5. l. 7. ad L. Jul. de vi privat.* præcipue pertinent actiones reales utiles, ſcil. confeſſoriæ, ipſisque oppoſitæ negatoriæ. Poſtquam enim hæ actiones, ſervitutum cauſa primitus introductæ, ſuffragante Praxi Camerali, utiliter ad alia jura incorporalia applicari cœperunt, vid. *Cothmann. vol. 4. conſil. 1. n. 17. Rulant. de Commiſſ. p. 3. lib. 3. c. 18. n. 6.* ac *Oldendorp. de Act. claſſ. 3. act. 4. num. 3. verſ. denique,* nullum reſtare videmus dubium, cur non etiam ad jura Epiſcopalia aſſerenda & neganda transferri debeant, cum & inter realia jura, poſt *Alvar. Valaſc. de jur. Emphyteut. q. 17.* expreſſe referantur *à Manz. deciſ. Palatin. q. 21. n. 49.*

45 Reſtat, ut remediis hactenus enarratis nunc tandem ſubjiciamus, *quo* in *foro* inſtitui queant. Et quidem Jurisdictioni Eccleſiaſticæ, cujus originem & incrementa in antecedenti *cap. 11. huj. Tractat.* fuſius deduximus, ſua incunabula debet forum & judicium Eccleſiaſticum, in quo ex diſpoſitione Juris Canonici omnes cauſæ, vel à jure Epiſcopali dependentes, vel etiam jura Epiſcopalia concernentes, quam maxime ventilari debent. Proinde ſicut appellationes in cauſis Eccleſiaſticis & Collationes beneficiorum ob negligentiam Epiſcoporum per devolutiones, omiſſis intermediis judicibus Eccleſiaſticis, ad Curiam Romanam, ſecundum antea deducta, invaluerunt; Ita quoque controverſiæ circa Jura Epiſcopalia exortæ cognitioni Pontificis ſubjiciuntur, qui eas vel ſolus decidit, vel etiam cauſarum harum diſquiſitionem aliis committit. Epiſcoporum enim cauſas à Romano Pontifice, Sedeque Apoſtolica, & non ab alio finiendas, vel ab Apoſtolicæ Sedis conſtitutis judicibus cognoſcendas eſſe, ex *c. inquiſitiones. 16. de Hæret. in 6. & c. nullum. 3. c. 2. q. 4.* deducere, pariterque cauſas difficiliores & majores ad Sedem Apoſtolicam referendas eſſe, ex *c. omnis. 3. c. ad Romanam. 6. & c. ſeq. 7. c. ideo. 10. c. ſi quis Epiſcopus. 36. cauſ. 2. q. 6. c. 1. & c. multis. 5. diſt. 17. c. majores. 3. X. de Baptiſm.* aliisque textibus demonſtrare conatur *Barboſ. de Off. & Poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 112.* Facit huc, quod ait Gregorius Papa IV. *in c. præceptis. 2. diſt. 12.* non ſolum Pontificalem accuſationem, ſed etiam omnem ſanctæ religionis relationem ad Sedem Apoſtolicam, quaſi ad caput Eccleſiarum, debere referri, &

46 inde normam accipere, unde ſumſit exordium. Quapropter & cauſæ

cauſæ criminales, nec non graviores Epiſcoporum ab ipſo tantum
Romano Pontifice, ejusque Deputatis, Metropolitanis & Epiſco-
pis, ſpecialiter hanc ob cauſam, ut tamen ſententia Curiæ Roma-
næ reſervetur, conſtitutis; minores verò criminales cauſæ in Con-
cilio Provinciali, vel ab hujus Concilii deputatis, cognoſci & ter-
minari debent, per tradita *Concil. Trident. ſeſſ. 13. de Reform. c. 8.
& ſeſſ. 25. de Reform. c. 5.* ubi vid. *Barboſ. cum aliis, nec non de Offic. & Po-
teſt. Episcop. p. 3. alleg. 112. per tot.* quo in loco prolixius declarat,
ubinam Epiſcoporum cauſæ cognoſcendæ & definiendæ ſint. Con- 47
fer præter *Abb. Panormitan. ad cit. c. majores. 3. X. de Baptiſm. ibiq.
Gonz. Tellez. n. 1. Dn. de Uffenbach. cit. tract. 10. ſect. 2. ſubſect. 1.* qui
equidem per nonnullas rationes ex Legibus Imperii deductas
evincit, jurisdictionem non minus Aulicam quam Cameralem
in cauſis Eccleſiaſticis Imperii, tam principalibus, quam inciden-
tibus, fundatam eſſe, ſed poſtmodum ipſe confitetur: Wie un-
ſtrittig der Römiſchen Käyſerlichen Majeſtät die Cognitio in cauſis
Eccleſiaſticis zukomme/ ſo wäre doch durch Derſelben allzugütige Con-
nivenz Pontifex Maximus in poſſeſſione quoad cauſas ſcil. Eccle-
ſiaſticas Romano-Catholicas. Excipi tamen omnino merentur 48
caſus, quibus ob Jura Epiſcopalia actio Pac. Religioſæ locum habet;
His namque Judicem competentem eſſe Cameram Imperialem,
evincunt *Rec. Imp. de An. 1555.* §. Wir befehlen und gebieten auch. *32.*
& *Rec. Imp. de An. 1566.* §. Und nachdem dann. *8. verſ.* Wir wollen
auch/ ita tamen, ut in turbati libero arbitrio poſitum ſit, utrum
turbantem in Camera Imperiali, an coram ordinem Judice Eccle-
ſiaſtico convenire velit, perinde ut in cauſa fractæ Pacis publicæ,
per diſertam diſpoſitionem des Käyſerlichen Land-Friedens *de An.
1548. art.* Wie gegen *14.* §. Und ſoll einen jeden/ der den andern bekla-
gen/ und ihn das weiſen wolt/ vorbehalten ſeyn/ ſolches vor dem Käyſer-
lichen Cammer-Gericht/ oder andern ordentlichen Gerichten/ dahin ſol-
che Sachen gehören/ zu thun/ und fürzunehmen. Sed an & Jurisdi- 49
ctio Senatus Aulici in caſu hoc Pacifragii religioſi fundata ſit,
quæſtio eſt graviſſima, in utramque partem quondam égimus,
antequam Auguſt. Confeſſionis Aſſeſſores in Judicium Aulicum
recepti fuerunt. Affirmativam probarunt *Petr. Syring. de Pac. Re-
lig. th. 54. lit. B. Caſpar. Leipold. de Concurr. jurisd. qu. 19. apud Arum.
tom. 1. diſcurſ. 13. Tob. Pauermeiſt. de jurisdict. lib. 2. cap. 6. num. 56.*

Digitized by Google

& alii, cum non ſolum in genere, ubi Cameræ jurisdictio eſt fundata, Imperator cum ea concurrere poſſit, ſed etiam in ſpecie quoad cauſas fractæ Pacis publicæ per *Ordin. Camer. p. 2. tit. 9.* quæ Pax tamen cum Pace religioſa paribus procedat paſſibus. Hinc & Statuum Imperii exempla Imperatorem in cauſis religionis pro judice agnoſcentium, & quod Imperatores hanc poteſtatem ſibi expreſſe vindicaverint, cum reſcripto *Rudolphi II.* urgent, cujus verba vid. apud *Autorem* der Donawerthiſchen *Information part. 2. pag. 93. & ſeq.* Contrarium propugnarunt *Autor* der beſtändigen Information Facti & Juris wider die Donawerthiſche Relation. *Limn. lib. 9. Jur. Publ. c. 2. num. 127. & ſeq. Quirin. Kubach. apud Arum. vol. 4. diſcurſ. 35.* Referens in *Conſ. Civitat. Aquenſ. apud Lehmann. de Pac. Relig. lib. 3. c. 28. q. 2.* propterea quod Imperator quidem in cauſis religionis jurisdictionem fundatam habeat, neutiquam tamen de illis alibi, præterquam in Cameræ Imperialis judicio cognoſcere queat, ex reciproca cum Statibus Imperii ſancta fide confirmata conventione *Ordin. Camer. p. 3. tit. 54. ſive ult. in verbis:* Solches alles und jedes. Non enim Imperatori, ſed Senatui potius Aulico cognitionem harum cauſarum denegant, ita ut Camera vice ſacra Imperatoris judicet, cujus poteſtas ſemper illibata manet. Plura hanc in rem legi poſſunt apud *Autorem* der Donawerthiſchen *Relation part. 2. pag. 83.* Confer. *Juſt. Sinold. cognom. Schütz. vol. 2. Exerc. 4. th. 17. lit. B. & Myler. ad Rumelin. ad Aur. Bull. p. 3. diſſert. 6. coroll. 5.* qui teſtantur, hanc quæſtionem tam gravem ſemper viſam fuiſſe, ut à Cameralibus quoque *Anno 1582.* inter Cameræ dubia relata ac Imperatori & Statibus in Comitiis Imperii decidenda reſervata, tandemque in Comitiis Ratisbonenſibus An. 1613. inter Statuum Imperii Gravamina, Imperatori oblata, repetita fuerit.

50 At enim vero, quamvis nec in conſtitutione Pacis religioſæ, nec in aliis Receſſibus Imperii diſertis verbis diſpoſitum reperiatur, quod Judicium Aulicum cum Camera Imperiali in negotio religionis concurrat, id tamen propterea haud excludi poſſe cenſet *Schütz. cit. Exerc. 4. th. 17. lit. B. in fin.* provocans ad Pacem Pragenſ. §. Und behalten u. in verbis: Und behalten Ihre Käyſerliche Majeſtät für ſich / 2c. als Oberhaupt / ihr / auf den Fall der nicht Vergleichung oder weitern Strittigkeiten / die gebührende Hoheit und Jurisdiction / und die ſtrittige Fälle zwiſchen

denen Partheyen / ſo wol an Käyſerlichen Hof (doch mit Zuziehung etlicher Churfürſten und Ständen des Reichs Räthe / von gleicher Anzahl beeder der Catholiſchen Religion und Augſpurgiſchen Confeſsion Zugethanen / ꝛc.) als an Dero Käyſerlichen Kammer-Gericht allenthalben / nach vorhergehender genugſamen Verhör / ꝛc. in jeder Sache abſonderlich zu erörtern / ꝛc. Quinimo hoc dubium quodammodo compoſitum ac ſublatum videtur, poſtquam per *Inſtrum. Pac. Oſnabrug. art. 5. §. 20.* pro paritate judicantium Cæſaris voluntate etiam Aug. Confeſſ. Aſſeſſores in dicto judicio admiſſi ſunt. Vid. *Carol. Scharſchmid. ad Schütz. Colleg. Publ. in not. ad dict. Ex. 4. th. 17.* quæ ratio eſt, quod inter cauſas judicii Aulici, jurisdictioni Camerali communicatas, *Dn. Uffenbach. cit. c. 10. ſect. 2. ſubſect. 1. n. 2.* referat quoque cauſas fractæ Pacis religioſæ. Sic ergo hodie non ſolum quoad Catholicos, ſed etiam quoad Proteſtantes & Evangelicos, cum Camera Judicium Aulicum circa Jura Epiſcopalia in caſu Pacifragii religioſi fori competentia nititur. Sed ubinam 51
extra hunc caſum Pacifragii, ſi inter Proteſtantes controverſiæ de Juribus Epiſcopalibus exoriantur, remediis congruis agendum ſit, itidem haud definitum eſſe legimus. Equidem lis, quam hactenus Epiſcopi Catholici Aug. Conf. addictis moverunt, dum extra religionis materiam jurisdictionem Eccleſiaſticã contra illos haut ſuſpenſam eſſe, adeoq; plenarie exerceri poſſe crediderunt, jam tandem pragmatica Sanctione in *Inſtr. Pac. art. 5. §. Jus Diœceſanum. 16.* ſopita eſt, ut Epiſcopi Romano-Catholici nullius cauſæ, ſive religonem concernat, ſive non, dijudicationem ſibi aſſerere poſſint, prout in *cap. antec. 15. n. 89.* deduximus; Sed in eo omnis difficultas verſatur, quodnam ſuſpenſa hac jurisdictione Eccleſiaſtica in cauſis Eccleſiaſticis, adeoque jus Epiſcopale concernentibus, Status & Proceres Imperii Evangelicæ religionis ſortiantur forum; Sane Conſtitutio cujusdam Conſiſtorii Supremi & judicii Eccleſiaſtici, cujus neceſſitatem cordatiores quoque Catholici agnoſcunt. vid. *Schütz. in Manual. Pacif. de jurisd. Eccleſ. verſ. Verum ſi his &c.* ſi non omnium Supremațuum religionis Evangelicæ, ad minimum tamen Proteſtantium in Germania, omnes difficultates tollere & abolere, jam antea in *cap. præced. num. 93.* fuſius demonſtravimus; Sed dum foro hoc & Judicio ſupremo adhuc deſtituuntur Evangelici, ipſi litigantes ſibi proſpicere debent de controverſiis propter Jus Epiſcopale exortis coram Arbitris ac Commiſſariis e-

CAPUT ULTIMUM.

De Contrariis Juris Epiſcopalis, Ejusque à Jure Sacrorum Differentia.

Summaria.

1. Relative hactenus dicta repetuntur, præcipue quod diverſus *Jus Epiſcopale* exercendi modus in utroque, & Catholicorum & Proteſtantium foro, in varias ſe diffundat differentias, maxime circa cognitionem cauſarum Eccleſiaſticarum.
2. Quæ in terris Catholicorum laicis omnibus, adeoque etiam Regibus & Imperatori, eſt ademta.
3. Equidem Cura religionis & diſpoſitio circa Sacra regiminis Politici partem potiorem conſtituit.
4. Imperantibus tamen non ſolum in dubium vocata, ſed & plane ad Pontifices translata eſt, ipſis ſolum *Eccleſiæ Advocatia* relicta.
5. Nec non *Jure Primarium Precum.*
6. Extra quæ Imperatori, ne quidem in hæreditariis ſuis Provinciis, jus circa negotia Eccleſiaſtica diſponendi competit, multoque minus in cauſis Statuum Imperii Catholicorum.
7. Sed in Eccleſiis Proteſtantium cum exercitio Juris Epiſcopalis dijudicatio cauſarum Eccleſiaſticarum conſtituit annexum Superioritatibus territorialis.
8. Ita tamen, ut mediatis Imper. ſubditis, Landſaſſiis & Civitatibus Municipalibus nonnunquam competat.
9. Quandoque etiam Statuum Catholicorum Landſaſſiis, ac ſubditis Aug. Confeſſ. ſi ejusdem Conf. exercitium quacunque anni 1624. parte habuerint, tunc enim cum annexis retinere poſſunt, quæ recenſentur.
10. Ita quidem, ut hanc cognitionem cauſarum Eccleſiaſticarum per viros idoneos, juramenti vinculo ob id conſtrictos, inſtituant.
11. Hæc facultas tamen ad alios Catholicorum ſubditos extra Imperium, æque ac ad eos, qui exercitium A. C.

 dicto

Digitized by Google

dicto anno 1624. non habuerunt, extendi nequit.

11. Contraria Juris Epiſcopalis illud vel *reſtringunt* ſolum, vel etiam plane *tollunt*. Et quidem *reſtringunt* (1) *Exemtio* perſonarum & rerum, (2) *Conceſſio inferiori Prælato* facta.

13. Nec non (3) *Remiſſio Epiſcopi* cum conſenſu Capituli, qua tamen non obſtante Epiſcopi certa jura retinent.

14. Hujus reſtrictionis exempla, quæ in remiſſione, exemtione, & conceſſione inferioribus facta conſiſtunt, etiam in Jure Epiſcopali Proteſtantium occurrunt.

15. Porro (4) reſtringitur per *Suſpenſionem* Epiſcoporum ac Prælatorum, quæ tamen ſub generali ſtatuto aut ſententia ſuſpenſionis vel interdicti non continetur.

16. Nec etiam ultra verborum proprietatem extendenda eſt. Hinc ſuſpenſus à Pontificalibus poteſt alios actus exercere, quæ ſine illis peraguntur, adeoque etiam juriſdictionem forenſem.

17. Suſpenſus Epiſcopus ab actibus Ordinis inferioris nonnunquam quoque cenſetur ſuſpenſus ab actibus Ordinis majoris.

18. Nonnunquam vero non, ſi ſcil. actus iſti connexi non ſint, quod per exempla demonſtratur.

19. Ob gravius periculum, quod ſubeſt, Epiſcopi nec ſæpius, nec ſine prægnanti cauſa, ſuſpendi poſſunt, quod etiam ad Epiſcopos Aug. Conf. & multo magis ad Dominos territorii, qui Jus Epiſcopale exercent, extendendum eſt.

20. Notiones etiam Superintendentium, aliorumque Inſpectorum Eccleſiaſticarum, per ſuſpenſionem impediuntur.

21. Suſpenſus actus Eccleſiaſticos in omni loco exercere prohibetur.

22. Plane peculiaris & ab hac ſuſpenſione diſtans eſt ſuſpenſio Juris Diœceſani & Juriſdictionis Eccleſiaſticæ pontificiorum, in Pac. Relig. facta.

23. Jus Epiſcopale plane tollitur vel cum *Sede Epiſcopali*, vel, *ſalva ea*, in perſona Epiſcopi.

24. *Prius* ſe exſerit per *Interitum*, tum naturalem, tum civilem, ad quem pertinet etiam *Suppreſſio Epiſcopatuum*, & *Diſmembratio* Diœceſium.

25. Hac

25. Hac occaſione demonſtratur, quomodo iſta ſuppreſſio ac diſmembratio fiat.
26. Ad diſmembrationem eædem requiruntur ſolennitates, quæ in unione, nec non in alienatione rerum Eccleſiaſticarum neceſſariæ ſunt.
27. Quam maxime vero conſenſus Pontificis.
28. Sed in Imperio noſtro diſmembrationes Epiſcopatuum quoad ſubditos Proteſtantium, atque ſuppreſſiones Epiſcopatuum variorum, etiam contradicente Pontifice, ab Imperatore & Statibus Imperii factæ & confirmatæ ſunt.
29. *Poſterius* iterum vivo Epiſcopo contingit per *Renunciationem* tum *expreſſam*, tum *tacitam*.
30. *Expreſſa* debet fieri cum conſenſu Superioris, ſive Pontificis, atque ex juſta cauſa.
31. Cauſæ juſtæ renunciationis, etiam verſiculis incluſæ, enarrantur, hæque Epiſcoporum perſonis peculiares ſunt.
32. Contra Bullam Pii V. cæteri Clerici ex libera voluntate beneficiis ſuis renunciare poſſunt; perinde ut Pontifex Sedi Apoſtolicæ.
33. Harum cauſarum cognitio inſtituenda eſt, quod per ſingulas demonſtratur cauſas.
34. Ipſis adhuc aliam, ſi ſcil. aditus ad Eccleſiam ſine mortis periculo fieri nequeat, Canoniſtæ adjiciunt.
35. Fit hæc renunciatio vel pure, vel etiam ſub conditione.
36. Hodie præcipue in Germanorum Epiſcoporum perſonis rarior eſt renunciatio, ſed nonnunquam Coadjutores conſtituuntur, regulariter vero Vicarii generales.
37. Multoque minus in Epiſcopis Proteſtantium occurrit ob rationes adductas.
38. Quandoque tamen, ſicubi familiæ propagandæ neceſſitas eam ſuaſerit, admittitur, quod per exemplum comprobatur.
39. *Tacita renunciatio* colligitur ex variis modis.
40. Et quidem (1) ex ſuſceptione alterius *incompatibilis Dignitatis*.
41. Qua occaſione demonſtratur, quænam beneficia incompatibilia dicantur, eaumque exempla adjiciuntur.
42. Incompatibilitas iſta alia eſt ſimplex & abſoluta, alia reſpectiva.

43. Se-

43. Sedes ergo Epiſcopalis vacat per ſuſceptionem alterius incompatibilis dignitatis, niſi diſpenſatio Pontificis acceſſerit, vigore cujus variis quis ſæpius hodie præeſt Epiſcopatibus.

44. Canonicatus, qui non perpetuam totius anni requirunt reſidentiam, inter beneficia incompatibilia haud refert *Wagnereck.* modo illis poſſit ſatisfieri per menſes reſidentiæ ſingulis annis.

45. (2) Tacita renuntiatio inducitur per *Matrimonium.*

46. Etiamſi matrimonium de jure non valeat.

47. In Eccleſiis Evangelicis hæc tacita renunciationis cauſa ceſſat, ob rationes adductas.

48. Unde etiam ſaniores Canoniſtæ confitentur, non Jure Civ. ac Naturali, ſed Jure ſolum Eccleſiaſtico, perantiquo ſcil. cœlibatum ſacris Ordinibus cohærere.

49. Quare circa hoc Jus Eccleſiaſticum duæ reſolvuntur quæſtiones, quarum prior eſt: An in veteri Eccleſia Chriſtiana conjugati ad ſacerdotium fuerint promoti? Quod affirmatur per teſtimonia adducta.

50. Altera vero: An jam ordinatis & in ſacris Miniſteriis conſtitutis matrimonium contrahere permiſſum fuerit? Hæc intricatior eſt, propter diverſa loca ſibi invicem contrariantia, quæ à variis varie conciliantur.

51. Sine ullo canone ſola conſuetudine obtinuit, ut cœlibes ad ſacerdotium aſſumti poſtea matrimonium non contrahant, quod etiam in Epiſcopis receptum fuit, licet varia adſint Conjugatorum exempla.

52. Cœlibatus ob perſecutionum procellas & doctrinam *Pauli. 1. Cor.* 7. prævaluit.

53. Quæ doctrina tamen extra terminos ſuos, qui explicantur, extenſa fuit.

54. Ob extenſionem iſtam & periculoſum Eccleſiæ Statum ad Cathedras Epiſcopales plerumque promoti fuerunt *ἄγαμοι*, accedente præprimis neceſſitatis opinione.

55. Concilium Neo-Cæſarienſe anſam dedit Concilio Nicæno, in quo Patribus conjugii uſum Clericis interdicentibus ſe oppoſuit *Paphnutius.*

56. Hiſtoria Paphnutii ab objectionibus liberatur ac defenditur.

57. Mo-

57. Monachis ad ſacerdotium promotis, Cœlibatus magis invaluit, præcipue poſtquam Siricii adhortationes pro præceptis habuit Innocentius I.

58. Tandem Concil. Agathenſe atque Jus Canonicum recentius omnibus Clericis majorum Ordinum matrimonium interdixit.

59. In tantum, ut levius delictum in ſacerdote eſſe credatur habere concubinas, quam uxorem legitimam; ſed ſatius eſſet, Clericis honeſtum permittere conjugium, quam fornicationibus & pollutionibus connivere.

60. Notabiliora hanc in rem allegantur loca ex *Abbat. Panormitan.* & *Polydor. Vergil.* Optima ergo ratione in Eccleſiis Proteſtantium matrimonium Clericis permittitur.

61. (3) Tacita Renunciatio fit per *Religionis ingreſſum.*

62. (4) Inducitur quoque per *mutationem Religionis*, vigore *Reſervati Eccleſiaſtici.*

63. Proteſtantes ſe huic Reſervato Eccleſiaſtico & clauſulæ Pacis Religionis acriter oppoſuerunt.

64. Sed in *Inſtr. Pac. Cæſ. Suec.* nil amplius, quam æqualitatem utrinque obſervandam, obtinuerunt, num è re Evangelicæ religionis, cuilibet facile patebit.

65. Multoque magis (5) tacita renunciatio ex *lapſu in Hæreſin* profluit, ubi quæritur, an beneficia hæreticorum Pontifici ſint reſervata, an vero Ordinarii Germaniæ conferre poſſint?

66. (6) Tacite fit renunciatio per *conſenſum* intra *legitimum tempus electioni non præſtitum*, ac neglectam petitionem *confirmationis* intra tres menſes.

67. Tacita quoque renunciatio inducitur (7) per varia *delicta* ab Epiſcopis & Prælatis commiſſa.

68. (8) *Per translationem Epiſcopi* ad aliam Eccleſiam, quæ translatio tamen hodie rarior eſt, per antea dicta.

69. Extra renunciationem admittitur quoque Jus Epiſcopale per *depoſitionem, degradationem, & excommunicationem* Epiſcopi.

70. Hinc agitur de numero duodecim Epiſcoporum, à quibus alioquin cauſæ Epiſcoporum terminari debebant, nec non de numero ſeptuaginta duorum teſtium,

Yyy quem

quem non reperit Concilium Trident. atque etiam abſolutionem Epiſcoporum Pontifici tribuit.

71. Quæritur: An hæc depoſitio Pontifici tributa etiam habeat locum in Statibus Eccleſiaſticis Imperii noſtri? Sane, quod perſonæ hæ Eccleſiaſticæ ſuper fracta Salva Guardia in foro Cæſareo conveniri poſſint, defendit *Mager. de Advoc. arm.*

72. Inferiores Eccleſiaſticæ perſonæ quidem coram Judicio Eccleſiaſtico conveniuntur, ſed contra Status Imperii Eccleſiaſticos fundatur quoque jurisdictio Cæſaris ratione bonorum feudalium & regalium, quæ ab Imperio habent.

73. Solus ergo Pontifex depoſitionem Epiſcoporum Germanorum peragere nequit, niſi & Epiſcopi Regalibus & bonis feudalibus ab Imperio & Imperatore legitime priventur.

74. Hoc tamen ſpeciale eſt, quod Status Imperii Eccleſiaſtici non pœna Banni, ſed privatione ſolum Regalium puniatur.

75. Quod aliter ſe habere videtur in Statibus Eccleſiaſticis Evangelicis.

76. Neque tamen privatio Regalium aut pœna banni locum habet absque conſenſu Electorum, ubi de quæſtione: Num Imperator absque conſenſu Conſtatuum Statum Imperii banno notare poſſit?

77. In *Inſtrum. Pac. art. 8.* cautum eſt, ut in Comitiis de modo & ordine declarandi Statum Imperii in bannum ſtatuatur, idque repetitum in *Capitul. noviſſ. Joſephi.*

78. Nec etiam Cameræ poteſtas proſcribendi Statum absque conſenſu Electorum competere poteſt, ut contra *Limn.* demonſtrat *Uffenbach.*

79. Ex his declaratur locus *Cap. antec. n. 46. & ſeqq.* de foro Epiſcoporum in cauſis Criminalibus, quod illud ſortiantur non ſolum coram Pontifice, ſed etiam certo reſpectu coram Imperatore.

80. Salva tandem Sede Epiſcopali finitur per *Obitum Epiſcopi.* Unde in *Inſtrum. Pac. Caſ.* cautum reperitur, ut electi ad dignitates Eccleſiaſticas ſpondeant, ſe illas hæreditario jure haud poſſeſſuros.

81. Non tamen ante corpus Epiſcopi

ſcopi humatum ejusq; depoſitionis diem tertium ſucceſſoris electio regulariter fieri poteſt.

82. Præterea, Sede vacante, adminiſtratio Juris Epiſcopalis ad Capitulum pertinet, quod defunctum Epiſcopum repræſentat, Oeconomos atque Officiales ſive Vicarios conſtituit, aut conſtitutos confirmat.

83. Obſtantia *ex c. 1. & c. 2. de* ... *ne ſed. vac. aliq. innov.* reſolvuntur.

84. Surrogato ſucceſſore adminiſtratio ad novum devolvitur Epiſcopum, qui ab officialibus, Sede vacante conſtitutis, rationem adminiſtrationis exigit, atque in Eccleſiæ jus ſuccedit.

85. Unde ſe offert disquiſitio: In quantum ſucceſſor Eccleſiaſticus ex obligatione defuncti adſtringatur, circa quam quoad *debita civilia* intereſt, an propter neceſſitatem propriam, an propter necesſitatem & utilitatem Eccleſiæ ſe obligaverit.

86. Subjicitur, quatenus ſucceſſor locationi ab anteceſſore Epiſcopo factæ ſtare teneatur.

87. Quoad *feudalia* diſtinguitur, an de bonis propriis Epiſcopus aliquid promiſerit, an de bonis Eccleſiæ. Priori caſu ſucceſſor obligatur, poſteriori verò, ſi bona ſunt titulata, promisſio & inveſtitura eſt invalida, ubi, quid nomine *Tituli* intelligatur.

88. Bona titulo vacua, adhibitis ſolennitatibus præſcriptis, poſſunt quidem dari ab Epiſcopo in feudum; & multo magis, ſi ſint infeudari ſolita; Inveſtituram tamen defuncti ſucceſſor haud adimplere cogitur.

89. Exceptis quibusdam caſibus, qui recenſentur.

90. & 91. Circa quorum ultimum dubia quædam ex Jure feudali proponuntur ac removentur.

92. Peculiaris diſpoſitio quoad Archiepiſcopum Mediolanenſem ex *text. 2. F. 35.* additur.

93. Hac occaſione relative quoque agitur de obligatione ſucceſſorum in officiis Eccleſiaſticis quoad conſuetudinem hanc, ut ducant viduam & filiam defuncti, quam contra *Stephan. & Speckhan.* reprobat *Tabor.*

94. Ex contrariis his liquet, quando Sedes Epiſcopalis vacare dicatur.

 95. Quo-

Digitized by Google

95. Quomodo Superintendentium aliorumque Inſpectorum functiones in Eccleſiis Evangelicis finiantur, breviter additur.

96. Tandem ſubjiciuntur *differentiæ Juris Epiſcopalis à jure Sacrorum*, ſive circa Sacra, quæ cognoſci poſſunt ex *Subjecto, Objecto, & Modo exercendi.*

97. Quoad Subjectum *jus Epiſcopale* competit *Epiſcopis*; *Jus* vero *circa Sacra* Canoniſtæ *Pontifici* adſcribunt.

98. Ita ut ab ejus exercitio non tantum Epiſcopos, niſi ipſis unus vel alter actus fuerit commiſſus, ſed & Principes Seculares, imo Imperatorem excludant, ipſiq; non niſi Advocatiam Eccleſiæ & primarias preces relinquant.

90. Quæ duo Jura tamen ſunt reliquiæ priſtini juris Imperatorum circa ſacra.

100. Jus hoc ſupremæ in quavis Reipubl. competit Majeſtati, vel ſi non huic ſoli, toti tamen Eccleſiæ ex mente *Dn. Schilteri.*

101. Eccleſia conſtat triplici ſtatu, Politico, Eccleſiaſtico & Populari; ſingulis ſuæ in Eccleſia debentur partes.

102. Non immerito in terris Proteſtantium Statibus Evangelicis reſtitutum eſt hoc jus, qui nonnullas ejus partes etiam Landſaſſiis conceſſerunt.

103. Quoad *objectum* Jus Sacrorum duo fere complectitur membra, (1) ut *recte ſe habeat Eccleſia*, & (2) ut *contra hoſtes externos incolumis præſtetur ac defendatur*, quæ iterum in diverſa abeunt capita, ubi de duplici defenſorum differentia. Unde à jure Epiſcopali quam maxime in hoc objecto diſtat.

104. In *modo exercendi* ſuæ partes primo competunt Summæ Poteſtati, dehinc Clericis, tandemque etiam toti populo, ubi de *Presbyteris laicis.*

105. Circa hoc tamen à Proteſtantibus æque ac Catholicis peccari, hactenus Cordatiores obſervarunt.

106. In Eccleſiis Catholicorum *Pontifex* exercet Jura Sacrorum in Sede Apoſtolica, adhibito nonnunquam conſenſu Cardinalium.

107. In terris vero Proteſtantium Reges, nec non Status Imperii Evangelici, vel in ſecretioribus Conſiliis, vel in Conſiſtoriis ſupremis, vel etiam in aliis Tribunalibus,

bus, juxta peculiares cujuscunq; loci ordinationes tractant, ad quas B. L. actis Deo gratiis, remittitur.

V*Aria Juris Epiſcopalis* hactenus conſideravimus *Capita*, pa- 1
riterque cum *Ejusdem Effectu*, *Remediis*, ac *Fori competentia* *diverſum* vidimus *exercendi Modum*, alium juxta conſtitutiones Pontificum in Eccleſiis Romano-Catholicis introductum; alium vero, poſt reformationem religionis, in terris Proteſtantium receptum, atque ſanctionibus Imperii pragmaticis approbatum, qui in diverſas ſe diffundit differentias, hucusque ſatis abundeque deductas, maxime vero in eas, quæ conſtitutionem Conſiſtoriorum & dijudicationem cauſarum Eccleſiaſticarum concernunt. Hæc namque facultas, perinde ut poteſtas de ſpiritualibus 2
diſponendi, in terris Catholicorum laicis omnibus, & quidem in tantum per canones ademta eſt, ut ne quidem Imperatori & Regibus permittatur, per *cap. tua. 25.* X. *de Decim.* ubi Pontifex Innoc. III. reſcribit: *Imperialem conceſſionem, quantumvis generalem, neminem à ſolutione decimarum eximere*, cum laicis nulla ſit de ſpiritualibus concedendi vel diſponendi facultas, quippe quos obſequendi manet neceſſitas, non imperandi facultas, per *c. benè. 1. diſt. 96.* Hinc porro Eugenius in Synodo Romana decrevit atque prohibuit, ne laici Eccleſiaſtica negotia tractarent, neve Epiſcopi aliique Prælati de illis ex laicorum judicio diſponerent, juxta *c. decernimus. 2.* X. *de judic.* ubi vid. *Panormit. Innoc. Felin. Vivian. in Ration. Jur. Pontif. Cujac.* nec non *Barboſ. in Collectan. n. 1. Ant. Dadin. Alteſerr. ad cit. c. 25.* X. *de Decim.* ibique *Wagnereck. in not.* quorſum ſpectat, quod *Petr. Heig. ap. Klock. vol. 1. conſ. 51. n. 331.* ex *Joh. Andr. in c. quod alicui. 66. de R. J. in 6.* tradit, ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, non habenti ordinem de Jure Canonico committi haud poſſe, quemadmodum nec ea, quæ ſunt jurisdictionis, aut adminiculo Ordinis exercentur. Certiſſimum equidem 3
eſt, Curam religionis ac diſpoſitionem circa Sacra partem Regiminis politici potiorem conſtituere, atque non ſolum in populo Judaico penes Moſen, aliosque antiſtites populi Judaici & Reges, ſed & poſtea penes Imperatores Chriſtianos absque ulla controverſia extitiſſe, prout jam antea in *Cap. I. hujus Tract.* ex *Grot. de Imp. Summ. Poteſt. circ. ſacr. Marc. Anton. de Dom. de Republ. Eccleſ.*

Digitized by Google

Conring. de Majeſt. Civ. auctor. circ. ſacr. Tabor. de Regim. Imper. Eccleſ. aliisque demonſtravimus, atque ulterius deducunt *Anton. Faber. de Relig. regend. lib. 1. cap. 3.* nec non *cap. 6. & ſeq.* ubi vid. *Dn. Fritſch. in not. & addit. Brunnem. lib. 1. Jur. Eccleſ. c. 2. §. 1. & ſeq.* atque *Schweder. Introd. in jus publ. part. ſpec. ſect. 1. cap. 5. §. 1. ſeqq.*
4 Diffiteri tamen haud poſſumus, hanc Imperantium poteſtatem à Pontificibus poſtmodum in dubium vocatam, tandemque Sedi Romanæ & ab ejus nutu dependentibus Epiſcopis, excluſo Magiſtratu Politico ita aſſertam eſſe, ut Principibus ſecularibus nil, niſi (1) quædam Eccleſiæ protectio & Advocatio, relicta fuerit,
5 (vigore cujus Imperator ſupremus Eccleſiæ defenſor & Advocatus eſſe dicitur non ſolum in *cap. Venerabilem. 34.* ✠. *de Elect. & Elect. poteſt.* ſed & *in Rec. Imp. de Anno 1512.* §. Und nachdem. *4. in R. I. de A.* 1541. §. Aber Churfürſten. 19. *& in R. I. de A.* 1548 §. Damit dann. *6.* nec non *in Capitul. Caſ.* ut & *noviſſ. Joſeph. art. 1.* in verbis: Und den Stuhl zu Rom/ auch Päbſtl. Heiligk. und Chriſtl. Kirchen/ als derſelben Advocat/ ꝛc. Vid. *Limn. ad Capit. Car. V. art. 1.* in verb. Die Kirche/ als derſelben Advocat/ *num. 1. & ſeqq. Petr. Heig. apud Klock. vol. 1. Conſ. 51. n. 101.* atque *Mager. de Advoc. armat. paſſ.* præcipue *c. 5. n. 142. & ſeq.*) atque extra iſtam (2) Jus quoddam primariarum Precum, der Panis-Brieffe/ (de quarum denominatione vid. *Burgoldenſ. in Not. rer. Imp. p. 2. diſc. 11. membr. 2.*) quod Imperatori ex antiquo competiit, & adhuc hodie ex communi Ddrum ſententia, quam comprobat *Diploma Rudolphi I. apud Goldaſt. tom. 3. Conſtit. Imper.* tribuitur, cujusque vigore Imperator jus nominandi bene meritam vel aliam idoneam perſonam ad beneficium Eccleſiaſticum primum vacaturum habet, dummodo, decedente Aug. Confeſſioni addicto, in ejus religionis Epiſcopatibus Aug. Confeſſioni addictus ad normam Statutorum precibus fruatur, juxta *Inſtr. Pac. Caſ. Suec. art. 5. §. 5. Quæ duo jura veluti tabulæ ex naufragio juris Sacrorum antiqui ſunt,* ut loquitur *Burgoldenſ. cit.*
6 *diſcurſ. membr. 2. §. 4.* Extra ea ipſi Imperatori, ne quidem in hæreditariis ſuis provinciis inter ſui territorii ſubditos Juriſdictionem Eccleſiaſticam exercere, de negotiis Eccleſiaſticis disponere, aut de cauſis matrimonialibus cognoſcere permittitur, ut adeo multo minus circa cauſas Statuum Imperii Eccleſiaſticas eandem habere vel ſibi aſſerere queat, utut de jure ſatis abundeque fundatam habeat

beat intentionem, quod præ cæteris *Uffenbach. in Tract. de Conſil, Cæſar, Aul. c. 10. ſect. 2. ſubſect. 1. n. 1. ſub fin.* ſat abunde comprobavit *in verbis jam antea cap. ſcil. præcedenti n. 47. allegatis.* Sed enimvero 7
in Eccleſiis Proteſtantium res plane aliter ſe habet, atque ad primordia ſua quodammodo redacta eſt, ita quidem, ut, cum exercitio Juris Epiſcopalis, dijudicatio cauſarum Eccleſiaſticarum non ſolum annexum Superioritatis territorialis conſtituat, ſed nonnunquam etiam mediatis Imperii ſubditis haud denegari poſſit. Etſi enim poſt ſuſpenſionem juris Diœceſani & jurisdictionis Eccleſiaſticæ Pontificiorum in *Pac. Relig. per R. I. de A.* 1555. §. Damit auch. *20. & Inſtr. Pac. Cæſ. Suec. art. 5. §. Jus Diœceſanum. 16.* factam, Principibus atque Statibus Imperii Proteſtantibus, adeoq; etiam Civitatibus Imperii liberis, *Knipſchild. de Civit. Imper. jur. lib. 2. c. 3. n. 178.* Jus Epiſcopale ac Conſiſtorii (de cujus jurisdictione, an ſit ordinaria, illa, quæ *in Cap. 5. huj. Tract. n. 80.* propoſita inveniuntur, *ex ſubſeq. Cap. 15. n. 104. ſeqq.* ſuppleri & declarari debent) vigore Juris territorialis competat, huicque regulariter cohæreat, adeo ut *Myler. ab* Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imp. c. 86.* Jus Epiſcopale unà cum Eccleſiaſticorum actuum cognitione penes territorii Dominos, tanquam fiduciarios poſſeſſores, usque ad amicabilem religionis compoſitionem reſidere dicat; Nihilominus tamen eorundem con- 8
ceſſione tum expreſſa, tum tacita per præſcriptionem inducta, Landſaſſiis atq; Civitatibus municipalibus id ipſum non ſolum ſubinde permiſſum eſt: Quin & inſuper, pragmatica Imperii ſan- 9
ctione, Catholicorum Imperii Statuum Landſaſſiis, vaſallis, & ſubditis Auguſtanæ Confeſſionis aſſignatum eſſe conſpiciamus. Poſtquam enim, contra Pac. Religioſam, Epiſcopi Catholici Jus Diœceſanum in Imperio noſtro nimium extendere, atque Pacis hujus conſtitutionem in ambiguum ſenſum trahere conarentur, ut ex gravaminibus Principum & Statuum Imperii A. C. Osnabrugæ exhibitis liquet, Jus hoc Diœceſanum in *Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec. art. 5.* de novo ſuſpenſum, pariterque cautum eſt, ut & hi ſubditi, ſi Aug. Confeſſionis exercitium quacunq; anni 1624. parte habuerint, id una cum annexis retinere queant, quatenus annexa illa dicto anno vel exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poſſunt, per diſerta verba *cit. Inſtr. Pac. art. 5. §. Quantum. 12. verſ. hoc tamen non obſtante*, ubi conſtitutio Conſiſtoriorum, Kirchen-Rath und Ehe-

Gericht/

dicto anno 1624. non habuerunt, extendi nequit.

12. Contraria Juris Epiſcopalis illud vel *reſtringunt* ſolum, vel etiam plane *tollunt*. Et quidem *reſtringunt* (1) *Exemtio* perſonarum & rerum, (2) *Conceſſio inferiori Prælato* facta.

13. Nec non (3) *Remiſſio Epiſcopi* cum conſenſu Capituli, qua tamen non obſtante Epiſcopi certa jura retinent.

14. Hujus reſtrictionis exempla, quæ in remiſſione, exemtione, & conceſſione inferioribus facta conſiſtunt, etiam in Jure Epiſcopali Proteſtantium occurrunt.

15. Porro (4) reſtringitur per *Suſpenſionem* Epiſcoporum ac Prælatorum, quæ tamen ſub generali ſtatuto aut ſententia ſuſpenſionis vel interdicti non continetur.

16. Nec etiam ultra verborum proprietatem extendenda eſt. Hinc ſuſpenſus à Pontificalibus poteſt alios actus exercere, quæ ſine illis peraguntur, adeoque etiam jurisdictionem forenſem.

17. Suſpenſus Epiſcopus ab actibus Ordinis inferioris nonnunquam quoque cenſetur ſuſpenſus ab actibus Ordinis majoris.

18. Nonnunquam vero non, ſi ſcil. actus iſti connexi non ſint, quod per exempla demonſtratur.

19. Ob gravius periculum, quod ſubeſt, Epiſcopi nec ſæpius, nec ſine prægnanti cauſa, ſuſpendi poſſunt, quod etiam ad Epiſcopos Aug. Conf. & multo magis ad Dominos territorii, qui Jus Epiſcopale exercent, extendendum eſt.

20. Notiones etiam Superintendentium, aliorumque Inſpectorum Eccleſiaſticarum, per ſuſpenſionem impediuntur.

21. Suſpenſus actus Eccleſiaſticos in omni loco exercere prohibetur.

22. Plane peculiaris & ab hac ſuſpenſione diſtans eſt ſuſpenſio Juris Diœceſani & Jurisdictionis Eccleſiaſticæ pontificiorum, in Pac. Relig. facta.

23. Jus Epiſcopale plane tollitur vel cum *Sede Epiſcopali*, vel, *ſalva ea*, in perſona Epiſcopi.

24. *Prius* ſe exſerit per *Interitum*, tum naturalem, tum civilem, ad quem pertinet etiam *Suppreſſio Epiſcopatuum, & Diſmembratio* Diœceſium.

25. Hac

25. Hac occaſione demonſtratur, quomodo iſta ſuppreſſio ac dismembratio fiat.

26. Ad dismembrationem eædem requiruntur ſolennitates, quæ in unione, nec non in alienatione rerum Eccleſiaſticarum neceſſariæ ſunt.

27. Quam maxime vero conſenſus Pontificis.

28. Sed in Imperio noſtro dismembrationes Epiſcopatuum quoad ſubditos Proteſtantium, atque ſuppreſſiones Epiſcopatuum variorum, etiam contradicente Pontifice, ab Imperatore & Statibus Imperii factæ & confirmatæ ſunt.

29. *Poſterius* iterum vivo Epiſcopo contingit per *Renunciationem* tum *expreſſam*, tum *tacitam*.

30. *Expreſſa* debet fieri cum conſenſu Superioris, ſive Pontificis, atque ex juſta cauſa.

31. Cauſæ juſtæ renunciationis, etiam verſiculis incluſæ, enarrantur, hæque Epiſcoporum perſonis peculiares ſunt.

32. Contra Bullam Pii V. cæteri Clerici ex libera voluntate beneficiis ſuis renunciare poſſunt, perinde ut Pontifex Sedi Apoſtolicæ.

33. Harum cauſarum cognitio inſtituenda eſt, quod per ſingulas demonſtratur cauſas.

34. Ipſis adhuc aliam, ſi ſcil. aditus ad Eccleſiam ſine mortis periculo fieri nequeat, Canoniſtæ adjiciunt.

35. Fit hæc renunciatio vel pure, vel etiam ſub conditione.

36. Hodie præcipue in Germanorum Epiſcoporum perſonis rarior eſt renunciatio, ſed nonnunquam Coadjutores conſtituuntur, regulariter vero Vicarii generales.

37. Multoque minus in Epiſcopis Proteſtantium occurrit ob rationes adductas.

38. Quandoque tamen, ſicubi familiæ propagandæ neceſſitas eam ſuaſerit, admittitur, quod per exemplum comprobatur.

39. *Tacita renunciatio* colligitur ex variis modis.

40. Et quidem (1) ex ſuſceptione alterius *incompatibilis Dignitatis*.

41. Qua occaſione demonſtratur, quænam beneficia incompatibilia dicantur, earumque exempla adjiciuntur.

42. Incompatibilitas iſta alia eſt ſimplex & abſoluta, alia reſpectiva.

43. Se-

Digitized by Google

43. Sedes ergo Epiſcopalis vacat per ſuſceptionem alterius incompatibilis dignitatis, niſi diſpenſatio Pontificis acceſſerit, vigore cujus variis quis ſæpius hodie præeſt Epiſcopatibus.

44. Canonicatus, qui non perpetuam totius anni requirunt reſidentiam, inter beneficia incompatibilia haud refert *Wagnereck*. modo illis poſſit ſatisfieri per menſes reſidentiæ ſingulis annis.

45. (2) Tacita renuntiatio inducitur per *Matrimonium*.

46. Etiamſi matrimonium de jure non valeat.

47. In Eccleſiis Evangelicis hæc tacita renunciationis cauſa ceſſat, ob rationes adductas.

48. Unde etiam ſanioresCanoniſtæ confitentur, non Jure Civ. ac Naturali, ſed Jure ſolum Eccleſiaſtico, perantiquo ſcil. cœlibatum ſacris Ordinibus cohærere.

49. Quare circa hoc Jus Eccleſiaſticum duæ reſolvuntur quæſtiones, quarum prior eſt: An in veteri Eccleſia Chriſtiana conjugati ad ſacerdotium fuerint promoti? Quod affirmatur per teſtimonia adducta.

50. Altera vero: An jam ordinatis & in ſacris Miniſteriis conſtitutis matrimonium contrahere permiſſum fuerit? Hæc intricatior eſt, propter diverſa loca ſibi invicem contrariantia, quæ à variis varie conciliantur.

51. Sine ullo canone ſola conſuetudine obtinuit, ut cœlibes ad ſacerdotium aſſumti poſtea matrimonium non contrahant, quod etiam in Epiſcopis receptum fuit, licet varia adſint Conjugatorum exempla.

52. Cœlibatus ob perſecutionum procellas & doctrinam *Pauli. 1. Cor. 7.* prævaluit.

53. Quæ doctrina tamen extra terminos ſuos, qui explicantur, extenſa fuit.

54. Ob extenſionem iſtam & periculoſum Eccleſiæ Statum ad Cathedras Epiſcopales plerumque promoti fuerunt *ἄγαμοι*, accedente præprimis neceſſitatis opinione.

55. Concilium Neo-Cæſarienſe anſam dedit Concilio Nicæno, in quo Patribus conjugii uſum Clericis interdicentibus ſe oppoſuit *Paphnutius*.

56. Hiſtoria Paphnutii ab objectionibus liberatur ac defenditur.

57. Mo-

Digitized by Google

57. Monachis ad ſacerdotium promotis, Cœlibatus magis invaluit, præcipue poſtquam Siricii adhortationes pro præceptis habuit Innocentius I.

58. Tandem Concil. Agathenſe atque Jus Canonicum recentius omnibus Clericis majorum Ordinum matrimonium interdixit.

59. In tantum, ut levius delictum in ſacerdote eſſe credatur habere concubinas, quam uxorem legitimam; ſed ſatius eſſet, Clericis honeſtum permittere conjugium, quam fornicationibus & pollutionibus connivere.

60. Notabiliora hanc in rem allegantur loca ex *Abbat. Panormitan.* & *Polydor. Vergil.* Optima ergo ratione in Eccleſiis Proteſtantium matrimonium Clericis permittitur.

61. (3) Tacita Renunciatio fit per *Religionis ingreſſum.*

62. (4) Inducitur quoque per *mutationem Religionis*, vigore *Reſervati Eccleſiaſtici.*

63. Proteſtantes ſe huic Reſervato Eccleſiaſtico & clauſulæ Pacis Religionis acriter oppoſuerunt.

64. Sed in *Inſtr. Pac. Caſ. Suec.* nil amplius, quam æqualitatem utrinque obſervandam, obtinuerunt; num è re Evangelicæ religionis, cuilibet facile patebit.

65. Multoque magis (5) tacita renunciatio ex *lapſu in Hæreſin* profluit, ubi quæritur, an beneficia hæreticorum Pontifici ſint reſervata, an vero Ordinarii Germaniæ conferre poſſint?

66. (6) Tacite fit renunciatio per *conſenſum* intra *legitimum tempus electioni non præſtitum*, ac neglectam petitionem *confirmationis* intra tres menſes.

67. Tacita quoque renunciatio inducitur (7) per varia *delicta* ab Epiſcopis & Prælatis commiſſa.

68. (8) *Per translationem Epiſcopi* ad aliam Eccleſiam, quæ translatio tamen hodie rarior eſt, per antea dicta.

69. Extra renunciationem admittitur quoque Jus Epiſcopale per *depoſitionem, degradationem, & excommunicationem* Epiſcopi.

70. Hinc agitur de numero duodecim Epiſcoporum, à quibus alioquin cauſæ Epiſcoporum terminari debebant, nec non de numero ſeptuaginta duorum teſtium,

Digitized by Google

quem non repetit Concilium Trident. atque etiam abſolutionem Epiſcoporum Pontifici tribuit.

71. Quæritur: An hæc depoſitio Pontifici tributa etiam habeat locum in Statibus Eccleſiaſticis Imperii noſtri? Sane, quod perſonæ hæ Eccleſiaſticæ ſuper fracta Salva Guardia in foro Cæſareo conveniri poſſint, defendit *Mager. de Advoc. arm.*

72. Inferiores Eccleſiaſticæ perſonæ quidem coram Judicio Eccleſiaſtico conveniuntur, ſed contra Status Imperii Eccleſiaſticos fundatur quoque jurisdictio Cæſaris ratione bonorum feudalium & regalium, quæ ab Imperio habent.

73. Solus ergo Pontifex depoſitionem Epiſcoporum Germanorum peragere nequit, niſi & Epiſcopi Regalibus & bonis feudalibus ab Imperio & Imperatore legitime priventur.

74. Hoc tamen ſpeciale eſt, quod Status Imperii Eccleſiaſtici non pœna Banni, ſed privatione ſolum Regalium puniatur.

75. Quod aliter ſe habere videtur in Statibus Eccleſiaſticis Evangelicis.

76. Neque tamen privatio Regalium aut pœna banni locum habet absque conſenſu Electorum, ubi de quæſtione: Num Imperator absque conſenſu Conſtatuum Statum Imperii banno notare poſſit?

77. In *Inſtrum. Pac. art. 8.* cautum eſt, ut in Comitiis de modo & ordine declarandi Statum Imperii in bannum ſtatuatur, idque repetitum in *Capitul. noviſſ. Joſephi.*

78. Nec etiam Cameræ poteſtas proſcribendi Statum absque conſenſu Electorum competere poteſt, ut contra *Limn.* demonſtrat *Uffenbach.*

79. Ex his declaratur locus *Cap. antec. n. 46. & ſeqq.* de foro Epiſcoporum in cauſis Criminalibus, quod illud ſortiantur non ſolum coram Pontifice, ſed etiam certo reſpectu coram Imperatore.

80. Salva tandem Sede Epiſcopali finitur per *Obitum Epiſcopi.* Unde in *Inſtrum. Pac. Cæſ.* cautum reperitur, ut electi ad dignitates Eccleſiaſticas ſpondeant, ſe illas hæreditario jure haud poſſeſſuros.

81. Non tamen ante corpus Epiſcopi

ſcopi humatum ejusq; depoſitionis diem tertium ſucceſſoris electio regulariter fieri poteſt.

82. Præterea, Sede vacante, adminiſtratio Juris Epiſcopalis ad Capitulum pertinet, quod defunctum Epiſcopum repræſentat, Oeconomos atque Officiales ſive Vicarios conſtituit, aut conſtitutos confirmat.

83. Obſtantia *ex c. 1. & c. l.* ✕. *ne ſed. vac. aliq. innov.* reſolvuntur.

84. Surrogato ſucceſſore adminiſtratio ad novum devolvitur Epiſcopum, qui ab officialibus, Sede vacante conſtitutis, rationem adminiſtrationis exigit, atque in Eccleſiæ jus ſuccedit.

85. Unde ſe offert disquiſitio: In quantum ſucceſſor Eccleſiaſticus ex obligatione defuncti adſtringatur, circa quam quoad *debita civilia* intereſt, an propter neceſſitatem propriam, an propter neceſſitatem & utilitatem Eccleſiæ ſe obligaverit.

86. Subjicitur, quatenus ſucceſſor locationi ab anteceſſore Epiſcopo factæ ſtare teneatur.

87. Quoad *feudalia* diſtinguitur, an de bonis propriis Epiſcopus aliquid promiſerit, an de bonis Eccleſiæ. Priori caſu ſucceſſor obligatur, poſteriori verò, ſi bona ſunt titulata, promiſſio & inveſtitura eſt invalida, ubi, quid nomine *Tituli* intelligatur.

88. Bona titulo vacua, adhibitis ſolennitatibus præſcriptis, poſſunt quidem dari ab Epiſcopo in feudum, & multo magis, ſi ſint infeudari ſolita; Inveſtituram tamen defuncti ſucceſſor haud adimplere cogitur.

89. Exceptis quibusdam caſibus, qui recenſentur.

90. & 91. Circa quorum ultimum dubia quædam ex Jure feudali proponuntur ac removentur.

92. Peculiaris diſpoſitio quoad Archiepiſcopum Mediolanenſem ex *text. 2. F. 35.* additur.

93. Hac occaſione relative quoque agitur de obligatione ſucceſſorum in officiis Eccleſiaſticis quoad conſuetudinem hanc, ut ducant viduam & filiam defuncti, quam contra *Stephan. & Speckhan.* reprobat *Tabor.*

94. Ex contrariis his liquet, quando Sedes Epiſcopalis vacare dicatur.

Digitized by Google

95. Quomodo Superintendentium aliorumque Inſpectorum functiones in Eccleſiis Evangelicis finiantur, breviter additur.

96. Tandem ſubjiciuntur *differentiæ Juris Epiſcopalis à jure Sacrorum*, ſive circa Sacra, quæ cognoſci poſſunt ex *Subjecto, Objecto, & Modo exercendi.*

97. Quoad Subjectum *jus Epiſcopale* competit *Epiſcopis*; *Jus* vero *circa Sacra* Canoniſtæ *Pontifici* adſcribunt.

98. Ita ut ab ejus exercitio non tantum Epiſcopos, niſi ipſis unus vel alter actus fuerit commiſſus, ſed & Principes Seculares, imò Imperatorem excludant, ipſiq; non niſi Advocatiam Eccleſiæ & primarias preces relinquant.

99. Quæ duo Jura tamen ſunt reliquiæ priſtini juris Imperatorum circa ſacra.

100. Jus hoc ſupremæ in quavis Reipubl. competit Majeſtati, vel ſi non huic ſoli, toti tamen Eccleſiæ ex mente *Dn. Sibilteri.*

101. Eccleſia conſtat triplici ſtatu, Politico, Eccleſiaſtico & Populari, ſingulis ſuæ in Eccleſia debentur partes.

102. Non immeritò in terris Proteſtantium Statibus Evangelicis reſtitutum eſt hoc jus, qui nonnullas ejus partes etiam Landſaſſiis conceſſerunt.

103. Quoad *objectum* Jus Sacrorum duo fere complectitur membra, (1) ut *rectè ſe habeat Eccleſia*, & (2) ut *contra hoſtes externos incolumis præſtetur ac defendatur*, quæ iterum in diverſa abeunt capita, ubi de duplici defenſorum differentia. Unde à jure Epiſcopali quàm maximè in hoc objecto diſtat.

104. In *modo exercendi* ſuæ partes primò competunt Summæ Poteſtati, dehinc Clericis, tandemque etiam toti populo, ubi de *Presbyteris laicis.*

105. Circa hoc tamen à Proteſtantibus æque ac Catholicis peccari, hactenus Cordatiores obſervarunt.

106. In Eccleſiis Catholicorum *Pontifex* exercet Jura Sacrorum in Sede Apoſtolica, adhibito nonnunquam conſenſu Cardinalium.

107. In terris vero Proteſtantium Reges, nec non Status Imperii Evangelici, vel in ſecretioribus Conſiliis, vel in Conſiſtoriis ſupremis, vel etiam in aliis Tribunalibus,

bus, juxta peculiares cujuscunq; loci ordinationes tractant, ad quas B. L. actis Deo gratiis, remittitur.

V*Aria Juris Epiſcopalis* hactenus conſideravimus *Capita*, pa- 1
riterque cum *Ejusdem Effectu*, *Remediis*, ac *Fori competentia*
diverſum vidimus *exercendi Modum*, alium juxta conſtitu-
tiones Pontificum in Eccleſiis Romano-Catholicis introdu-
ctum; alium vero, poſt reformationem religionis, in terris Prote-
ſtantium receptum, atque ſanctionibus Imperii pragmaticis appro-
batum, qui in diverſas ſe diffundit differentias, hucusque ſatis ab-
undeque deductas, maxime vero in eas, quæ conſtitutionem Conſi-
ſtoriorum & dijudicationem cauſarum Eccleſiaſticarum concer-
nunt. Hæc namque facultas, perinde ut poteſtas de ſpiritualibus 2
diſponendi, in terris Catholicorum laicis omnibus, & quidem in
tantum per canones ademta eſt, ut ne quidem Imperatori & Regi-
bus permittatur, per *cap. tua. 25. X. de Decim.* ubi Pontifex Innoc.
III. reſcribit: *Imperialem conceſſionem, quantumvis generalem, nemi-
nem à ſolutione decimarum eximere*, cum laicis nulla ſit de ſpiritua-
libus concedendi vel diſponendi facultas, quippe quos obſequendi
manet neceſſitas, non imperandi facultas, per *c. benè. 1. diſt. 96.*
Hinc porro Eugenius in Synodo Romana decrevit atque prohi-
buit, ne laici Eccleſiaſtica negotia tractarent, neve Epiſcopi alii-
que Prælati de illis ex laicorum judicio diſponerent, juxta *c. de-
cernimus. 2. X. de judic.* ubi vid. *Panormit. Innoc. Felin. Vivian. in
Ration. Jur. Pontiſ. Cujac.* nec non *Barboſ. in Collectan. n. 1. Ant. Da-
din. Alteſerr. ad cit. c. 25. X. de Decim.* ibique *Wagnereck. in not.*
quorſum ſpectat, quod *Petr. Heig. ap. Klock. vol. 1. conſ. 51. n. 331.*
ex *Joh. Andr. in c. quod alicui. 66. de R. J. in 6.* tradit, ea, quæ ſunt
Ordinis Epiſcopalis, non habenti ordinem de Jure Canonico com-
mitti haud poſſe, quemadmodum nec ea, quæ ſunt jurisdictio-
nis, aut adminiculo Ordinis exercentur. Certiſſimum equidem 3
eſt: Curam religionis ac diſpoſitionem circa Sacra partem Regi-
minis politici potiorem conſtituere, atque non ſolum in populo
Judaico penes Moſen, aliosque antiſtites populi Judaici & Reges,
ſed & poſtea penes Imperatores Chriſtianos absque ulla contro-
verſia exſtitiſſe, prout jam antea in *Cap. I. hujus Tract.* ex *Grot. de
Imp. Summ. Poteſt. circ. ſacr. Marc. Anton. de Dom. de Republ. Ecclеſ.*

Digitized by Google

beat intentionem, quod præ cæteris *Uffenbach. in Tract. de Conſil, Cæſar. Aul. c. 10. ſect. 2. ſubſect. 1. n. 1. ſub fin.* ſat abunde comprobavit *in verbis jam antea cap. ſcil. præcedenti n. 47. allegatis.* Sed enimvero 7
in Eccleſiis Proteſtantium res plane aliter ſe habet, atque ad primordia ſua quodammodo redacta eſt, ita quidem, ut, cum exercitio Juris Epiſcopalis, dijudicatio cauſarum Eccleſiaſticarum non ſolum annexum Superioritatis territorialis conſtituat, ſed nonnunquam etiam mediatis Imperii ſubditis haud denegari poſſit. Etſi enim poſt ſuſpenſionem juris Diœceſani & jurisdictionis Eccleſiaſticæ Pontificiorum in *Pac. Relig. per R. I. de A.* 1555. §. Damit auch. *20. & Inſtr. Pac. Cæſ. Suec. art. 5. §. Jus Diœceſanum, 16.* factam, Principibus atque Statibus Imperii Proteſtantibus, adeoque etiam Civitatibus Imperii liberis, *Knipſchild. de Civit. Imper. jur. lib. 2. c. 3. n. 178.* Jus Epiſcopale ac Conſiſtorii (de cujus jurisdictione, an ſit ordinaria, illa, quæ *in Cap. 5. huj. Tract. n. 80.* propoſita inveniuntur, *ex ſubſeq. Cap. 15. n. 104. ſeqq.* ſuppleri & declarari debent) vigore Juris territorialis competat, huicque regulariter cohæreat, adeo ut *Myler. ab* Ehrenbach *de Princip. & Stat. Imp. c. 86.* Jus Epiſcopale unà cum Eccleſiaſticorum actuum cognitione penes territorii Dominos, tanquam fiduciarios poſſeſſores, usque ad amicabilem religionis compoſitionem reſidere dicat; Nihilominus tamen eorundem con- 8
ceſſione tum expreſſa, tum tacita per præſcriptionem inducta, Landſaſſiis atq; Civitatibus municipalibus id ipſum non ſolum ſubinde permiſſum eſt: Quin & inſuper, pragmatica Imperii ſan- 9
ctione, Catholicorum Imperii Statuum Landſaſſiis, vaſallis, & ſubditis Auguſtanæ Confeſſionis aſſignatum eſſe conſpiciamus. Poſtquam enim, contra Pac. Religioſam, Epiſcopi Catholici Jus Diœceſanum in Imperio noſtro nimium extendere, atque Pacis hujus conſtitutionem in ambiguum ſenſum trahere conarentur, ut ex gravaminibus Principum & Statuum Imperii A. C. Oſnabrugæ exhibitis liquet, Jus hoc Diœceſanum in *Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec. art. 5.* de novo ſuſpenſum, pariterque cautum eſt, ut & hi ſubditi, ſi Aug. Confeſſionis exercitium quacunq; anni 1624. parte habuerint, id una cum annexis retinere queant, quatenus annexa illa dicto anno vel exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poſſunt, per diſerta verba *cit. Inſtr. Pac. art. 5. §. Quantum, 12. verſ. hoc tamen non obſtante*, ubi conſtitutio Conſiſtoriorum, Kirchen-Rath und Ehe-

Gericht/

ſta, ſive etiam per præſcriptionem inducta. De Jure Canonico namque expeditum eſt, quod tam per privilegium, quam per præſcriptionem Jus Epiſcopale acquiri poſſit, per *c. de quarta. 4. c. Auditis. 15. c. Cum olim. 18. & c. penult.* ✕. *de Præſcript. c. Accedentibus. 12.* ✕. *de Exceſſ. Prælat. Conſ. huj. Tract. Cap. 5. num. 45. & 46.* Hucque pertinet, quod cum allegatis tradit *Balb. de Præſcript. p. 1. part. princ. 5. q. 11. in fin.* Archipresbyterum cum Capitulo Cathedralis Eccleſiæ poſſe præſcribere omnia Jura Epiſcopalia & jurisdictionem Epiſcopalem &c. *Heig. cit. conſ. 51. n. 239.* tum denique (3) ob *remiſſionem*, Epiſcopus quippe Eccleſiæ inferiori jura ſibi debita cum conſenſu Capituli & ex juſta cauſa remittere poteſt, quamvis moneant Doctores, Epiſcopum, quantumcunque generaliter eximat Eccleſiam, ſemper tamen retinere certa jura, veluti officio ſuo annexa, quæ recenſet *Panormit. ad c. 21.* ✕. *de Cenſib. n. 3.* ſcil. coërcitionem ſeu correctionem morum, viſitationem eam ob cauſam ſuſceptam, procurationem ideo debitam, Cathedraticum ſive Synodaticum, reverentiam ſive honorem ſibi debitum ab omnibus Prælatis & Clericis, ſubſidium Charitativum & inſtitutionem beneficiorum curatorum, quibus poſt *Concil. Tridentin. ſeſſ. 23. c. 15.* addi debet approbatio Confeſſariorum pro ſecularibus. Vid. *Barboſ. in Collect. ad d. c. 15. Concil. Trid. n. 23. atq; Wagnereck. ad c. 21.* ✕. *de Cenſ.* 13

14 Atque hujus reſtrictionis exempla etiam in Jure Epiſcopali Proteſtantibus competenti occurrunt, iterumque vel in exemtione, vel in remiſſione jurium ad poteſtatem Epiſcopalem ſpectantium, vel denique etiam in conceſſione expreſſa ac tacita Landſaſſiis facta conſpiciuntur, de quibus præ cæteris conferri meretur *Petr. Heig. ap. Klock. vol. 1. Conſ. 51. n. 39. & multis ſeqq.* qui fatetur, ex pactionibus cum civitatibus Magdeburgenſi, Luneburgenſi, Roſtochienſi & aliis apparere, quantum etiam ſubditis ipſimet Principes in electione Superintendentium, cauſarum Eccleſiaſticarum cognitione, viſitatione, aliiſque articulis conceſſerunt, tandemque *n. 244. & multis ſeqq.* prolixius & quidem per varias rationes deducit, quod Pax Religionis mediatos æque ac immediatos Imperii concernat, adeoque ſuſpenſio Jurisdictionis Eccleſiaſticæ in terris Proteſtantium facta non tollat exemtionem, aliave privilegia mediatis Imperii & civitatibus municipalibus circa exercitium

Juris Epiſcopalis jam antea conceſſa, quam in rem plura ſingularia & notatu digna accumulat, ad quorum perluſtrationem B. L. cum varia in hoc noſtro Tractatu propoſita loca egregie illu-
15 ſtrent, non immerito remittimus. Non ſolum vero modis hactenus relatis jus Epiſcopale reſtringitur, ſed & porro ad tempus ſuſpenditur per pœnam medicinalem ſuſpenſionis Canonicæ Epiſcopis aliisque Prælatis, qui Juribus Epiſcopalibus pollent, irrogatam. Eſt enim ſuſpenſio cenſura, per quam perſona Eccleſiaſtica poteſtate aut Jure Eccleſiaſtico uti impeditur, ex communi Ddrum ſententia, quam ſequitur *Azpilcuet. Navarr. c. 27. Manual. n. 151.* Quia tamen propter reverentiam officii Epiſcopalis & ſubditorum utilitatem periculoſum eſt, Epiſcopos aliosque Prælatos ſuperiores à functionibus Epiſcopalibus ſuſpendere; Idcirco hoc dignitati & officio eorundem datum eſt, ut ſub generali ſtatuto aut ſententia ſuſpenſionis vel interdicti non comprehendantur, nec illius conſtitutionis, ſententiæ aut mandati occaſione prædictam interdicti vel ſuſpenſionis ſententiam ipſo jure incurrant, niſi in ipſis Epiſcoporum expreſſa mentio facta fuerit, per *c. Quia periculoſum. 4. de ſent. Excomm. in 6.* ubi vidd. Dd. poſt eosque *Barboſ. n. 1. Gloſſ. ad d. c. 4.* ibique *Vivian. Wagnereck. ad c. 51. X. de ſent.*
16 *Excom. not. 2.* Præterea ſuſpenſio hæc, ſiquidem vel particularis ſolum, vel etiam totalis, ſed non ſimpliciter talis ſit, verum ſaltem ſecundum quid, & in certo genere officii, perinde ut alia pœna ſtricte accipienda, nec ultra verborum proprietatem extendenda eſt, & ideo Epiſcopus, vel alius ſuperior Prælatus, à certis actibus Juris Epiſcopalis ſuſpenſus, non cenſetur eſſe ſuſpenſus à reliquis actibus, quia ſuſpenſio eſt odioſa, quæ extra caſus in ſententia expreſſos extendi haud poteſt, *arg. c. odia. 15. de R. J. in 6.* Quamobrem ſuſpenſio ab ordine Epiſcopali tantum eos actus ordinis complectitur, qui Epiſcopo proprii ſunt, atque ſuſpenſio à Pontificalibus facta prohibet uſum inſignium Epiſcopalium, videlicet mitræ, baculi, &c. nec non per accidens & conſecutive omnia illa Epiſcopalia ſolennia officia, quæ ſine ejusmodi inſignibus exerceri haud poſſunt, interim tamen permiſſum eſt Epiſcopo ita ſuſpenſo miſſam ſine Pontificalibus celebrare, atque jurisdictionem forenſem exercere, ſicut rurſus ſuſpenſus à jurisdictione ordinis aut officii ſpiritualis actus exercere haud prohibetur,

betur, qui juriſdictionem non requirunt. *Vid. cum allegg. Layman, Theol. Moral. lib. 1. tract. 5. cap. 1. n. 3. & ſeqq.* Sed hac occaſione quæritur: Utrum ab ordine inferiori ſuſpenſus Epiſcopus, v. g. 17
ab officio ſacerdotis, poſſit exercere actus ordinis ſuperioris aliosque Epiſcopales? Negativam plerique tuentur Doctores, regulam hanc tradentes: Suſpenſum ab ordine inferiori cenſeri etiam ſuſpenſum à ſuperiori, ſed non vice verſa: Nam cui non licet, quod minus eſt, non debet licere, quod eſt majus & plus, *arg. l. 7. §. ult. ff. de Interd.* in verbis: *Eſt enim perquam ridiculum, eum, qui minoribus honoribus pœnæ cauſa probibitus eſt, ad majores adſpirare; majoribus tamen prohibitus minores petere non prohibetur.* Sed vero hanc regulam alii probabilius reſtringunt ad actus inter ſe connexos, ut procedat, ſi in exercitio ordinis ſuperioris continetur etiam exercitium ordinis inferioribus, à quo aliquis ſuſpenſus eſt. In 18
actibus vero non connexis iſtam haud admittunt, ita quidem, ut Epiſcopus ſuſpenſus à collatione ordinum minorum poſſit conferre ordines majores, quoniam horum collatio neceſſario connexa non eſt cum minoribus. Sic ergo permiſſum eſt, ex juſta cauſa prohibere alicui, quod minus eſt, non prohibito eo, quod pro majori habetur, præſertim ſi in uſu minoris & non majoris delictum ſit commiſſum. Simili ratione Epiſcopus ab officio confirmandi ſuſpenſus, non cenſetur eſſe ſuſpenſus ab officio conſecrandi & ordinandi, quamvis hæc majora ſint, quia pro connexis non habentur. Vid. *Laymann. Theol. Moral. c. 1. n. 6.* Sic ergo in hac ſuſpenſione ante omnia ejusdem tenor inſpiciendus eſt. Ob gravius 19
tamen, quod ſecundum antecedentia ſubeſt, periculum, & quoniam hoc facto multi onerantur, Epiſcopi nec ſæpius nec ſine prægnanti & neceſſaria cauſa in functionis Epiſcopalis officio impediri poſſunt. *Wagnereck. ad dict. c. 4. de ſent. Excomm. in 6.* quod itidem in Epiſcopis ac Prælatis Auguſt. Confeſſ. multoque magis in Proceribus Proteſtantibus Imperii, qui Jus Epiſcopale exercent, locum habet. His namq; illud, prout ſubinde deduximus, vigore Superioritatis territorialis competit, adeoq; ex aliis cauſis ſuſpendi nequit, quam illis, ob quas Superioritatis hujus interdictum alioquin fieri poteſt, ad quas Doctores abuſum quoque referunt. Nimia namque Domini territorialis crudelitas & ſævitia in Landſaſſios, nec non denegata adminiſtratio juſtitiæ, inſolitarum ope-

Digitized by Google

rarum injuſta exactio; dum eos ultra debitum modum colle-
ctant, & ſub umbra officii emungunt, efficiunt, ut ſubditi ad Su-
periorem recurrere, ejusque auxilium hunc in finem implorare,
poſſint, ut Dominos territorii per mandata ſine clauſula, ne ſub-
ditos plus æquo gravent, coërceat, atque, ſi parere recuſent, ſuſ-
penſione, aut nonnunquam totali jurisdictionis privatione pu-
niat. Vid. *Thom. Michaël. de jurisdict. concl. 135. lit. D. Mynſing. cent.*
5. Obſ. 8. Gail. lib. 1. Obſ. 17. n. 2. & ſeqq. atq; Juſt. Sinold. cognom. Schütz.
20 *vol. 1. Ex. 6. th. 30.* Notiones autem Superintendentium, aliorum-
que Inſpectorum Eccleſiarum Evangelicarum perinde, ut fun-
ctiones aliorum Clericorum, per ſuſpenſionem ab officio pro qua-
litate criminum impediri poſſunt. Vid. *Theodor. Reinking. de R. S.*
& Eccl. lib. 3. claſſ. 2. c. 2. n. 16. Finckelthuſ. de jur. Patronat. c. 4. n. 21.
atq; Carpz. lib. 3. jurispr. Eccl. def. 114. n. 2. & ſeqq. ita quidem, ut
tempore ſuſpenſionis peracto, iterum reviviſcant atque reſtitutio
ad officium, quandoque prævia deprecatione publica, quando-
que interveniente admonitione, peragatur, *Carpz. cit. lib. 3. def. Eccl.*
117. n. 2. & 10. ac ſeqq. Quod ſi tamen ſuſpenſio ſit facta ob cri-
minis alicujus inculpationem, eam plerumque depoſitio aut de-
gradatio excipit, niſi ita ſuſpenſi innocentiam ſuam probaverint.
21 *Carpzov. d. l. def. 115.* Interim ſuſpenſus ab officio, ordine aut ju-
risdictione actus illos Eccleſiaſticos in omni loco exercere prohi-
betur, ut notant *Gloſſ. Abbas & alii in c. Paſtoralis. 53. § verum. X.*
de Appell. Cum enim hæc cenſura perſonam immediate afficiat,
eam quoque extra territorium ferentis comitatur. *Laymann. Theol.*
22 *Moral. lib. 3. tract. 5. p. 3. c. 1. in fin.* Et hæc de ſuſpenſione Juris Epi-
ſcopalis. Quam maxime vero plane ſingularis, ab hac ſuſpen-
ſione multis modis diſtans, ac perpetua potius, quam tempora-
lis, nec perſonarum duntaxat, ſed & ipſius inſuper poteſtatis Ec-
cleſiaſticæ eſt, quæ quoad Imperii Statuum Catholicorum ſubdi-
tos, qui Aug. Confeſſionis exercitium quacunque anni 1624. par-
te, ſive certo pacto aut privilegio, ſive longo uſu, ſive ſola de-
nique obſervantia cum annexis antea propoſitis habuerunt, nec
non in genere, quoad omnes omnino Proteſtantes, in *Inſtrum. Pac.*
Cæſar. Suec. cit. art. 5. §. 12. verſ. hoc non obſtante, atq; §. Jus Diœce-
ſanum. 16. facta eſt, ita quidem, ut Jus Diœceſanum & tota Juris-
dictio Eccleſiaſtica Epiſcoporum Pontificiorum cum omnibus ſuis
ſpe-

ſpeciebus, prout ſubinde monuimus, contra Auguſtanæ Confeſſionis Status (comprehenſa libera Imperii Nobilitate) eorumque ſubditos tam inter Catholicos, quam inter ipſos Auguſtanæ Confeſſioni addictos usque ad compoſitionem Chriſtianam diſſidii religionis ſuſpenſa eſſe; & intra terminos territorii cujusque ſe continere, nec amplius ad territoria Proteſtantium, contra quos ſuſpenſa ſunt, prætextu ſcil. diœceſium ſpecialium, quas Epiſcopi alioquin in terris Imperii ſeu territoriis Dominorum temporalium aſſignatas habuerunt, (de quibus diœceſibus ſpecialibus poſt *Stephan. lib. 1. Inſt. jur. Can. c. 7. n. 10. & ſeqq. Gebhard. Barboſ.* & alios videri poſſunt ea, quæ in *Cap. 6. hujus Tract. n. 12. & ſeqq.* proponuntur) extendi debeant. Non immerito tamen eandem plane ſingularem eſſe diximus. Plus ſiquidem & quidem tale involvit factum, quod inſimul Jurisdictionem Eccleſiaſticam totumque jus Epiſcopale ad Status Imperii Proteſtantes transfert, atque in effectu abrogationem Jurisdictionis Eccleſiaſticæ Epiſcoporum Catholicorum in Eccleſiis Evangelicis continet, prout *in Cap. 15. huj. Tract. n. 70. & multis ſeqq.* pleniſſime evincimus. Hæc de reſtrictione & ſuſpenſione juris Epiſcopalis. Reſtat *Amiſſio*, cujus modi iterum *duplicis* ſunt *generis*; Quidam enim reſpiciunt 23
ipſam Sedem Epiſcopalem, ita ut cum ea Jus Epiſcopale plane pereat, quidam vero, *ſalva Sede*, tantummodo in *perſona Jus Epiſcopale exercente* contingunt. Prius fit per diœceſium & cathedræ Epiſco- 24
palis *interitum* tum *naturalem*, terræ motibus, inundationibus aliisque caſibus fortuitis obvenientem. Eſt enim jus in corpore, quo ſublato idem perire neceſſum eſt, *arg. pr. J. de Uſufr.* tum etiam *civilem*, vel per *occupationem* infidelium, vel etiam per *ſuppreſſionem* Epiſcopatuum & *dismembrationem* diœceſium peractum. Contingit autem *ſuppreſſio* Epiſcopatus, quoties extinguitur at- 25
que alteri ſubjicitur, quod factum fuiſſe in Eccleſia Caſſinenſi docet *Proſper. Fagnan. ad c. Nullus. 3. X. de Paroch. n. 18. & ſeqq.* *Dismembratio* vero, quando Sedes Apoſtolica ſeparat certum diſtrictum à diœceſi quadam, eumque vel adjicit alteri Epiſcopatui, vel in eo conſtituit inferiorem Prælatum, cum jurisdictione quaſi Epiſcopali, excluſo priori Epiſcopo, quo poſteriori tamen caſu unius juris Epiſcopalis corruptio ac interitus eſt alterius generatio ac conſtitutio, modo hæc ſuppreſſio ac dismembratio Epiſco-

Digitized by Google

patuum ex juſta cauſa autoritate Papæ peragatur. *Fagnan. c. l.* Cæteroquin de ſuppreſſione & dismembratione præbendarum, dignitatum ac beneficiorum Eccleſiaſticorum uberius videri poterit cum allegatis *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 67. n. 3. & paſſim*, ubi cum *Nicol. Garſ. de Benef. p. 12. c. 1. n. 2. & ſeqq.* demonſtrat, quod ſuppreſſionem illam beneficiorum ex cauſa poſſit peragere Epiſcopus cum conſenſu Capituli, *juxta Tridentin. Synod. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 15.* quia tamen Concilium non utitur verbo: Ordinariorum, quod latius patet, ſed Epiſcoporum ſolum, inde porro colligit, facultatem hanc Epiſcopis tantum, non aliis, convenire; proinde Prælatos ſeculares, jurisdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, beneficia etiam in caſibus, in quibus Epiſcopis hæc licentia data eſt, ſupprimere non poſſe, reſolvit cum *Garſ. d. l. c. 2. n. 75. & ſeqq. atq; in Collectan. ad Concil. Trident. cit. cap. 15.* iterum

26 repetit. Ad hanc ipſam tamen dismembrationem ſeu diminutionem beneficiorum, in Concilio Turonenſi juxta *c. Majoribus. 8. X. de Præb.* prohibitam, ſed poſtmodum *in c. ad Audientiam 3. X. de Eccleſ. ædif.* ex cauſa permiſſam, eædem cauſæ & ſolennitates requiruntur, quæ alioquin in unione, nec non in alienatione rerum Eccleſiaſticarum neceſſariæ ſunt. *Barboſ. cit. alleg. 67. atque Rot. apud Farinac. dec. 633. n. 2.* quibus denique *in c. un. Extravag. Commun. de reb. Eccleſ. non alien.* adjicitur conſenſus Pontificis, ſine quo nulla alienatio aut conceſſio bonorum Eccleſiaſticorum ullius roboris aut momenti eſſe dicitur. Quamvis enim hæc Extravagans paſſim uſu haud recepta reperiatur, maxime quoad pœnas. *Azpilcuet. Navarr. in Man. c. 27. n. 149. Covarr. lib. 2. var. reſol. c. 16. n. 6. Wagnereck. ad d. Extravag. verb. inconſulto Romano Pontifice &c.* nec etiam conſenſus Pontificis in rebus exigui momenti aut illis caſibus requiratur, ubi de facili adiri & conſuli Pontifex haud poteſt, vel ubi alienationem eſſe neceſſariam, vel in mora periculum ſubeſſe conſtat, in caſu v. g. alimoniæ pauperum, urgentis famis, aut alterius neceſſitatis. *Vallenſ. ad tit. X. de reb. Eccleſ. non alien.*

27 *Barboſ. lib. 2. jur. Eccl. c. 30.* Quam maxime tamen in hac noſtra ſuppreſſione & dismembratione Epiſcopatuum, tanquam in cauſa magni & ardui momenti, locum habere videtur, præcipue cum multi Juris Can. Interpretes aſſerant, eum, qui ſe in non uſu vel non facta receptione dictæ Extravag. fundat, adſtrictum eſſe, ut

ut

ut hujus ſui aſſerti ac intentionis fundamentum probet. Vid. *A-
zor. p. 2. Inſt. Moral. lib. 9. c. 2. q. 1. Azpilc. Navarr. Man. c. 27. n. 149.
Molin. de J. & J. tr. 2. diſp. 466. n. 10.* Sed enimvero, quicquid et- 28
iam de hoc conſenſu Pontificis ſecundum Juris Can. principia di-
cendum ſit, certisſimum tamen eſt, in Imperio noſtro, poſt ſuſ-
penſam jurisdictionem Eccleſiaſticam Epiſcoporum Catholicorum,
non ſolum ab Imperatore & Statibus Imperii dismembrationem
Epiſcopatuum quoad ſubditos Proteſtantium, ſed etiam ſuppreſ-
ſionem variorum Epiſcopatuum in *Pace Religionis* probatam &
Inſtrum. Pac. rurſus confirmatam eſſe, invito plane & contradi-
cente Pontifice, cujus conatus atque bullas, quibus haſce Paci-
ficationes inque illis conventas ſuppresſiones annulare auſus fuit,
irritas reddiderunt *ſanctiones Imperii*, interque eas *R. I. de anno* 1654.
§. Und aber beym erſten Haupt-Punct. 4. atque *Capitulationes Impe-
ratorum noviſſimæ. Poſterius*, quod ſcil. ſalva Sede Epiſcopali in 29
perſona ſolum exercente Jus Epiſcopale tollatur ac finiatur, rur-
ſus variis contingit modis, qui vel *vivo Epiſcopo*, vel etiam per
ejusdem *mortem* ſe exſerunt. *Vivo Epiſcopo* Jus Epiſcopale potis-
ſimum per *Renunciationem* Epiſcopatus, ſive ſpontaneam ejusdem
dimisſionem ac reſignationem dignitatis Epiſcopalis, tum *expreſ-
ſam*, tum *tacitam*, amittitur. *Expreſſa* eſſe perhibetur, quæ fit 30
verbis expreſſis coram Superiore eam acceptante; proinde ut per
hanc renunciationem & reſignationem Epiſcopalis dignitas amit-
tatur, neceſſarium *primò* eſt, ut fiat cum Pontificis conſenſu, ob
vinculum ſiquidem ſpiritualis matrimonii Epiſcoporum reſigna-
tionem ſummus tantum Pontifex recipere poteſt. *Engel. ad tit.
X. de Renunt. n. 6.* & quidem *ſecundò*, ex legitima & gravi cauſa,
per c. Ad ſupplicationem. 9. & c. ſubſeq. 10. X. de Renunc. ubi Ponti- 31
fex cauſas, propter quas cedendi poteſtatem poſtulare poteſt Epi-
ſcopus, ſequentes recenſet: *Conſcientiam criminis, debilitatem corpo-
ris, defectum ſcientiæ, malitiam plebis, grave ſcandalum, atq; irregularita-
tem* perſonæ, quas latius explicat, atq; Epiſcopo renunciandi licen-
tiam non aliter impertitur, quàm ſi aliquam ex prædictis cauſis
in ſe deprehenderit, hæque cauſæ Epiſcoporum perſonis peculiares
ſunt. Etſi enim *Pius V. Pontifex in Bulla*, quæ incipit *Quanta Eccleſia
Dei &c.* easdē ad reſignationes quorumlibet beneficiorum ita exten-
diſſe videatur, ut eorū quoq; reſignationes, ſine juſtis cauſis in dicta
Bulla

Digitized by Google

Bulla expreſſis factæ, & ab ordinariis receptæ, nullæ & invalidæ
32 ſint; Attamen hanc Bullam non ubique uſu receptam eſſe, teſtatur *Zypæus in Analyſ. Jur. Pontif. de Renunc.* cum Clericorum nulla appareat penuria, quæ efficit, ut conſuetudine quoque ſine graviori cauſa ex libera voluntate reſignationes aliorum beneficiorum admittantur, perinde ut Romanus Pontifex Sedi Apoſtolicæ libere renuntiare poteſt, quod ſpeciale in eo eſt, *per c. 1. de Renunc. in 6.* maxime ſi ſe inhabilem ad regimen Eccleſiaſticum eſſe ſentiat. *Vid. cum aliis Barboſ. ad d. c. 1.* ubi adducit exemplum *Cæleſtini Pontificis.* Ob faciliorem memoriam ſex illas renunciationis cauſas ſequentibus verſiculis incluſerunt Interpretes:

Debilis, ignarus, male conſcius, irregularis,
Quem mala plebs odit, dans ſcandala, cedere poſſit.

33 Eſtque harum cauſarum cognitio inſtituenda, talis enim *debilitas* ob ſenium vel morbum adeſſe debet, quæ Epiſcopum impotentem reddat ad gerendam dignitatem Epiſcopalem, alias locum habet, quod dicitur *in c. 1. ✠. de Renunc.* quod vergente deorſum conditione corporea, fervor ſpiritus in ſublime conſcendat; deinde talis *ignorantia* requiritur, ob quam Eccleſiam utiliter regere Epiſcopus nequeat, cæteroquin competens ſcientia toleratur & imperfectum ſcientiæ poteſt ſupplere perfectio charitatis, ex mente *Innocentii III. in cit. c. Niſi 10. ✠. de Renunc.* Præterea tale *crimen* facultatem reſignandi præbet, propter quod ipſius officii executio etiam poſt peractam pœnitentiam ſuſpenditur, quale eſt homicidii aliudve probatum in judicio, ex quo ſequitur infamia. *Gloſſ. ad. d. c. 10. in verbis: ſed duntaxat.* Illa ulterius *irregularitas* ſolum cauſa renunciationis eſt, in qua diſpenſatio haud intervenire poteſt. *Malitia plebis* præſtat cauſam renunciationi, cum vel nullus fructus ſperatur in populo, ut variis exemplis hoc illuſtrat *Gonzal. Tellez. ad c. c. 10. n. 3.* modo nulla ſpes correctionis appareat, vel populus pacifice non recipiat Prælatum ſuum, ut contigit Maximiano Bagajenſi Epiſcopo, qui, cum ex Donatiſtarum ſchiſmate converſus, populus eum non recepiſſet, ipſe Epiſcopatu ceſſit, ut refert *Auguſtin. lib. 3. contra Creſcon. c. 43.* Denique ſicut propter *ſcandalum* vitandum plura permittuntur, alioquin prohibita, ita quoque ex juris ratione juſtam præbet reſi-
34 gnationis cauſam. Aliam ſupperaddit *c. 9. ✠. de Renunc.* ſi ſcil.

Epi-

Epiſcopus ſine mortis periculo ad Eccleſiam accedere nequeat,
ubi tamen non quodvis etiam mortis periculum ſufficere cenſent
Canoniſtæ, ſed tale ſolum mortis periculum, quod, licet quis
ſubiret, nihil tamen ad ſalutem animarum faceret. *Wagnereck. ad
d. c.* Plura de his renunciationum cauſis vid. apud *Panormit. In-
nocent. Gonzalez. Barboſ. atque Proſper. Fagnan. ad d. c. 9. & 10.* qui
poſterior multa hanc in rem accumulat, nec non apud *Hoſtienſ.
in Summ. ad tit.* X. *de Renunc. n. 8.* Fit autem hæc renunciatio 35
& Reſignatio vel *pure*, vel etiam ſub *conditione*, & quidem ite-
rum tum in certæ perſonæ favorem, tum ut reſignans reſervet
ſibi quoſdam fructus aut certos reditus, tum etiam permutatio-
nis cauſa, quæ reſignationes tamen poſteriores non niſi coram
Pontifice fieri poſſunt. *Engel. c. l. n. 8. & 10.* Sed vero hæc renun- 36
ciatio hodie rarior eſt, imo in Germanorum Epiſcoporum per-
ſonis, qui majori præ reliquis Epiſcopis præfulgent honore, &
principalis dignitatis, nec non Jurisdictionis & Superioritatis ter-
ritorialis compotes redditi ſunt, nunquam fere contingit, cum
nemo facile egregia hæc & opima beneficia eorumque annexa
jura ſponte deferat. Proinde ob ſenium, adverſam valetudinem,
amplitudinem diœceſium, aliave impedimenta nonnunquam Co-
adjutores, regulariter vero Vicarii generales hanc in rem ab Epi-
ſcopis conſtituuntur, quibus illas functiones, quas tanquam Prin-
cipes Imperii noſtri in propria perſona nec peragere poſſunt,
nec etiam peragere ſolent, concedunt, prout jam antea in *Cap.
15. huj. Tract. n. 23. & ſeqq.* monuimus. Hocque multo magis de 37
Epiſcopis Proteſtantium aſſerendum eſt, ſiquidem Epiſcopatum
Oſnabrugenſem certo modo & alternis vicibus Domus Ducalis
Brunſvicenſis & Luneburgenſis, veluti pro ſuo, poſſidet juxta
Inſtrum. Pac. art. 13. §. 1. & ſeqq. Epiſcopatus vero Lubecenſis per
integri ſeculi ſpatium, & quod excurrit, in familia Ducum Hol-
ſatiæ hæſit, atque longo uſu mos invaluit, ut filiis natu minori-
bus quaſi in apennagium cedat, Capitulo umbra tantum electio-
nis relicta. Vid. *Generoſus Dn. Im Hoff Notit. Procer. Sacr. Rom. Im-
per. lib. 3. cap. 17. n. 10.* Quin tamen ejuſmodi reſignatio nonnun- 38
quam etiam hodie, ſicubi familiæ propagandæ neceſſitatis eam
ſvaſerit, ac ſuo quaſi jure poſtulaverit, matrimonii adeoque ſobo-
lis procreandæ cauſa, fieri poſſit, dubio ſane caret omni ob ex-

Digitized by Google

emplum Nicolai Franciſci, Lotharingiæ Ducis, qui pridem Cardinalis poſtea ex Claudia Lotharingica progenuit Ferdinandum atque Carolum, Duces Lotharingiæ, quorum poſterior copiis Imperatoriis tum contra Gallos feliciſſime præfuit, atque inter ipſas bellorum turbas cum gemitu omnium cordatiorum vitam ſuam finiit. Vid. *Celebratiſſimi Dn. Spener. Theatr. Nobilit. Europ. part. prior.*
39 *pag.* 85. *Tacita* renunciatio eſſe perhibetur, quæ fit facto aliquo reſignationem vel ſignificante, vel ex diſpoſitione Juris Canonici præ ſe ferente, ut docet *Engel. ad tit. X. de Renunc. n. 2.* variiſque contingit modis, præcipue illis, quibus alioquin beneficia Eccleſiaſtica ipſo jure vacant, quorum integrum catalogum & numero quidem 39. ex *Gonzalez. & Nicol. Garſ.* qui illos pleniori manu tractarunt, recenſet *Johannes à Chokier. in Comment. ad Regul. Can-*
40 *cell. Apoſtol. gloſſ. 7. n. 13. & ſeqq.* *Primus* eſt *ſuſceptio* alterius incompatibilis dignitatis, *per c. De multa. 28. X. de Præbend.* approbatum *in c. Execrabilis. un. Extrav. Johann.* atque repetitum *in c. 4. Extrav. commun. eod.* denique innovatum *per Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reformat. c. 4.* Et quidem *in c. De multa 28.* ſtatuitur, primum beneficium curatum, perſonatum, ac dignitatem, etſi curam non habeat animarum, ipſo jure vacare per receptionem ſecundi, & ſi ſecundum retinere quis contendat, eum privari etiam ſecundo, non quidem ipſo jure, ſed per ſententiam, quod
41 poſterius tamen *cit. Extravag. §. qui vero &c.* ita immutatum legitur, ut ſecundo etiam ipſo jure cadat. Qua occaſione multa diſputatio de beneficiis compatibilibus & incompatibilibus, nec non de generibus incompatibilium beneficiorum inter Canoniſtas occurrit: Et quidem *incompatibilia* ea ab Interpretibus Juris Canonici vocantur, quæ nec de Jure communi, nec de conſuetudine, ſtatuto, aut fundatione ſimul retineri poſſunt, qualia eſſe perhibentur 1) duo *beneficia Curata*, ſive curam animarum annexam habentia, quod dupliciter contingere dicitur, vel *proprie* & quoad *forum interius*, ſive poteſtatem populo, certis limitibus ſive parochiis diſtincto, ſacramenta adminiſtrandi, vel *improprie*, ſeu *quoad forum exterius* aut contentioſum, vigore cujus beneficiatus ea exercet, quæ Juriſdictionis ſpiritualis & Eccleſiaſticæ eſſe dicuntur, qualia ſunt viſitare, inquirere, ſuſpendere, excommunicare, & abſolvere. Vid. *Wagnereck. ad cit. c. 28. not. 1. & ad dict. Extrav.*

Exce-

Digitized by Google

Execrabilis, ubi inſimul, quæ *cap. de multa. 28. ꝙ. de Præb.* addita ſunt, obſervat atque *Vallenſ. ad tit. ꝙ. de Præbend.* §. *2. num. 2.* 2) duo *perſonatus*, ſive præeminentiæ & prærogativæ in Eccleſia & choro ſine jurisdictione, ut ſunt Cantoria &c. 3) duo *officia*, ſive adminiſtrationes rerum Eccleſiaſticarum ſine Jurisdictione atque præeminentia. 4) Duæ *dignitates*, ſive adminiſtrationes rerum Eccleſiaſticarum cum jurisdictione fori etiam exterioris, ut ſunt Epiſcopatus, Archi-Diaconatus, Decanatus &c. Denique etiam 5) duo *Canonicatus* aliaque *beneficia* etiam ſimplicia, reſidentiam juxta *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c. 17.* requirentia, qualia proprie eſſe perhibentur, quæ nullam habent adjunctam qualitatem, ſed ſolum obligationem divina officia celebrandi, peragendi & frequentandi, quibus opponuntur beneficia duplicia ſive majora, quibus qualitas vel dignitatis, vel jurisdictionis, vel etiam curæ animarum, adjuncta reperitur. *Wagnereck. ad d. c. 28. ꝙ. de Præbend. not. 2.* Quoad genera vero in- 42
compatibilitas alia eſſe dicitur *ſimplex* ſive *abſoluta*, horum ſcil. beneficiorum, quorum duo ſimul teneri nequeunt, & quorum primum vacat ipſo jure per aſſecutionem ſecundi, qualia ſunt illa, de quibus agitur *in d. c. De multa. 28. & cit. Extrav. Execrabilis &c.* alia *reſpectiva*, & quoad retentionem tantum, licet primum non vacet ipſo jure per aſſecutionem ſecundi, quod contingit in parochiali beneficio cum canonicatu, & duobus ſimplicibus reſidentiam requirentibus. Vid. *Rebuff. in Prax. Tit. de diſpenſ. rat. ætat. verb. Incompatibilia Nicol. Garſ. de Benefic. p. 11. c. 5. n. 67. & Chokier. cit. gloſſ. 7. n. 14. & ſeqq.* Ex quibus omni- 43
bus jam ſatis abundeque colligi poteſt, Sedem Epiſcopalem de jure vacare, adeoque reſignationem unius Epiſcopatus fieri per alterius incompatibilis Epiſcopalis aut alterius dignitatis ſuſceptionem, *per d. c. de multa. 28. ꝙ. de Præbend. Herm. Hermes in Faſcic. Jur. Publ. c. 13. q. 11.* niſi diſpenſatio Pontificis ſuper incompatibilitate interceſſerit, *d. c. 28.* Ipſe enim ſolus, non etiam Epiſcopus, diſpenſare poteſt in dignitatibus perſonatibus & officiis, ut probat *Garſ. de Benefic. c. 5. §. 4. n. 336. cum ſeqq.* quem ſequitur *Chokier. c. l. n. 18.* atq; vigore hujus diſpenſationis hodienum varios Epiſcopos Germaniæ duobus imo etiam pluribus Epiſcopatibus ſubinde præeſſe

 vide-

44 videmus. Canonicatus tamen Eccleſiarum Cathedralium Germaniæ, qui non perpetuam totius anni reſidentiam requirunt, inter beneficia incompatibilia diverſarum Eccleſiarum, ſi illis poſſit ſatisfieri per menſes reſidentiæ ſingulis annis neceſſarios, haud computandos eſſe docet *Wagnereck. ad d.c. De multa. 28. circa fin.* ubi inſimul taxat conſuetudinem, qua utuntur Eccleſiæ cathedrales in Germania, ut canonicatus, in menſe capitulari vacantes, illis, qui antea obtinuerunt duo vel tres in aliis Eccleſiis, non ſolum ſine licentia Epiſcopi (quam ſolum dare poteſt ad duo beneficia ſimplicia) verum etiam absque ulla neceſſitate atque rationabili cauſa, imo absque ullis meritis & requiſitis taliter pro-
45 motorum, conferant. Alter modus tacitæ reſignationis conſtituitur *per Matrimonium*, juxta *c. 1. & 2. X. de Cler. conjug.* & tradita *Hermeſ. cit. c. 13. n. 11.* nec non *Engel. ad tit. X. de Renunc. n. 3.* Siquidem Clericus, ſive in minoribus, ſive in majoribus ſit conſtitutus ordinibus, matrimonium per verba de præſenti contrahendo, eo ipſo privatur beneficiis Eccleſiaſticis, & quidem Clericus minorum ordinum ipſo jure, ut non opus ſit ſententia judicis, ceu cum *Gloſſ.* docent *Dd.* communiter, quorum plures allegat & ſequitur *Barboſ. ad d. c. 1. n. 2.* Clericus vero majorum ordinum beneficia quoque amittit, utrum autem ipſo jure, an per ſententiam hæc privatio inducatur, adhuc inter Doctores controvertitur, quippe *Panormit. ad cit. c. 1. n. 7. Covarr. de Sponſal. p. 2. c. 6. §. 3. Azor. Inſtit. Moral. tom. 2. lib. 7. c. 16. q. 5.* aliique prius; aſt Canoniſtæ communiter poſterius, opus ſcil. hoc in caſu eſſe ſententia judicis, teſte *Barboſ. d. c. 1. n. 7.* probant, ob rationem diverſitatis, quam adducit *Wagnereck. ad cit. c. 1. in fin.* quod beneficiati in minoribus per matrimonium contractum oſtendant, ſe nolle retinere beneficia, aut majores aliquando ordines ſuſcipere; conſtituti autem in majoribus, ii matrimonium ineant, nihil agant, ita ut pœnitentia peracta ad beneficium & officium reſtitui poſſint.
46 Hicque vacationis & tacitæ reſignationis modus in tantum extenditur, ut procedat, etiamſi matrimonium non valeat, aut non ſequatur conjunctio carnalis. *Maſcard. de Probat. vol. 1. concl. 182. & Chokier. ad regul. 8. Cancell. Apoſt. d. gloſſ. 7.* Exempli inſtar eſſe poteſt *Gebhardus Truchſeſſius*, Archiepiſcopus Colonienſis, ex illuſtri Waldburgiorum genere oriundus, qui poſtquam cum

cum Agnete, Comitis Mansfeldii Georgii filia, Bonnæ matrimo-
nium contra hæc Pontificia dogmata celebravit, atque animum
ad Catholicam Eccleſiam redeundi exuit, tanquam hæreticus at-
que perjurus dignitate Archiepiſcopali privatus eſt, ſuffecto in
ejus locum Erneſto Duce Bavariæ, unde non ſolum conflictus
inter Hiſpanienſes & Anti-Hiſpanienſes, ſed & Gravamina Ev-
angelicorum, de quibus vid. *Auct. Hiſt. Pac. Weſtphal. lib. 1. §. 6.* ex-
orta ſunt. *Burgoldenſ. in Not. Imp. p. 1. diſcurſ. 1. pag. 59.* In Eccle- 47
ſiis Evangelicis, in quibus arbitrio Clericorum atque miniſtrorum
Eccleſiæ, adeoque multo magis Epiſcoporum, tanquam proce-
rum Imperii, permittitur, num in cœlibatu vivere, an vero ma-
trimonium inire velint. *Carpz. lib. 2. def. Eccleſ. 4. & 5.* hæc taci-
tæ renunciationis cauſa ceſſat; Conjugatos quippe a ſacris mini-
ſteriis nequaquam repellendos eſſe, præter exempla ſacerdotum
& prophetarum V. Teſtamenti, quoad N. T. evincunt *verba A-
poſtoli 1. Timoth. 3. verſ. 2.* & tradita *Chemnit. in Concil. Trid. ad ſeſſ.
8. de cœlib. Sacerd. c. 8. c. 1. per tot.* Apoſtolos quoque, ſi non o-
mnes, quosdam tamen uxoratos fuiſſe, exemplum Petri monſtrat,
quem ſocrum & ſic etiam uxorem habuiſſe, liquet *ex text. Matth.
8. v. 14. Marc. 1. v. 30. Luc. 4. v. 38.* quorſum ſpectat illud Ignatii
in Epiſt. ad Philadelph. ubi laudat eos, qui innupti manſerunt, &
addit: *Non detraho cæteris beatis, qui nuptiis copulati fuerunt. Opto
enim Deo dignus ad veſtigia eorum in regno ipſius inveniri, ſicut Abra-
ham & Iſaac & Jacob, ſicut Joſeph & Eſaias, cæteri Prophetæ, ſicut
Petrus & Paulus & reliqui Apoſtoli, qui nuptiis fuerunt copulati.* De
auctoritate equidem epiſtolarum harum inter ſe propterea con-
tendunt Eruditi, quod etiam *Pauli* mentionem faciat Ignatius,
cum tamen eundem cœlibem fuiſſe vulgo credant, quod & ex e-
jus verbis *1. Cor. 7. v. 7. & 8.* haud obſcure colligi videtur. Sed 48
quicquid etiam ſtatuatur de Paulo, reliquorum Apoſtolorum con-
jugio quod objiciatur, nihil exſtat, præſertim cum ſimilia acce-
dant aliorum teſtimonia, *Clementis ſc. Alexandrini, Euſebii & Ori-
ginis.* vid. *Dn. Ziegler. de Epiſc. l. 4. c. 4. §. 9.* idque tam manifeſtum
eſt, ut nec ipſi Pontificii ſaniores & recentiores Canoniſtæ id am-
plius negare audeant, inter quos eſt *Gonz. Tell. ad c. 1. X. de Cler.
Conjug. n. 3.* ubi fatetur: Jure Divino ſacris ordinibus cœlibatum
minime annexum fuiſſe, ſed eum ſolum Juris Eccleſiaſtici, quam-

Digitized by Google

vis perantiqui, eſſe, cui ſententiæ tanquam veriori calculum ſuum addunt *Sanchez. de Matrimon. lib. 7. diſp. 27. num. 5.* & quos allegat, nec non *Cajet. Abulenſ.* & alii quam plures Auctores, qui omnes ſtatum matrimonialem nec de Jure Naturali, nec etiam Divino, cum ſtatu Clericali incompatibilem eſſe docent, alioquin non potuiſſet Græcis concedi uſus matrimonii prius contracti, quorum morem tamen tolerat Eccleſia Catholica, ut liquet *ex c. Cum olim. 6. X. de Cler. conjug.* in quo Pontifex cantorem Pricarienſem à Presbytero Græco in matrimonio pro legitimo agnovit, ratum habendo illius electionem in Epiſcopum, niſi conſuetudo illius loci non ferat, ut Græcus inter Latinos toleretur. Vid. *Wagnereck. in not. ad cit. cap. & Engel. ad tit. X. de Cler. conjug. num. ult.* alioquin ad illud *cap. 6. poſt Innocent. Imol. Hoſtienſ. Butr. Panormitan. Bald. Vivian.* & alios videri poſſunt *Barboſ. Gonzalez. Tellez* & alii.

49 Proinde Jus illud Eccleſiaſticum, quod antiquum eſſe perhibent Canoniſtæ, paulo altius evolvendum erit, circa quod in canonibus, ac conciliis veteris Eccleſiæ *duæ* occurrunt *quæſtiones*, ut plurimum confuſæ, neceſſario tamen ſeparandæ, quarum *prima* eſt: *An in veteri Eccleſia Chriſtiana conjugati ad ſacerdotium fuerint promoti*, ita ut poſt ordinationem conſuetudine matrimoniali uti potuerint; *altera, an jam ordinatis & in ſacris miniſteriis conſtitutis matrimonii contrahendi facultas permiſſa fuerit.* Quoad *priorem* quæſtionem certiſſimum eſt, primis Eccleſiæ temporibus non ſolum conjugatos ad ſacros ordines admiſſos, ſed & conjugii uſum poſt ordines ſuſceptos ipſis haud denegatum fuiſſe, ut conſtat ex *Can. Apoſtol. 5. & 50. ex Conſtitution. Apoſtolicis*, à quocunque tandem emanarint, *lib. 6. c. 17. & can. ult. diſt. 26. junct. c. 2. dict. 27.* nec non *c. 14. & ſeqq. diſt. 28.* porro *ex c. 8. Concil. Neo-Cæſar.* denique ex decantata Paphnutii hiſtoria, qui in Nicæna Synodo ſe oppoſuit canoni introducendo, ut Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi conjugibus, quas ante conſecrationem duxerunt, carnaliter non cohabitarent. Vid. *Duaren. de Sacr. Eccleſ. Miniſter. lib. 4. c. 8. & Chemnit. c. l. in hiſtor. de cælib. Sacerd.*

50 Sed altera *quæſtio* intricatior eſt, dum *can. Apoſtol. 25.* cœlibes in Clerum aſſumtos ad nuptias admittit, ſed lectores tantum & cantores, atque *Concil. Neo-Cæſar. c. 1.* presbyterum, ſi uxorem duxerit, ab ordine deponi jubet; contra vero *Concil. Ancyr. c. 9.*

diaco-

diaconos, qui in ordinatione proteſtati ſunt, quod extra matrimonium vivere nequeant, poſtmodum ob fidem uxori datam à miniſterio non repellit, unde plures colligunt, diaconis & ſubdiaconis, etiam poſt ſuſceptos ſacros ordines, nuptias haud prohibitas fuiſſe, cui canoni tamen è diametro contrarius eſt *c. Diaconus, 1. diſt. 27.* à Martino Bracarenſi in Hiſpania ſancitus. Pro textuum horum conciliatione varia proponunt *Baron.* ex eoque *Binn.* nec non *Franc. Long. à Cariolan. in not. ad d. c. 9.* qui poſterior eum abrogatum eſſe cenſet *per can. 6. Concil. gener. 6.* Sed *Marc. Anton. de Domin. lib. 2. de Republ. Eccleſ. c. 10. §. 14.* canonem hunc Ancyranum *à Martino Bracarenſi in d. c. 1. diſt. 27.* corruptum & non ſincere repetitum, adeoque prohibitionem de ordinatione non facienda, ſi proteſtetur, ſe non poſſe ſervare continentiam, ſecundum uſum Eccleſiæ occidentalis adjectam eſſe docet. Verum, quic- 51
quid etiam de conciliatione horum textuum dicendum, hoc tamen certiſſimum eſt, ſine ullo canone, ſola conſuetudine, invaluiſſe, ut illi, qui cœlibes ad ſacerdotium aſſumti ſunt, poſtea matrimoniū non contrahant, quod etiam ſpeciatim in Epiſcoporum perſonis obtinuit. Non deſunt quidem exempla Epiſcoporum, qui in veteri Eccleſia cum uxoribus ſuis vixerunt. Apud *Euſeb. lib. 6. c. 42.* fit mentio Chæremonis, Nili urbis Epiſcopi, quod metu perſecutorū grandævus cum conjuge ſua in Arabicum montem fugerit. Sic & maritatus fuit Phileas, Epiſcopus Thmuitarum apud *Eundem l. 8. c. 9.* Spyridon Trimythuntis in Cypro Epiſc. apud *Sozam. l. 1. c. 11.* Gregorius Nazianzi in Cappadocia Epiſcopus, Gregorii theologi pater, Hilarius Pictavienſis Eccleſiæ Epiſcopus, it. Syneſius Ptolomaidis Cyrenaicæ Epiſcopus, qui dum ordinaretur, diſertis verbis profeſſus fuit, uxorem ſe dimiſſurum non eſſe. Vid. *Ziegler. d. c. 4. §. 10.* Diffitendum tamen haud eſt, cœlibatum propterea, quod ſub 52
initio naſcentis Eccleſiæ crebris perſecutionum procellis agitarentur Chriſtiani, prævaluiſſe, atque magno in honore habitum fuiſſe, vel maxime ob doctrinam Pauli, qui valde in ejusdem commendationem & quidem talem propendere videtur, quæ conjugio præſtat, dum *1. Cor. 7. verſ. 1. Bonum eſſe*, inquit, *homini, mulierem non tangere*, & porro, *verſ. 8. Dico, non nuptis & viduis, bonum eſſe illis, ſi ſic permaneant &c.* nec non *verſ. 38. Qui jungit matrimonio virginem ſuam, bene facit, qui non jungit, melius facit, &c.*

Qui-

53 Quibus verbis tamen Paulus non ſimpliciter & abſolute præferre voluit matrimonio cœlibatum, ſed ſolum quoad illos, qui dono continentiæ præditi ſunt, prætereaque prout ſeipſum explicat, *verſ. 26.* propter inſtantem duntaxat neceſſitatem ac pericula perſecutionum, quæ tum temporis propter Evangelium quotidie imminebant Chriſtianis, in quibus perferendis multo expeditior eſt cœlibatus, quam ſtatus conjugalis, quippe in quo animi ſæpius franguntur conſpectu & recordatione uxoris, liberorum & familiæ. Sed enimvero verba hæc, extra limites à Paulo præſcriptos, in nimiam cœlibatus commendationem abrepta ſunt, cum tamen extra hos caſus Paulus liberum unicuique relinquat, utrum in conjugio, an cœlibatu vivere velit.
54 Mirum proinde non eſt, ob hanc doctrinam extra terminos ſuos extenſam, ac periculoſum Eccleſiæ Chriſtianæ ſtatum, ad cathedras, quæ poſtmodum invaluerunt, Epiſcopales plerumque promotos fuiſſe *ἀγάμους*, eos præſertim, qui ætate jam profecti erant, & ab uſtionibus liberi, ut expeditius verbo DEI, doctrinæ, & orationi vacare poſſent. Initiis his opinio alicujus neceſſitatis acceſſit, quæ quidem non ex præcepto quodam accerſebatur, quale eo tempore nullum exſtabat, ſed ex qualitate & conditione officii, ac ſi tali præeſſe non poſſet, qui conjugium contraxit, exque hac opinione natum eſſe videtur *decretum Concilii Neo-Cæſarienſ. c. 1. Presbyter, ſi uxorem duxerit, ordine ſuo moveatur*, quæ quidem verba ob *can. 8. ejusd. Concil.* jam antea adductum de uxoribus poſt presbyteratum du-
55 ctis intelligenda ſunt. Cæteroquin particulare fuit hoc Concilium, in Cappadocia à ſeptendecim Epiſcopis celebratum, adeoque quoad ſua decreta extra provinciam non extendendum, dedit tamen Concilio Nicæno, mox ſecuto, anſam, ubi de conjugio Clericorum ulterius diſceptatum, atque Patribus, qui in hanc inclinarunt ſententiam: Conjugium omnibus, qui ſacris occuparentur, interdicendum eſſe, à *Paphnutio* antea allegato oſtenſum fuit, tam grave jugum Eccleſiæ miniſtris imponendum non eſſe,
56 nec omnes illud ferre poſſe. Vid. *Socrat. lib. 1. Hiſt. cap. 11.* Hanc Paphnutii hiſtoriam, quæ cælibatui poſtea imperato valde repugnat, plurimi equidem fabuloſam eſſe putant, quos ſequitur etiam *Valeſ. ad Socrat. l. c.* duplici ex ratione, (1) quod Ruffinus, ex quo ſua de Paphnutio hauſit Socrates, nullum hujus rei faciat mentio-

mentionem, & (2) quod nec Paphnutius ullus memoretur inter
Epiſcopos Ægypti, qui Concilio Nicæno interfuerunt. Sed neu-
tra ratio obeſt, non prima, quia ex Logicorum regulis notum,
eſt, in teſtimoniis humanis non licere argumentari negative:
non ſecunda, partim quia ſubſcriptiones in Conciliorum editio-
nibus paſſim vel corruptæ inveniuntur, vel etiam plane perie-
runt, partim quia in *Codice Arabico Joſephi Ægyptii*, quem ex Bi-
bliotheca Oxonienſi publicæ luci expoſuit *Joh. Seldenus*, ſeptimo lo-
co poſitus invenitur Paphnutius Ægyptius. Vid. *Dn. Ziegler. de*
Epiſc. cit. c. 4. §. 14. ubi addit, *Petr. de Marc. lib. 1. de Concordat.*
Sacerd. & Imper. c. 8. hiſtoriam hanc pro ſuſpecta haud habere.
Sic ergo ante Concilium Nicænum ſola conſuetudine invaluit o-
pinio, decentiorem eſſe ſtatum clericalem, ſi acceſſerit abſtinen-
tia ab uſu mulierum, quam propterea παράδοσιν vocat Paphnuti-
us, h. e. traditionem; nec forſitan exſtitit ulla alia lex Eccleſia-
ſtica, quam *decretum Patrum Concilii Neo-Cæſareenſis*, jam antea
allegatum, quin imo etiam poſt *Concil. Nicænum in Concil. Gangren-*
ſi c. 4. ſancitum fuiſſe reperimus, presbyterum conjugatum re-
cte adminiſtrare ſacra, nec ferri debere, qui ejus oblationi com-
municare nolint. Sed enimvero, poſtquam nonnulli ex mona- 57
chis ad ſacerdotium promoveri cœperunt, prærogativa cœlibatus
magis magisque invaluit, usque dum in ſede Romana ſeculo quar-
to ſucceſſit Siricius Pontifex, qui primus lege lata pœnisque indi-
ctis cœlibatum Eccleſiæ miniſtris imperaſſe perhibetur, ut liquet
ex illis, quæ hanc in rem tradit *Marc. Anton. de Domin. de Republ.*
Eccleſ. lib. 2. c. 10. §. 18. ſeqq. qui tamen obſervat, ſe non inveniſ-
ſe, ubi Siricius hanc continentiam præceperit; fatetur quidem,
quod eandem plurimum commendaverit, ac Clericos ad eam ex-
hortatus fuerit, coactiones tamen ipſum nunquam aut ſenſiſſe,
aut dixiſſe; ſed ipſius potius exhortationes pro præceptis non 58
multo poſt habuiſſe *Innocentium I.* qui ob ſacerdotum ſacras occu-
pationes quotidianas *in c. tenere. 4. diſt. 31.* ſtatuit ac præcepit, ut
presbyteri & levitæ uxoribus ſuis non cohabitarent, Tandem
Concil. Agathenſe c. 9. Innocentii I. ordinationem ac Siricii Epiſco-
pi conſilium ſequentibus repetiit verbis imperativis: *Placuit et-*
iam, ut ſi presbyteri vel diaconi conjugati ad torum uxorum ſuarum
redire voluerint, Papæ Innocentii ordinatio, vel Siricii Epiſcopi auctori-

tas, qua Canonibus inſerta eſt, ſervetur, huncque canonem primum
eſſe dicit *Marc. Anton. de Domin. cit. c. 10.* quo perpetua continentia
clericis & presbyteris conjugatis impoſita, poſteaque Jure Cano-
nico recentiori in tantum approbata eſt, ut Clericis, præcipue
majorum ordinum (ſiquidem ex diſpoſitione *Concilii Trident. ſeſſ.
23. de reformat. c. 17.* ſi Clerici cœlibes præſto non ſint, etiam con-
jugati ad ordines minores aſſumi poſſunt, modo ſint probatæ vi-
tæ, nec bigami) omnis matrimonii uſus, etiam ſub excommuni-
cationis & irregularitatis vinculo interdictus reperiatur, per *c. 1.
X. de Cler. conjug. & Clem. un. de Conſang. & affinit.* adeoque hodie
pro carcinomate & ſacrato homine habeatur Epiſcopus, Presby-
59 ter, aut Diaconus, qui matrimonio uxoris jungitur. Sic ergo
rigor Juris Canonici adverſus nuptias legitimas auctus, ſed ad-
verſus turpes concubitus Clericorum ita limitatus eſt, ut ſolum
conjugium premere videatur, ac levius delictum eſſe cenſeatur,
ſacerdotem habere plures concubinas, quam unam legitimam
uxorem, quod fuit Cardinalis Campegii pronunciatum. Sed ſa-
tius eſſe, deſideria plerorumque Clericorum exaudire, ipſisque
honeſtum potius conjugium, in quo caſtitas verſatur, permitte-
re, quam pollutionibus & fornicationibus deteſtandis connivere,
cum & ipſi Pontifices, ut Epiſcoporum taceamus facta, quam
difficile hoc ſit jugum, exemplo ſuo comprobaverint, imprimis
Pius II. Innocentius VIII. Alexander VI. Julius II. Leo X. Pau-
lus III. & alii. Egregia ſunt, quæ hanc in rem diſſerit *Abbas Pa-
normitan. ad c. Cum olim. 6. X. de Cler. conjug. n. 5. Polyd.* quoque
60 *Virgil. de Invent. rer. l. 5. c. 4. in fin.* tam è republ. Chriſtiana, quam
ex Ordinis uſu eſſe cenſet, jus publici matrimonii ſacerdotibus re-
ſtituere, quod optima ratione ac prudenti conſilio in Eccleſiis Pro-
teſtantium, juxta normam Scripturæ, factum, pariterque in Con-
cilio Trident. quæſitum eſt. Poſt illud etiam Imper. Ferdinandus
ac Bavar. datis ad Pium IV. literis, ſeveritatem Canonum relaxa-
ri, & conjugatos ad ſacros Ordines admitti, magnopere petierunt,
addito libello memoriali Theologorum Catholicorum in Germa-
nia, in quo diſſerebant: *Sacram Scripturam uxores ſacerdotibus per-
mittere, Apoſtolos paucis exceptis fuiſſe uxoratos, in Eccleſia primitiva
matrimonia ſacerdotum fuiſſe libera & licita usque ad Papam Calixtum:
Paphnutium in Concilio Nicæno perſuaſiſſe Concilio, ne de cœlibatu legem
ſci-*

ſciſceret & ſextam Synodum Conſtantinopolitanam non prohibuiſſe uxoris conſortium, niſi quo tempore offerendum erat ſacrificium &c. Necque tantum ſacerdotes matrimonium expetere, ſed etiam ſeculares, ne vita turpitudinem in Clericis videant. Sed manſit hactenus dura cœlibatus lex. Vid. *Burmann. in Synopſ. Theol. lib. 8. c. 7. §. 25.* *Tertius* 61
modus *tacitæ reſignationis* contingit per *Religionis* ingreſſum profeſſione ſecuta, juxta *c. 45. c. 7. q. 1. c. 11. ✠. de Renunc. & Regul. Can. Apoſt. 44.* ubi vid. *Chokier. in Comm. n. 6.* qui cum allegatis probat, per profeſſionem religionis induci beneficii vacationem, *Hermes. cit. c. 13. n. 11.* Huic ſimilis eſt *quartus* tacitæ reſignationis modus, 62
qui peragitur per *Mutationem religionis*, vigore *Reſervati Eccleſiaſtici*, vulgo des Geiſtl. Vorbehalts. Poſtquam enim in Comitiis Auguſtanis anno 1555. de pace Religionis ageretur, acerrima exorta eſt controverſia ſuper concedenda Epiſcopis & aliis Eccleſiaſticis Catholicis licentia amplectendi religionem Evangelicam, ita ut cum dignitate etiam retinere poſſent ditiones Eccleſiaſticas, id quod Catholici præfracte negarunt; Proteſtantes vero in magnam ſuæ religionis infamiam redundare interpretati ſunt, ſi, ſuſcepta profeſſione religionis Evangelicæ, dignitate, boniſque ſit cedendum, multis ſiquidem hac via ad Evangelicam religionem aditum obſtrui; Sed, his non obſtantibus, Paci Religioſæ hæc clauſula inſerta fuit: *Si Catholicus Archiepiſcopus & Prælatus ad Proteſtantium Religionem tranſeat, beneficia, quæ habuit, Eccleſiaſtica perdat, ſalva tamen exiſtimatione.* Vid. *R. I. de anno 1555.* §. Und nachdem bey Vergleichung / ꝛc. *18. verſ.* Wo ein Ertzbiſchoff. Proteſtantes equidem 63
clauſulæ huic voce & ſcriptis acriter ſe oppoſuerunt, illamq; invaliditatis arguerunt, ut liquet ex oppoſitionibus, ſupplicationibus, proteſtationibus, & replicationibus, recenſitis *à Lehmann. Act. Publ. de Relig. l. 1. c. 10. & l. 3. c. 38.* maxime vero de clauſula hac conqueſti ſunt, poſtquam Gebhardus, Archiepiſcopus Colonienſis, à Pontificia religione ducta uxore diſceſſit, & propterea ab Epiſcopali ſede, ſuffecto in ejus locum Erneſto Duce Bavariæ, detruſus eſt: unde quoque magnopere laborarunt, ne articulus iſte Pacis documento ſinſereretur, cum callidum remedium contineat, ut ex perſonis Eccleſiaſticis Catholicorum aut nemo accedat ad Evangelicam religionem, aut, ſi quis acceſſerit, ſaltem bona Pontificiis reſerventur. Fundamenta & rationes Proteſtantium, adjectis reſponſionibus

Digitized by Google

Catholicorum, recenſet *Dn. Fritſch. in Annot. ad Inſtrum. Pac. cit.*
art. 5. pag. 445. Auct. Hiſtor. Pac. Weſtphal. lib. 3. §. 41. & Burgoldenſ.
in Notit. Imp. p. 2. diſc. 10. §. 3. & ſeqq. Media præterea Evange-
licorum & Catholicorum, hanc ob controverſiam propoſita, e-
64 narrat *Auct. cit. Hiſtor. Pac. Weſtphal. d. lib. 3.* paſſim. Sed nil am-
plius obtinuerunt Proteſtantes, quam ut hæc controverſia *in Inſtr.*
Pac. ad æqualitatem utrinque fuerit redacta, ita quidem, ut Ca-
tholicus, ad Evangelicam religionem tranſiens, & contra Evan-
gelicus Epiſcopus, ad Catholicam ſe recipiens, eo ipſo Epiſcopa-
tum atque beneficia Eccleſiaſtica, ſalva tamen exiſtimatione, per-
dat. Vid. *Inſtr. Pac. Cæſar. Svec. art. 5. §. 3. verſ. Si igitur Catholicus*
Archiepiſcopus, Epiſcopus, Prælatus, aut Aug. Confeſſioni addictus in
Archiepiſcopum, Epiſcopum, Prælatum electus vel poſtulatus, ſolus, aut
una cum Capitularibus, ſeu ſingulis, ſeu univerſis, religionem impoſte-
rum mutarint, excidant illi ſtatim ſuo jure, honore tamen famaque
illibatis &c. Capitulo autem, & cui id de Jure competit, integrum
ſit, aliam perſonam religioni ei, ad quam beneficium iſtud vigore hujus
Transactionis pertinet, addictam eligere, aut poſtulare &c. Sic ergo
controverſia de Reſervato hoc Eccleſiaſtico, quod alias Scriptores
Juris Publici Autonomiam ac Freiſtellionatum Eccleſiaſticum vo-
cant, German. den Geiſtl. Vorbehalt/ vid. *Limn. lib. 1. Jur. Publ.*
c. 13. n. 50. compoſita eſt. Num vero ère Evangelicæ religionis,
cum Epiſcopatus fere omnes per *Inſtrum. Pac.* ſeculariſati conſpi-
ciantur, atque ſoli ſuperſint Epiſcopatus Lubecenſis & alternis
vicibus Osnabrugenſis cum quibusdam Abbatiis, cuilibet facile
65 patebit. Ex quibus omnibus jam *quintus* tacitæ reſignationis ex-
oritur modus. Quod ſi enim ob profeſſionem religionis, in Im-
perio noſtro per Pacem Religioſam aliasque ſanctiones probatæ,
amittitur Epiſcopatus & noſtrum Jus Epiſcopale, multo magis
ceſſabit ob Epiſcopi *lapſum in Hæreſin*, ob quam alias ipſo jure quo-
que vacant beneficia Eccleſiaſtica, per *c. Ad abolendam. 9. ibiq; Gloſſ.*
X. de Hæret. atque Papæ reſervantur, per *Conſtitutionem. 29. Pii V.*
de anno 1566. Sed hac occaſione inter Interpretes controvertitur:
An beneficia hæreticorum per dictam conſtitutionem adeo ſint
reſervata Pontifici, ut Ordinarii in Germania non poſſint ea con-
ferre in ſuis menſibus. *Simonett. in Tr. de Reſervat. q. 90.* hanc quæ-
ſtionem peculiariter tractat, tandemque negativam amplectitur,
atque

atque concludit: Ordinarios Germaniæ beneficia hæreticorum, in
ſuis menſibus vacantia, conferre poſſe; At *Georg. Branden. ad Con-*
cord. q. 10. contrarium tuetur, cujus rationes refert atque probat
Chokier. cit. tract. ad Regul. Cancell. 8. gloſſ. 7. poſt num. 20. obſ. 18. *Sex-* 66
tus tacitæ reſignationis modus inde profluit, ſi vel electus *intra*
menſem, ab electione præſentata, aut tempus alias præfinitum ele-
ctioni, per *c. Quam ſit. 6. §. electus vero & c. de Elect. in 6. conſentire*,
vel etiam poſt conſenſum electioni præſtitum *intra tres menſes* aut
tempus aliud, peculiariter hac in re receptum, *confirmationem* pe-
tere negligat, *d. c. Quam ſit 6. §. cæterum & c. de Elect. in 6.* Hoc ip-
ſo enim electionem factam reprobaſſe cenſetur, ut vacatio locum
habeat, perinde ac in caſu, quo electio plane caſſatur, *c. Super*
eo. 12. X. de Elect. aut poſtulatio reprobatur, *c. Ex debito. 4. §. hu-*
juſmodi. Extrav. Comm. de Elect. c. 2. & 3. X. de Poſtul. Prælat. de qui-
bus omnibus vid. *Chockier. d. Gloſſ. 7. caſ. 6. & ſeqq.* *Septimus* hu- 67
jus reſignationis modus inducitur *per varia Delicta* ab Epiſcopis
& Prælatis commiſſa, quibus alioquin beneficia Eccleſiaſtica ipſo
jure vacare ſolent, qualia plura recenſet *Chockier. cit. gloſſ. 7. v. gr.*
violentam ingreſſionem in poſſeſſionem beneficii, per quam bene-
ficiatus perdit jus, quod ad illud habet, *c. Eum qui. 18. de Præbend.*
in 6. crimen ſimoniæ in *c. Cum deteſtabile. 2. Extrav. Commun. de Si-*
mon. crimen læſæ Majeſtatis, *Rebuff. in Prax. benef. tit. de mod. a-*
mitt. benef. n. 32. confidentiam, quoties ſcil. quis reſignat alicui be-
neficium ſub fiducia, ut is, cui reſignatio eſt facta, poſtea alteri
perſonæ reſignanti dilectæ cedat. Vid. *Flam. Pariſ. in tract. de Con-*
fid. q. 68. per tot. Azpilcuet. Navarr. in Man. c. 23. n. 109. aliaque plura,
de quibus conferri meretur *Chockier. c. l.* *Octavus* denique & ulti- 68
mus hujus reſignationis modus per *translationem Epiſcopi* ad aliam
Eccleſiam conſtituitur, ita quidem, ut, ſi fiat legitime & aucto-
ritate Pontificis, Jus Epiſcopale unius cathedræ amittatur, & in
altera acquiratur, per *c. fin. X. de Tranſlat. Epiſc.* ſi vero propria
Epiſcopi auctoritate & jura prioris Eccleſiæ amittantur, & aditus
ad ſecundam denegetur, ut nec illis præſideat Epiſcopus, quos
per ſuperbiam ſprevit, nec illis, quos per ſuperbiam concupivit,
ut loquitur *Innocent. in c. Quanto. 3. X. de Tranſlat. Epiſc. in fin.* ad
cujus facti ſpeciem illuſtrandam multum conducunt, quæ tra-
dunt *Abbas Urſperg. in geſtis Philippi & Otton. Albert. Crantz. lib. 7.*

Metrop. c. 9. Tribem. in Chron. Hirsaug. ad an. 1201. atq; Alteſerr. ad d. c. Sed moribus hodiernis hæc translatio Epiſcoporum rarior eſt, nec ſemper alterius acquiſitio prioris privationem involvit, quin potius per diſpenſationem Pontificis plures ſubinde Epiſcopatus uni conferuntur, ſiquidem Epiſcopi, qui aliarum Eccleſiarum ſimul ſunt Canonici, impetrare ſolent à Pontifice *Indultum*, vigore cujus ad alium Epiſcopatum tranſire, eumque cum priore

69 retinere poſſunt. Hocque *Indultum* regulariter operatur poſtulationem, quandoque etiam electionem, ſi ejus mentionem faciat. *Engel. ad tit. ✠. de Translat. Epiſc. n. 2.* Hæc de tacitis renunciationum modis, extra quos Jus Epiſcopale, vivo Epiſcopo, amittitur porro per ipſius *depoſitionem, remotionem, degradationem & excommunicationem*, quæ tamen nec à provinciali aut locali Concilio, nec etiam à Patriarcha atque Legato à latere absque ſpeciali Pontificis mandato, ſed à ſolo Pontifice Romano & ſede Apoſtolica ob juſtas cauſas peragi poteſt. Graviores ſiquidem ſunt cauſæ Epiſcoporum, præcipue quæ concernunt eorundem depoſitionem, ad ſolum Pontificem ſpectantes, per *c. Quod translatione. 4. ✠. de Offic. Legat.* Quondam equidem Epiſcopis provincialibus eorumque Metropolitano conceſſa fuit hæc poteſtas, ut patet ex *Concil. Antiochen. c. 14. atq; c. 1. cum ſeq. c. 6. q. 4.* nec non ex *c. Si quis. 2. cauſ. 21. q. 5.* poſtea tamen decretum fuit, ut ſine Romani Pontificis auctoritate ſententia in Epiſcopum ferri nequeat. Vid. *c. Denique. 3. cauſ. 6. q. 3.* in verbis: *Ad Apoſtolicam Sedem referri*, quod confirmatum reperitur in *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. c. 5.* ubi Patres iſtius Concilii decernunt, *quod cauſæ criminales Epiſcoporum, etiam hæreſeos, quæ depoſitione aut privatione dignæ ſunt, à Romano tantùm Pontifice cognoſci & terminari, nec, ſicubi ejuſmodi cauſa neceſſario extra Romanam Curiam ſint committenda, ulli, quam Metropolitanis aut Epiſcopis, à Summo Pontifice eligendis, mandari debeant, hiiq; porro plus haud tribuendum ſit, quam ut proceſſum cauſæ conficiant, & ad Romanum Pontificem tranſmittant, cui ſententia definitiva reſervatur &c.*

70 Ex quibus Concilii Trident. verbis plura deducit *Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 112. n. 8.* præcipue, quod numerus duodecim Epiſcoporum, à quibus cauſæ Epiſcoporum terminandæ ſunt, juxta *c. 1. cauſ. 3. q. 8.* non requiratur ex neceſſitate in delegatione Pontificis, ſed ex congruentia, ob excellentiam Epiſcopalis digni-

dignitatis, per tradita *Innocent. in c. Grave. 29. de Præbend.* Conf. *Felin. ad c. Non poteſt. 3.* ♃. *de Sent. & re jud. n. 10.* item, quod ad deponendum Epiſcopum quondam neceſſarius fuerit numerus ſeptuaginta duorum teſtium, per *c. Præſul. 2. cauſ. 2. q. 4.* in verbis: *Præſul non damnabitur, niſi cum 72. teſtibus*, quem numerum tamen *Concil. Trident.* non repetit, ſed *ſeſſ. 13. de reform. c. 7.* hoc ſolum requirit, ut teſtes in cauſis criminalibus contra Epiſcopum, niſi conteſtes bonæ converſationis, exiſtimationis, & famæ fuerint, non recipiantur. Atque hæc non ſolum in condemnatione, ſed & in abſolutione Epiſcoporum locum habent, ut nec à duodecim Epiſcopis & Metropolitano abſolvi poſſit Epiſcopus, ſed ſententia iſta à ſolo Papa ſit pronuncianda. *Barboſ. d. alleg. 112. n. 12.*

At enimvero, quia Archiepiſcopi atque Epiſcopi Imperii noſtri 71
Germanici inſimul ſunt Status, ideo non immerito dubitatur: Num ea, quæ ſecundum diſpoſitionem Juris Canonici de Epiſcoporum delictis, quibus vel Epiſcopatus ipſo jure vacat, vel etiam privatio à ſummo Pontifice peragi poteſt, hactenus relata ſunt, etiam ad hos Imperii Status Eccleſiaſticos applicari poſſint? *Affirmativam* ſuadere videtur *Concil. Trident. cit. ſeſſ. 24. c. 5.* quare deſtitutionem Epiſcoporum æque ac inſtitutionem eorundem ſoli Pontifici adſcribit, atque adductis exemplis comprobat *Petr. Gregor. Tholoſan. lib. 35. Synt. c. 2. num. 7.* Sed *Mart. Mager. de Advoc. arm. c. 17. n. 164. & ſeqq.* ſub quæſtione: *An ſalvam guardiam violans perſona Eccleſiaſtica in foro Cæſareo conveniri poſſit?* latius hanc controverſiam tractat, atque poſtquam pro ſententia negativa & affirmativa varias adduxit rationes, tandem in hoc diverſitatis conflictu id probat: Perſonas Eccleſiaſticas ſuper fracta ſalva guardia in foro Cæſareo conveniri poſſe, eas maximè, quæ ratione dignitatis, regalium & feudorum Imperii immediate Imperio ſubjectæ ſunt.

Equidem Eccleſiaſticas perſonas inferiores, quæ mediate Impe- 72
rio ſubjiciuntur, adeoque Status non ſunt, ſi contra privilegia ſalvæ guardiæ delinquant, non in judicio Cæſareo, ſed coram ordinario potius judicio Eccleſiaſtico conveniendas eſſe docet, hocque per nonnullas rationes cum reſolutione dubiorum confirmat; Priores vero, ut Principes Politicos & Status Imperii conſiderat, cum non ſolum ratione bonorum feudalium Imperii, privilegiorum & regalium ejusdem conditionis cum illis ſint, eadem ſuperioritatis

jura

jura habeant, & inveſtiantur mit aller Weltlicher Obrigkeit/ ſed & axiomatis inſtar invaluerit, quod omnes Eccleſiaſtici Status ac Prælati, ratione regalium, ſecularis poteſtatis, aliorumque jurium Imperio Romano ſubſint, ejusque membra cenſeantur. *Gail. de Pignor. c. 7. n. 1. Cluten. in Syll. rer. quotid. concl. 8. lit. b. Andr. Knichen. de Inveſt. pact. verb. Ducum. c. 2. n. 6. & ſeqq. Caſp. Klock. de Contrib. c. 4. n. 171. & ſeqq.* Unde conſequitur, Jurisdictionem quoque Cæſaris adverſus illos Status fundari ratione bonorum feudalium, privilegiorum & regalium, quæ ab Imperatore & Imperio habent, eorumque nomine forum Imperii ſortiuntur, onera & collectas Imperii ſolvunt. *Sixtin. de Regal. l. 2. cap. 14. n. 127.* fidelitatem, ut alii Imperii vaſalli, præſtant. *Gail. lib. 1. de Pac. publ. c. 8. n. 8.* atque Imperatorem ſuperiorem recognoſcunt, ita quidem, ut à ſententiis Archi-Epiſcoporum vel Epiſcoporum in cauſis ac negotiis ſecularibus provocetur vel ad Cameram, vel ad aulicum Cæſaris Judicium. *Gail. lib. 1. Obſ. 30. n. 2. Knichen. cit. tract. c. 2. n. 10. Henning. Gœden. conſil. 59. n. 2.* atque *Myler. ab* Ehrenbach/ *Archolog. c. 15. n. 6.*

73 Etſi igitur diffiteri nequeamus, hodienum Pontificem Romanum in conſtitutione & confirmatione Epiſcoporum Germanorum, (utut è re Eccleſiæ & Imperii noſtri non ſit, ceu deduxit *Dn. Conring. de Conſtit. Epiſcop. Germ. th. 67.*) ſuas ſortiri partes, adeoque easdem ſibi quoque in eorundem deſtitutione ac depoſitione vindicare, eandem tamen absque Imperii & Imperatoris conſenſu peragere haud poſſe; quin potius deſtitutionis illius conatum irritum eſſe cenſemus, ſi non Epiſcopi quoque regalibus & bonis feudalibus Eccleſiaſticis ab Imperio & Imperatore legitime priventur. Hactenus namque dicta ſufficienter arguunt, omnes Epiſcopos & Abbates Imperii hodierno jure propter regalia, bona feudalia & alia ab Imperio poſſeſſa, ſuo modo, & quidem in temporalibus, ipſi Imperatori ſubjectos eſſe, eique obedire debere. *Burgold. in Notit. Imp. p. 2. diſc. 20. n. 6.* adeo ut non tantum feudi privatione puniri, *Cruſ. de Indic. delict. p. 1. c. 64. n. 10. Myler. ab* Ehrenbach/ *de Princ. & Stat. Imp. c. 93. n. ult.* ſed etiam, ſi pacem publicam violaverint, ab Imperatore condemnari poſſint. *Gail. lib. 1. de Pac. publ. c. 1. n. 13. & c. 8. n. 8.* atque *Burgold. cit. diſp. 20. n. 6.* Hoc tamen peculiare eſt, quod hi Eccleſiaſtici Imperii noſtri Status non ordinaria pœna banni ob delictum publice ſub dio ab Impera-

Digitized by Google

peratore percutiantur ut ſeculares, ſed privatione regalium ac privilegiorum Imperii ſolum pœniantur: ſiquidem Cæſarea Majeſtas nullam in Eccleſiaſticas perſonas, qua tales, exercet jurisdictionem, ſed eam potius Papæ Romano relinquit, unde conſequitur, quod eas nec pœna ſanguinis nec banno ferire, ſed ſolum feudis Imperii aliisque juribus, quorum ratione Jurisdictioni Cæſareæ ſubſunt, privare poſſit, vid. *Blum. in Proc. Cam. tit. 29 n. 114. atque 184. Schweder. in Introd. jur. Publ. part. ſpecl. ſect. 1. c. 21. §. 3. atque Dn. de Uffenbach. de Judic. Aul. c. 24. ſect. 3.* Quod tamen in Statibus 75
Eccleſiaſticis Evangelicæ & reformatæ religionis aliter ſe habere videtur. Quoniam namque Papalis Jurisdictio quoad hos per *Pac. Religioſ. & Inſtrum. Pac. Cæſar. Suec.* plane ſuſpenſa eſt, iisdem æque, ac laicis, Imperiale bannum à Cæſarea Majeſtate infligi poſſe, cenſet *Blum. c. loc. num.* 184. Utriusque tamen religionis perſonæ 76
Eccleſiaſticæ cum ſecularibus Imperii Statibus hoc commune habent, quod in declaratione banni ac privatione regalium Imperator, cui hæc poteſtas tributa eſt, hodie *Electorum* conſenſum adhibere debeat. Magni ſane momenti quæſtio eſt, multis modis in præcedenti ac præſenti ſeculo, occaſione proſcriptionis Friderici Palatini, agitata: Num Imperator, absque communi Procerum Imperii conſenſu, Statum Imperii banno notare poſſit? Et cum totius Imperii, adeoque omnium etiam Statuum Imperii intereſſe verſari videatur in unius aut alterius Conſtatus proſcriptione, ad imminutionem Statuum Imperii ſpectante, omnium quoque conſenſum ad eum requiri dixeris, tanto magis, quia hoc ab omnibus Imperatoribus à temporibus Henrici V. perpetuo obſervatum fuit. Vid. *Limn. ad Capitul. Ferdinandi III. art. 30. in verbis:* Des Heiligen Reichs/ ꝛc. *num. 4. ſeqq.* primus vero Carolus V. exemplo plane novo, ſibi ſoli illam proſcribendi licentiam reſervavit, quem ſecutus eſt Ferdinandus II. quibus conatibus in tempore obviam ire cenſuerunt Electores, Ferdinandi III. Capitulationi inſerentes, ne quisquam ex Statibus Imperii, inconſultis Electoribus, proſcribatur, *cit. art. 30.* quod & in Capitulationibus ſubſequentibus, *Leopoldina* ſcil. *art. 28.* & noviſſima *Joſephi art. 27.* repetitum eſſe legimus, quo tamen non contenti reliqui Imperii Status ſuum ſimiliter requiri debere præſcitum urgere non deſierunt, juxta monita *Princ. Evang. ad Cap. Leopold.* Sane in *Inſtr. Pac. art. 8. §. habeantur &c.* 77

cautum exſtat, quod in proximis Comitiis communi Statuum conſenſu de modo & ordine, in declarando uno vel altero Statu in bannum Imperii, ſervando, agi ſtatuique debeat, quod quia hactenus nondum factum eſt, denuo Capitulationi Glorioſiſſimi noſtri Joſephi *cit. art.* 27. tractatum hunc ſequentibus inſertum legimus verbis: Wir ſollen und wollen auch fürkommen / und keines Weges geſtatten / daß hinführo jemanden / hohen und niedern Standes / Chur-Fürſten / Fürſt / Stand / oder anderer ohne rechtmäßige und gnugſame Urſach / auch ungehört und ohne Vorwiſſen / Raht und Bewilligung des Heiligen Reichs Chur-Fürſten / welche ſich des Wercks nicht theilhafftig gemacht / in die Acht und Oberacht gethan / gebracht oder erklärt / ſondern in ſolchem ordentlicher Proceß gehalten und vollzogen werde / wie es ſich nach Ausweiſung des Heiligen Reichs vorauſgeſetzter Satzungen / und der im Jahr 1555. Reformirten Cammer-Gerichts-Ordnung / auch darauf erfolgter Reichs-Abſchieden gebühret / und was deshalben bey dem künfftigen Reichs-Tag / wie reſervirt worden / von Chur-Fürſten / Fürſten und Ständen de modo & ordine weiter verglichen werden möchte. Conf. *Rhet. Inſtit. Jur. Publ. l. 4. t. 23. §. 8. ſeqq.*

78 Sed num idem ſtatuendum ſit quoad Cameram Imperialem, ut nec hæc circa conſenſum Electorum aliquem proſcribere, aut feudis regalibus privare poſſit, quæſtionis iterum maxime controverſæ eſt? Negativam tuetur *Limn. ad Capitul. Ferdinandi III. cit. art. 30. verb.* Chur-Fürſten / ꝛc. *n. 4. contra Synold. cognom. Schütz. Colleg. Jur. Publ. vol. 1. Ex. 4. th. 17. lit. b. in not.* quia poteſtas proſcribendi, quæ Cameræ conceſſa legitur, nullibi ita limitata reperitur, ad quod tamen reſponderi poteſt, Cameram jurisdictionem ſuam ab Imperatore habere, illiusque nomine bannum decernere: Jam cum huic ad declarationem banni abſque Electorum conſenſu progredi amplius integrum non ſit, certe nec Cameræ potius jus eſſe poterit, eo quod referens accipiat interpretationem ex relato, ita ut quicquid continetur in relato, dicatur quoque contineri in referente. Plura equidem pro ſtabilienda ſua ſententia affert *Limn.* argumenta, ſed his reſpondet *Dn. de Uffenbach. cit. ſect. 3.* adeoque Cameræ Imperiali hoc in caſu majorem poteſtatem, quam

79 Imperatori, haud conceſſam eſſe putat. Atque ex his declarationem quoque recipiunt, quæ *in cap. antecedent. n. 46. & ſeqq.* de foro Epiſcoporum in cauſis criminalibus propoſuimus: Etſi enim Epi-

ſcopi

ſcopi ratione ſuæ perſonæ, & quatenus conſiderantur ut Eccleſiaſticæ perſonæ, Papæ Romano ſubjaceant, neque Cæſar nec Imperium in illos ullam habeat poteſtatem, *Blum. in Proc. tit. 26. n. 43.* ſed ad forum Eccleſiaſticum etiam in criminalibus provocare poſſint. *Gail. lib. 1. de Pac. Publ. c. 1. n. 14. & Blum. tit. 29. n. 114.* Attamen non ſolum in caſu pacifragii religioſi coram Imperatore & Camera Imperiali forum ſortiuntur, ſed etiam, ſicubi delicti qualitas in laicis pœnam banni promeruerit, ab Imperatore, per Judicium Imperiale Aulicum atque Cameram Imperialem feudis Imperii aliisque juribus privari debent. Cœteroquin ubi Status Imperii delinquentes forum ſortiantur, & à quonam, extra pœnam banni aut privationem iſtam, puniri poſſint, de eo diverſæ Dd. reperiuntur ſententiæ, de quibus videri poteſt *Myler. ad Rumelin. in A. B. p. 2. differt. 1. th. 5. Schubhard. de Auſtreg. c. 5. n. 48. & ſeqq. Dn. Textor. differt. 1. ad Rec. Imp. de anno 1654. th. 72. Burgoldenſ. in Notit. Imper. p. 2. diſc. 20. num. 13.* atque *Rhet. cit. tit. 23. §. 3. & ſeqq.*
Denique etiam, ſalvâ Sede Epiſcopali, in perſona Epiſcoporum 80
Jus Epiſcopale tollitur ac finitur per *obitum Epiſcopi*, vid. *c. 30. diſt. 63.* perinde ut aliud beneficium Eccleſiaſticum vacat per mortem beneficiati. *Barboſ. de Off. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 57. n. 198.* cum heredes ſanguinis Clerici non habeant, atque ob interdictum matrimonii uſum habere nequeant. Quapropter in *Inſtrum. Pac. Caſar. Suec. art. 5. §. 4. verſ. Poſtulati &c.* cautum reperitur, ut poſtulati ſeu electi in Capitulationibus ſuis ſpondeant, ſe ſuſceptos Eccleſiaſticos Principatus, dignitates, & beneficia neutiquam hæreditario jure poſſeſſuros, aut id acturos, ut hæreditaria fiant, ſed libera ſit ubique Capitulo, & quibus id præterea cum eo pro more competit, tam electio & poſtulatio, quam ſede vacante adminiſtratio & Jurium Epiſcopalium exercitium, ex quibus verbis ſat abunde colligitur, quod loco ſucceſſionis, in Principibus ſecularibus receptæ, in Eccleſiaſticis ſit ſurrogata electio, vid. *Hermes in faſcic. Jur. Publ. c. 14. n. 3.* atque *Scharſchmid. ad Colleg. Jur. Publ. Schütz. vol. 1. ex. 7. th. 5.* Non tamen ante corpus Epiſcopi hu- 81
matum, atque ante ejus depoſitionis diem tertium ſucceſſoris electio fieri debet, *per c. 7. diſt. 79.* atque *c. Bona memoria. 36. X. de Elect.* quamvis nonnunquam cauſa accidere poſſit, ob quam accelerari queat ante ſepulturam, v. g. propter metum violentiæ,

 collu-

colluſionis, ambitionis, quorſum ſpectare videtur *c. 3. cauſ. 8. q. 1. Gonz. Tellez. ad cit. c. 30. n. 4. & 6.* atque tractatus conſultatorii, ſive potius informatorii pro electione futura peragenda haud prohibeantur, modo non inſtituatur formalis deliberatio. *Wagnereck.*
82 *ad cit. c. 36. not. 1. & 2.* Præterea poſt mortem prioris usque ad confirmationem novi Epiſcopi, adeoque ſede vacante, adminiſtratio Juris Epiſcopalis ad Capitulum pertinet, per *c. His, quæ. 11. ✠. de Major. & obed. c. Ad abolendam. 9. in pr. ✠. de Heret.* atque verba *Inſtrum. Pac. Cæſar. Svec. c. l.* Hoc ſiquidem defunctum Principem Eccleſiaſticum repræſentat, eoque jure omnem jurisdictionem tum Eccleſiaſticam, tum ſecularem exercet, œconomum unum vel plures, fideles tamen & diligentes, conſtituit, qui rerum Eccleſiaſticarum curam gerant, earumque rationem ei, ad quem pertinebit, reddant, itemque officialem ſeu vicarium intra octo dies denominat, vel exſiſtentem confirmat, ſed eum ſaltem, qui in Jure Canonico eſt Doctor, Licentiatus, vel alias, quantum fieri poteſt, idoneus. *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. c.* 16. denique etiam ad Comitia tam particularia quam univerſalia vocatur, prout
83 jam antea *cap.* 15. *huj. Tract. n.* 10. & *ſeqq.* deduximus. Quamvis ergo in *c.* 1. & *rubr. ✠. Ne ſed. vacant. aliq. innov.* ſede vacante omnis innovatio prohibita, atque *in c. 2. ✠. eod.* cautum reperiatur, quod Capitulum, tempore iſto, vice Epiſcopi in collationibus præbendarum de jure non fungatur; Hæc tamen & ſimilia alia ſunt intelligenda de illis, quæ Epiſcopo non tanquam ordinario ac Epiſcopo, ſed potius ex ſpeciali privilegio conceſſa reperiuntur, atque potius gratiam, quam juſtitiam reſpiciunt, in quibus Capitulum Epiſcopum non repræſentat, adeoque nihil innovare poteſt, ut liquet ex iis, quæ jam antea in *Cap. 3. huj. Tract. n. 87.* propoſita leguntur, atque uberius deducit *Nicol. Garc. de Benef. p. 7. c. 7.* ubi variis declarationibus adhibitis demonſtrat,
84 quæ ſede vacante Capitulo competant, vel non. Surrogato vero ſucceſſore, adminiſtratio & exercitium Jurium Epiſcopalium iterum ad novum devolvitur Epiſcopum, qui propter ea, quæ ad ipſum ſcil. ſpectant, ab œconomo, vicario, aliiſque quibuscunque officialibus & adminiſtratoribus, ſede vacante à Capitulo vel ab aliis ejus loco conſtitutis, rationem officiorum, jurisdictionis, adminiſtrationis, aut cujuscunque eorum muneris exigere, eosque
qui

qui in officio & adminiſtratione deliquerunt, punire poteſt, etiamſi
officiales redditis rationibus à Capitulo vel ejusdem deputatis, ab-
ſolutionem aut liberationem obtinuerint, per doctrinam *Conc. Trid.
cit. cap. 16.* quam uberius illuſtrat *Nicol. Garz. de Benef. p. 7. c. 7. n.
23.* Cœteroquin in univerſum Eccleſiæ jus ſuccedit, adeoque filio
ac hæredi in *c. 1. X. de Solut.* hactenus æquiparatur, quod prædе-
ceſſorum debita, in utilitatem Eccleſiæ contracta, exſolvere coga-
tur. Unde nunc delabimur ad diſquiſitionem: In quantum Suc- 85
ceſſor Eccleſiaſticus ex obligatione defuncti obſtringatur? circa
quam vel maxime inter *negotia civilia & feudalia* diſtinguendum
eſt. Quoad *Civilia* iterum intereſt, num Epiſcopus aliusque Præ-
latus abſolute, an cum reſpectu Eccleſiæ vel dignitatis debita con-
traxerit, ſive, an propter neceſſitatem propriam, an vero propter
neceſſitatem & utilitatem Eccleſiæ ſe obligaverit. *Priori caſu* con-
ventio nec Eccleſiæ, nec Capitulo, nec etiam ſucceſſori præjudi-
care poteſt, *per c. 1. X. de Depoſ.* ubi vid. *Anton. de Butrio, Franc.
de Amaya ad l. 15. C. de Decurr. n. 4.* aliique plures, atque *Coth-
mann. vol. 2. Reſp. 61. n. 35.* Succeſſor ſiquidem, etſi hæres appel-
letur *in c. fin. c. 12. q. 2.* talis tamen non eſt ex voluntate defuncti,
ſed quia eandem ſedem habet, unde quoque prædeceſſorem non
repræſentat, nec ejus facto prægravari poteſt, contra *l. 1. C. ne.
ux. pro marit.* quæ ratio, quod ſucceſſor alienationes anteceſſoris,
ſine conſenſu Capituli & reliqua ſolennitate factas, ratihabere
haud teneatur, ut poſt infinitos alios docet *Beſold. 2. Conſil. 30. Po-
ſteriori* vero caſu, ſi ſcil. vel (1) Epiſcopus anteceſſor contraxerit
debitum intuitu, vel in neceſſitatem aut utilitatem Eccleſiæ, *per
c. 1. X. de Solut.* ubi vid. *Gonzal. Tellez*, qui plures parallelos tex-
tus citat, *nec non Barboſ. in Collectan. & Pet. Peck. de Eccleſ. ædif. c. 19.* etſi pro
neceſſitate Eccleſiæ contractũ, in ejus utilitatem ab anteceſſore ver-
ſum non ſit, ut cum *Hoſtienſi* docet *Panorm. ad cit. c. 1. n. 2.* quem laudat ac
ſequitur *Wag. ad eund. text. in fin.* vel ſi (2) alicui in remunerationem
meritorũ ac ſervitiorum, Eccleſiæ aut dignitati exhibitorum, aliquid
promiſerit, *c. ult. c. 16. q. 6.* ſucceſſor promiſſum adimplere ac præſtare
tenetur, modo non ſit temerarium, inconſulto calore factum, aut
contineat negotium prohibitũ & illicitũ. quia enim in ſedem prioris
ſuccedit, æquum etiam eſt, ut onera ejusdem ſolvat, dum fructus
& commoda percipit, *l. 10. ff. de R. I. l. 22. §. pen. C. de furt.* Vid. de

Digitized by Google

his omnibus latius *Mantic. de tac. & ambig. Convent. lib. 5. tit. 13. per*
86 *tot.* nec non *Gonzal. Tellez. c. l.* Exque hac differentia jam fluit, ſi Epiſcopus locaverit fructus & reditus Epiſcopatus ad tempus, jure vel ſynodali conventione permiſſum, atque ante tempus locationis finitum decedat, quod Prælatus ſucceſſor huic locationi ſtare haud teneatur, quia perſonæ non ſuccedit, neque eam repræſentat, *Gonzal. Tellez. c. l. n. 5.* hocque uberius confirmant *Barboſ. & Wagnereck. ad c. ult.* ✠. *ne Prælat. vic. ſuas vel Eccleſ. ſub ann. cenſ.* niſi iterum locatio nomine Eccleſiæ, & quidem pro ejus utilitate, interveniente auctoritate Superioris, facta ſit, quæ alioquin neceſſaria juris ſolennitas hac in re eſſe dicitur, ut docet *Barboſ. de Off. & pot. Epiſc. p. 3. alleg. 94. n. 1.* aut niſi vel annus ſit inchoatus, & jam facta impenſa neceſſaria, vel conſuetudo loci velit, ut ſucceſſor ex locatione obſtringatur, vel denique ſummus Pontifex eam permiſerit ſub clauſula, ne conductor à ſucceſſore moleſtetur, de quibus aliisque limitationibus vid. *Barboſ. cit. alleg. 94. n. 2. & ſeqq.* In omnibus tamen caſibus, quibus ſucceſſor locationi factæ vel ſtare tenetur, vel ab ea recedere poteſt, colonus pari jure frui debet, ne inæqualitas oriatur, vid. *Surd. dec. 52. n. 9. & 10. Stephan. Gratian. Diſcept. for. c. 660. n. 63.* atque *Barboſ. ad d. c. ult.*
87 *n. 6. in f.* Quod vero *negotia feudalia* attinet, diſpiciendum eſt: An Epiſcopus de bonis ſuis propriis aliquid promiſerit, vel inveſtituram fecerit, an vero de bonis Eccleſiæ. Priori caſu ſucceſſor ejus cogitur promiſſum vel inveſtituram omnimodo adimplere, per *text. 2. F. 35.* ubi vid. *Bitſch.* Poſteriori vero videndum rurſus eſt, an *bona Eccleſiæ* ſint *titulata*, an *non.* Si ſint titulata, omnis promiſſio atque inveſtitura eſt invalida, adeoque à ſucceſſore nullatenus ſervanda, per *text. 1. F. 6.* ubi feudum conſtitutum in rebus Eccleſiæ, quæ *tituli* vocantur, nullum vigorem habere dicitur. Significantur autem voce *Tituli* hic res ſive bona Eccleſiæ, ratione tituli Clerico aſſignata, perinde ut tituli alioquin vocantur bona & facultates, quæ quovis titulo alicui competunt. Vid. *Carol. du Freſne in Gloſſar. verb. Tituli.* Nimirum non admittebantur quondam in Clerum, niſi certæ Eccleſiæ adſcripti, totque tantum in Eccleſia inſtituebantur, quot nutriri poterant, *c. Auctoritate. 4.* ✠. *de Inſtitut. c. ult.* ✠. *de V. S.* Inde ab Eccleſia, in cujus albo erant deſcripti Clerici, ejus Eccleſiæ & tituli eſſe dicebantur. Et hoc

hoc eſt, quod in Canonibus legimus, neminem ſine titulo, de quo vitæ neceſſaria percipiat, ordinandum, vid. *c. Epiſcop. 4. c. 16. & paſſim.* ✕. *de Præbend.* Sic ergo bona hæc titulata, ſive convenientia ſtipendia militiæ Clericalis, ut vocantur *in cit. 4.* ✕. *de Præbend.* adeoque hanc vel illam præbendam, v. g. Altaris S. Michaëlis, ad alimenta Clerici ordinati pertinentem, non poteſt Epiſcopus alteri in feudum concedere, ne impingat in prohibitionem *cit. text. 1. F. 6.* propoſitam, ubi hoc conſtitutum eſſe dicitur à Papa Urbano in ſancta Synodo, Placentina ſcil. juxta *can. Sanctorum. 2. diſt. 70.* hancce enim celebravit Urbanus II. Vid. *Cujac. 1. F. 1. Vultej. de Feud. lib. 1. c. 3. n. 10.* atque *Bitſch. ad cit. text. 1. F. 6.* cui veriſimile eſſe videtur, quod *Lindenbrog. in Gloſſar. Cod. Leg. antiq.* tradit, has res, perſonis Eccleſiaſticis aſſignatas, inde fuiſſe appellatas titulos, quod olim domibus atque prædiis affigerentur aut inſcriberentur tituli, ut appareret, cujus eſſent, & ad quos pertinerent, hucque refert *rubr. Cod. ut nemo privat. titul. præd. ſuis vel alien. impon. &c.* Si vero bona ſint *titulo vacua*, aliis equidem etiam 88
in feudum concedi poſſunt, modo probabilis neceſſitatis & utilitatis ſubſit cauſa, atque ſolennitates præſcriptæ adhibitæ fuerint, de quibus *in anteced.* egimus, & multo magis, ſi res ſint infeudari ſolitæ, hæ ſiquidem non tam noviter alienantur, quam potius, juxta infeudationem ſemel factam, ulterius ſolum conceduntur. *1. F. 1. pr. 6. & 19. necnon c. 2.* ✕. *& c. un. Extravag. Comm. de reb. Eccleſ. non alien.* Inveſtituram tamen ſive exſpectativam anteceſſoris, de caducitate feudi factam, ſucceſſor Epiſcopi in bonis Eccleſiæ haud adimplere cogitur. *1. F. 3. 2. F. 26. §. Moribus, & 2. F. 35. verſ. Si tamen &c. Roſenthal. de Feud. c. 6. concl. 6. n. 2. ſeqq. Hartm. Piſtor. lib. 2. q. 27.* atque *Carpz. p. 2. c. 45. d. 7.* Niſi (1) con- 89
ſenſu totius Capituli facta fuerit inveſtitura, quippe quod non moritur, adeo ut in locum prioris Prælati à Capitulo electus promiſſionem iſtius ratam habere teneatur, *Hartm. Piſtor. cit. q. 27. n. 16. ſeqq.* aut niſi (2) inveſtituram illam neceſſitas & utilitas Eccleſiæ exigat, *arg. c. 1.* ✕. *de Solut.* vel porro (3) is, qui inveſtituram hanc accepit, nomine ejus in poſſeſſionem feudi miſſus ſit, eo conſentiente, qui detinet, juxta *cit. text. 1. F. 3.* quæ verba diverſimode ab Interpp. accipiuntur, ut liquet ex traditis *Bitſch. in Comm. ad dict. text. not. 9.* probabiliter tamen intelligenda ſunt de caſu, quo

quo dominus exſpectativam factam reali traditione ſeu miſſione
in poſſeſſionem, concedente poſſeſſore, obſignat, exercitio illius
juris ſub conditione ſuſpenſo, & poſſeſſori interim integro ſerva-
to. Vid. *Struv. in Synt. Feud. c. 7. aph. 9. n. 8.* ubi *circ. fin.* hanc quo-
que mentem *Andreæ de Iſernia* eſſe dicit. Denique niſi (4) condi-
tio vivente Epiſcopo, qui exſpectativam conceſſit, exſtiterit, ip-
ſeque, abuſiva inveſtitura facta, ante traditionem deceſſerit.
90 Equidem hanc limitationem impugnare videtur non ſolum *text.*
2. F. 35. qui requirit, ut ipſe Epiſcopus ac Prælatus inveſtiens tra-
dat, ſed & *text. 1. F. 25. §. ult.* poſtulans, ut vivo Prælato vaſallus
poſſeſſionem conſequatur. Quapropter *Finckelthuſ. diſſ. Feud. 7.*
th. 12. lit. B. hoc caſu inveſtituram evaneſcere docet. Verum,
contrarium ſtatuunt *Adr. de Iſern. Matth. de Afflict.* aliique *ad c. 1.*
§. ult. 1. F. 25. quorum ſententia tum in textu *1. F. 3. & 1. F. 9.* tum
etiam in ratione hac fundata eſſe videtur, quod Epiſcopus ac Præ-
latus, absque aliis requiſitis, res infeudari ſolitas rurſus in feudum
concedere poſſit, prout ex *1. F. 1.* jam antea demonſtravimus.
Sed huic aſſerto rurſus obſtare videtur *1. F. 25. §. ult.* ubi dicitur:
Si Clericus inveſtitor ante moriatur, quam vaſallus poſſeſſionem feudi aſ-
ſignati nactus fuerit, exinaniri feudum. Ut dubium hoc tollat, di-
ſtinguit *Tabor. de Obligat. Succeſſ. in offic. c. 6. th. 10.* utrum feudi a-
perti poſſeſſio jam ſit avocata à Clero collatore, an non, ſed ad-
huc penes tertium, prioris ſcil. vaſalli hæredem, aut alium con-
tradictorem exſiſtat, ut hoc caſu ſucceſſor Clerici poſſeſſionem
avocare, & inveſtito conferre non teneatur, *per cit. text. 1. F. 25.*
illo autem poſſeſſionem ad ſe devolutam & affectam tradere in-
veſtito cogatur, juxta verba *text. 2. F. 35. in verb. ſi poſſeſſio rei pro*
beneficio penes ipſos fuerit: rationem differentiæ hanc aſſignat,
quod illo caſu, quo poſſeſſio jam tranſiit ad Clericum collato-
rem, non tantum jus & cauſa remota, ſed & facultas & cauſa
91 proxima implendæ inveſtituræ in manibus Clerici exiſtat. Sed
enimvero poſſeſſio tertii nihil facere videtur ad liberandum ſuc-
ceſſorem: deciſio potius hujus controverſiæ petenda eſt ex jure
quæſito inveſtiti, quod producit actionem contra ſucceſſorem,
modo Eccleſiæ fuerit apertum vivo inveſtitore, ſive Eccleſia poſ-
ſideat, ſive etiam tertius; Quapropter textus obſtans eſt intelli-
gendus de eo caſu, quo conditio vivo eo, qui inveſtituram pete-

bbbb 3 git,

git, non exſtitit, ut adeo, ſi ante moriatur, quam vaſallus poſſeſſionem feudi nanciſcitur (feudo ſcil. nondum aperto) exinanitur feudum. Licet ergo *in 2. F. 35.* poſſeſſionis fiat mentio, illa tamen verba non ſunt captanda, cum deſcribant ſolum caſum feudi aperti, quo poſſeſſio rei ad dominum feudi redit, idque etiam ſuadet oppoſito *in d. 2. F. 35.* in cujus *verſ. ubi vero &c.* tractatur, caſus de feudo nondum aperto. Vid. *Matth. de Afflict. ad cit. text. 1. Feud. 25. §. 1. in princ. verſ. Secus tamen &c.* atque cum *Andr. de Iſern.* aliisque *Dn. Struv. in Synt. Feud. c. 7. Aph. 9. n. 9.* ubi prolixius hoc argumento tractat. Aliorum conciliationes & ſubdiviſiones refert *Bitſch. ad d. §. 1. 1. F. 25.* quæ rem tantum intricatiorem reddunt. Peculiaris tamen diſtinctio proponitur in ſæpe *cit. 2. F. 35.* 92
inter alios Epiſcopos & Archiepiſcopum Mediolanenſem, qui poſterior ea demum feuda reinfeudare poteſt, quæ ipſi aperta ſunt, poſtquam ad Archiepiſcopatum pervenit, non etiam ea, quæ antea ad Eccleſiam fuerunt devoluta, cujus ſpecialitatis rationem Dd. vel plane nullam, vel non niſi meram ſtatuentium voluntatem, eſſe cenſent: Alii tamen rationis loco adducunt, quod vel Archiepiſcopus Mediolanenſis in feudis, quæ tempore introitus in dominio Eccleſiæ invenit, ullum jus nunquam habuerit, vel etiam quod hoc ſit factum amplificandæ Eccleſiæ Mediolanenſis gratia. Vid. *Cujac. 4. F. 40. Bitſch. ad d. text. 2. F. 35. Finckelthuſ. diſp. Feud. 3. controv. 2. in limit.* atque *Tabor. de Oblig. Succeſſ. in offic. c. 6. th. 7.* Hæcque de *Contrariis*, eorumque occaſione de obligatione 93
Succeſſorum in Epiſcopatu ſufficiant, quam poſteriorem alioquin prolixius evolvit *Tabor. cit. tract. c. 6. per tot.* inſimulq; *ſubſeq. c. 7.* peculiarem diſcurſum ſubjicit de ſtatutaria obligatione ſucceſſorum in officiis Eccleſiaſticis, vigore cujus in quibusdam Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis cum vidua & filia defuncti ad ineundum matrimonium adſtringuntur, quam *Matth. Stephan. lib. 3. de Jurisdict. p. 1. c. 17.* atque *Eberhard. Speckhan. cent. 3. claſſ. 1. q. 5.* multis defendunt & propugnant rationibus, quas tamen omnes reſolvit ac refutat, ſicq; hanc obſervantiã reprobat; Quapropter & ipſi Theologi, interq; eos *Gerhard. in loc. de Miniſt. Eccl.* cavendum eſſe monent, ne per ejusmodi ſtatutum ſucceſſionum hæreditariarum jura ad officiorum Eccleſiaſticorum conſtitutionem transferantur. Cæteroquin ex his *Contrariis* jam liquet, quod Sedes Epiſcopalis 94

Dddd non

Digitized by Google

non tantum per obitum Epiſcopi, ſed etiam aliis modis omnibus vacare dicatur, quibus Jus Epiſcopale in perſona Prælati exſtinguitur, ita quidem ut novi Epiſcopi conſtitutio neceſſaria ſit, de
95 qua jam antea ſub *cap. 5. hær. Differt.* fuſius egimus. Superintendentium tamen aliorumque Inſpectorum functiones in Eccleſiis Evangelicis hoc commune habent cum aliorum Clericorum officiis, quod iisdem modis finiantur ac exſtinguantur, quibus horum officium ceſſat, vel ob culpam & exceſſum, vel etiam ſine culpa eorum, quo poſteriori caſu ſingulare ipſis datum eſt privilegium, quod poſt mortem ipſorum reditus & ſalaria ad certum tempus familiæ defuncti cedant, quod in favorem viduæ liberorumque receptum eſt, vocaturque tempus *Gratiæ*, das Gnaden-Jahr. Varium tamen pro ratione locorum & ſeculorum deprehenditur, fuit aliquando menſtruum, eſt & annuum, plerumque ſolet anni dimidium continere. *Wehner. in Obſ. Pract. voc.* Gnaden-Jahr. *Rauchbar. p. 1. q. 25. Carpzov. lib. 1. def. Eccleſ.* 183. *& ſeqq.* atque *Schilter. lib. 1. Inſtit. Jur. Can. tit.* 17. §. 20. *& ſeqq.* qui de ejus termino, modo computandi, aliisque plenius agunt, ad quos *B. L.* remittimus.

96 Reſtat, ut nunc pauciſſimis quoque ſubjiciamus, quomodo *Jus Epiſcopale à Jure Sacrorum*, vel, ut alii loqui malunt *Jure circa Sacra* (quamvis hoc conſequens Juris Sacrorum ſit, perinde ut Juris rerum diſpoſitio circa rem; ut demonſtrat *Dn. Stryck. ad Brunnem. jus Eccleſ. l. 1. c. 6. membr. 12.*) differat, quod hactenus quidem ſubinde innuimus, potiſſimum tamen *ex ſubjecto objecto, & modo*
97 *exercendi* cognoſci poterit. Quoad *Subjectum*, ſiquidem ex hoc noſtro tractatu abunde liquet, Jus Epiſcopale non niſi Epiſcopis, & qui illis hac in re æquiparantur, aut eos repræſentant, competere; ſed Jus Sacrorum Curiæ Romanæ adſentatores Pontifici Romano tribuere, adeoque ſummo conatu propugnare: Eum Jure Divino & ab ipſo Chriſto conſtitutum eſſe Eccleſiæ caput & principem cum auctoritate res fidei determinandi & infallibiliter definiendi, adeo ut, quod ab ipſo definitum, ſine animæ pernicie in dubium vocari nequeat; quare, qui Canoniſtarum floſculos amat, evolvere poterit *Barboſ. lib. 1. jur. Eccleſ. c. 2. per tot.* ubi ex variis Scriptoribus Pontificiis titulos aliaque plura hanc in rem ac-
98 cumulata inveniet. Hancque circa Sacra curam Pontifici Romano in

no in tantum vindicant Canoniſtæ, ut non ſolum Epiſcopos, niſi per delegationem Pontificis unum vel alterum jus ipſis ſpecialiter fuerit commiſſum, ſed & quosvis Magiſtratus ac Principes ſeculares ab ea excludant, adeoque omnem ipſis poteſtatem Eccleſiaſticam adimant, quod præcipuum axioma eſt, in quo hucusque Sedes Papalis ſe fundavit. Ne tamen Principes illam indignius ferrent, nec haberent, de quo conqueri poſſent, conceſſerunt ipſis tandem, utut inviti, protectionem quandam & *Advocatiam* Eccleſiæ, inſimulque Imperatori Jus *Primariarum Precum*, prout jam antea ſub initio *huj. Cap.* demonſtravimus, quæ jura tamen ipſis non, niſi ex privilegio vel indultu Papæ, aut inveterata conſuetudine competere cenſent. Hinc & privilegium primariarum Precum ſe bullatum vidiſſe refert *Speculat. l. 4. p. 3. de Præbend. & Dignit. §. reſtat. num. 7.* Sed enimvero ſicut illorum 99
ſententia, qui hæc duo jura *Protectionem* ſcil. & *Primarias Preces* antiqui Juris circa Sacra atque collationem Epiſcopatuum aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum reliquias eſſe, Imperatoribus vero per continuatum ad tempora noſtra exercitium manſiſſe contendunt, ſine dubio veriſſima eſt, cui cum multis Juris Publici Scriptoribus hanc in rem adductis ſuffragatur *Schweder. in Introd. jur. Publ. part. ſpec. ſect. 1. c. 1. §. 15.* Ita quoque ex illis, quæ ſubinde allegavimus, 100
certiſſimum eſt, Jus circa Sacra & religionis curam vel ſupremæ competere poteſtati, ſive penes Principem, ſive penes Senatum & Optimates, ſive etiam penes Populum, aut ex his mixtim pro diverſitate reipublicæ reſideat, ut præter Auctores ſub initio *hujus Cap.* laudatos ulterius deducunt *Ziegler. de Jur. Majeſt. lib. 1. c. 13.* atque *Dn. Rhet. in Diſſ. de jur. Stat. Imper. circ. Sacr.* ita tamen, ut in ejusdem exercitio perpetuam ad Scripturam S. ac voluntatem Divinam habeant reflexionem. *Ziegler. cit. c. 13. §. 14.* Vel ſi non huic ſoli, nec tamen Clero duntaxat, ſed & tertio ordini, populo ſcil. adeoque toti Eccleſiæ, uti vult *Schilt. lib. 1. Inſt. jur. Can. tit. 3. §. 15.* ubi quidem in his communitatibus, quæ extra Eccleſiam cernuntur, Jus circa Sacra penes ſummam poteſtatem reſidere dicit; cum vero religio Chriſtiana ex revelatione S. Scripturæ unice dependeat, etiam perſonas & res ad eam ſpectantes, non tam arbitrio Superioris, quam potius normæ divinæ per ſuam naturam ſubjacere cenſet, ita quidem, ut Eccleſia reipublicæ unita

 non

non auferat ſummæ poteſtati τὸν Κύριον circa ſacra, ſed modere-
101 tur ſolum & temperet. Hacque ratione, quia Eccleſia, ut cum allegatis tradit *Reinking. de R. S. & Eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. c. 6. n. 15.* ex triplici Statu conſtat, Politico, Eccleſiaſtico & Populari, ſingulis, ſicut in aliis negotiis, ita in vocatione miniſtrorum Eccleſiæ ſuæ debentur partes, ita quidem; ut Eccleſiaſtici ſit, conſulere de perſona idonea, Popularis ſit, approbare, Politici vero, decernere ac proſpicere, ut miniſteria Eccleſiaſtica rite ac recte adminiſtrentur. Conf. *Dn. Spener. in Doctr. fid. ad text. 1. Petr. 4. poſt Domin. 25.*
102 *poſt Trinit. in objecti. Dogm.* Non immerito proinde in terris Proteſtantium hoc Jus Statibus Imperii Evangelicis ita reſtitutum eſt, ut juri territorii & ſuperioritatis horum Statuum vi *Pacificationis Religioſæ*, in *Comitiis Imperii, Capitulationibus Cæſareis, & Inſtr. Pac. art. 5.* confirmatæ, innitatur, prout jam antea in *Cap. 16. hat. Diſſ. n. 11. & 12.* monſtravimus. Sic ergo illud una cum Jure Epiſcopali libere & tranquille, ſine ulla Pontificum Romanorum turbatione, exercent, quamvis interdum ex privilegio aut immemoriali præſcriptione partes quasdam hujus ſummæ poteſtatis etiam Landſaſſiis ac municipalibus Civitatibus tribuerint. *Brunnem. cit.*
103 *c. 2. §. 9.* Quoad *Objectum* jus hoc circa Sacra abſolvitur potiſſimum religionis in rempublicam introductione, & alterius reformatione vel ejectione, hæreticorum coërcitione, ceremoniarum diſpoſitione, feſtorum indictione, Conciliorum convocatione, Epiſcoporum confirmatione, aliisque variis negotiis & cauſis, quibus Status Eccleſiæ adminiſtratur ac conſecratur. Hinc ſummus Pontifex quæſtiones de fide majoresque Eccleſiæ cauſas decidit, Concilia congregat, Epiſcopos transfert, & eorum ſedes mutat, ipſos deponit, depoſitos reſtituit, ceſſiones ab iis accipit, eos, ne cui alii quam Sedi Apoſtolicæ parere teneantur, eximit, Epiſcopatus duos unit, unum partitur, vota commutat, illegitimos dignitatum capaces reddit, appellationes ad ſe, mediis omiſſis, interpoſitas admittit, de iis cognoſcit, ſententiasque nulli appellationi ſubjectas fert. Eſt ergo Jus Epiſcopale, prout ſubinde demonſtravimus, *Juri huic ſubordinatum*, ita quidem, ut Jus Sacrorum cætera omnia Jura complectatur, quæ Jura Epiſcopalia tranſcendunt ac ſubinde relata ſunt, in genere vero ad duo ferme membra pertinent: (1) ut *recte ſe habeat Eccleſia*, & (2) ut *defendatur*,

ac contra hoſtes externos ſalva & incolumis præſtetur, quorum *prius* rurſus circa tria præcipue verſatur, ſcil. circa cultum divinum nec non perſonas cultui deſtinatas, ac res & bona ad cultum hunc neceſſaria, Vid. *Dn. Stryck. in addit. ad Brunnem. Jus Eccleſ. l. 1. c. 6. m. 12.* §. *1.* quæ rurſus ad quinque ſequentia poſtmodum prolixius declarata capita revocat *Dn. Ziegler. cit. l. 1. c. 13. n. ult.* (1) ut vera religio introducatur, & falſi cultus corrigantur, (2) ut ſacris præficiantur perſonæ idoneæ, & removeantur, qui doctrina & moribus offendicula ponunt, (3) ut conſtituatur forum Eccleſiaſticis perſonis peculiare; atque ipſis certa concedantur privilegia, (4) ut bona Eccleſiaſtica debito modo adminiſtrentur, denique (5) ut illæ quoque cauſæ, quæ ex utroque jure tam divino quam civili mixtæ eſſe videntur, decidantur & dijudicentur. Conf. *Brunnem. cit. c. 2.* §. *2.* *Poſterius* vero continet jus tuendi ac defendendi Eccleſiam, qua occaſione notaſſe refert: Defenſores Eccleſiæ in duplici quondam fuiſſe differentia, alios illuſtres, & qui bello vim publicam arcebant, alios vero, qui in judiciis aſſiſtebant, hicque defenſores ἔκδικοι, qui res & jura Eccleſiarum tam in judicio, quam extra judicium, ſcriptis, legationibus, commendatitiis, interventionibus & quibusvis aliis modis tuebantur, ac, ut ſalva eſſent omnia, operam dabant. Hique cœperunt ineunte *ſeculo quinto* ad inſtantiam Epiſcoporum Carthaginenſium, qui petierunt ab Imperatoribus, ut darent poteſtatem conſtituendi Scholaſticos, quo nomine eo tempore defenſores hi inſigniebantur. Vid. *Can. 97. Cod. Canon. Eccleſ. African.* atque *Can. Concil. Milevit.* 16. ex eisque *Zigler. cit. lib. 1. c. 22. n. 2. & 3.* Ex quibus differentia, quæ ratione objecti inter Jus Sacrorum & Jus Epiſcopale intercedit, facillimo cognoſci poterit negotio. Quod denique *modum exercendi* attinet, ad confuſionem evitandam placuit, ut poteſtas hæc per eos exerceatur, quos Deus & Eccleſia deſtinavit, inter quos per hactenus dicta *primas* tenet *ſumm. Reip. poteſtas*, cui Jus circa ſacra, h. e. perſonas & res, ſed, uti vult *Schilter. cit. loc.* vi unionis cum Eccleſia temperatum, omni jure competit: poſt eam *certus Ordo*, qui ob id Clericorum & Miniſtrorum Eccleſiæ dicitur, ad hoc conſtitutus, ut poteſtatem ordinis exerceat, Scripturam recte interpretur, Evangelium doceat, Sacramenta adminiſtret, & exerceat, denique etiam *populus*, qui ad certos actus probandos, vel 104

totus, vel etiam per deputatos ſuos, quos veteres Presbyteros laicos vocarunt, nonnunquam concurrere debet. *Schilt. lib. 1. Inſt. Jur. Can. t. 3. §. ult.* atque *Dn. Spener. c. l.* Sic ergo poteſtas interna eccleſiaſtice exerceri; externa vero circa Eccleſiaſtica modo quodam civili peragi debet, cum perpetua ad Scripturam ſacram reflexione.

105 Sed enim vero circa hæc & in terris *Proteſtantium* æque ac *Catholicorum* peccari, Cordatiores hactenus obſervarunt, cum *in his* tertio Ordini, populo ſcil. omne jus priſtinæ facultatis ademtum, vocatio ac electio Eccleſiæ ablata, ac in Pontificem eosve, qui ab eo dependent, cum omni jure translata ſit. *Reink. de R. S. & Eccleſ. l. 3. cl. 1. c. 6. n. 13.* *In illis* vero Statui politico ſua equidem reſtituta ſunt jura, tertius tamen, œconomicus ſcil. Status, à quam plurimis adhuc exclusus reperitur, ut conqueritur *Dn. Spener. c. l.* qui propterea emendationem ſvadet, ut & huic Ordini juxta normam

106 veteris Eccleſiæ ſuæ iterum reſtituantur functiones. Videmus ergo, in Eccleſiis Catholicorum ex Clericorum ordine nonnullis ſucceſſive cum Jurisdictione in cæteros poteſtatem iſtam, quam Juris Epiſcopalis nomine inſignimus, quamque hactenus conſideravimus, conceſſam; Pontifici vero ac Sedi Apoſtolicæ omne Jus Sacrorum tributum eſſe, adeo ut *Dn. de Uffenbach. in Tract. de Conſil. Cæſar. Aul. c. 10. ſect. 2. ſubſect. 1. n. 1.* fateri cogatur: Wie unſtreitig Ihro Römiſche Käyſerliche Majeſtät die cognition in cauſis Eccleſiaſticis zukomme/ ſo wäre doch durch deroſelben allzugütige connivenß Pontifex maximus in poſſeſſion. *Epiſcopi* proinde per ſuos Vicarios atque judicia Eccleſiaſtica Jus Epiſcopale exercent; *Pontifex* vero in Sede Apoſtolica Jus circa Sacra tractat, & quidem in Conſiſtorio congregatis Cardinalibus, in quo omnia, quæ ad cultum divinum, fidem ac religionem Chriſtianam, nec non pacem orbis Chriſtiani ac conſervationem temporalem Eccleſiæ Romanæ pertinent, peraguntur, quamvis ad conſenſum & conſilium Cardinalium eum haud abſolute adſtringere velit *Engel. ad*

108 *tit. X. de Major. & obed. n. 10.* In territoriis autem Proteſtantium jus hoc Reges, nec non Principes aliique Status Imperii, vel in *ſecretioribus Conſiliis*, vel in *Senatu Eccleſiaſtico*, ſpecialiter hanc in rem conſtituto, vel etiam in *Conſiſtoriis ſupremis* aliisque *Tribunalibus*, ſicque utplurimum ſeparatim à Jure Epiſcopali tractant; quandoque etiam in Synodis, vel extra ordinem, vel ſtatis tempori-

poribus coactis, cauſas Eccleſiæ publicas deliberandas proponunt. Cum tamen ſæpius celerem requirant expeditionem, ut convocationem Synodorum exſpectare haud poſſint, ſolent quidem Conſiſtoriis cauſæ privatorum & judiciariæ relinqui, publicæ vero ad legislationem & conſultationem Statibus Proteſtantibus, eorumque Senatui Eccleſiaſtico vel Sanctiori aſſignari. Vid. *Carpzov. lib. 1. def. Eccleſ.* 11. *num.* 7. & *Stbilter. cit. lib.* 1. *tit.* 5. §. 3. Cumprimis tamen peculiares cujuscunque loci Ordinationes conſuli debent, ad quas B. L. remittimus, tandemque ad finem properantes Divinæ bonitati & clementiæ pro gratia ineffabili, qua in harum *Diſſertationum* elaboratione nobis præſto fuit, laudes perſolvimus ſubjectiſſimas.

CONCLUSIO,

Monita quædam adjiciens.

Summaria.

1. Admonitio ad *Lectorem* de omnibus *Diſſertationibus* earumque *Capitibus* ſingulis perluſtrandis.
2. Poſteriora ſiquidem ſanctiones Imperii potiſſimum continent, adeoque priora explicant.
3. Sic ea, quæ *de Origine Juris Epiſcopalis* in prioribus dicta reperiuntur, in poſterioribus declarantur.
4. Nec non ea, quæ *Proviſionibus & Reſervationibus Pontificum* adducta ſunt.
5. Illis proinde in Germania *electiones* præferuntur, qua occaſione earum uſus inter Proteſtantes reperitur.
6. Declaratio circa *Jus Advocatiæ* ſublatum additur ob *Abbatiſſas*, quarum exempla proponuntur.
7. Advocatiam *Abbatiſſæ Quedlinburgenſis Electores Saxoniæ* ab eadem jure feudi recognoſcunt, quod per literas inveſtituræ confirmatur.
8. Quibus cum Advocatia iſta Electores Saxoniæ polleant juribus, relativè adjicitur.
9. Reliquarum, quæ ſuperſunt, Advocatiarum jura ex conceſ-

Digitized by Google

conceſſionibus factis cognoſcenda ſunt.

10. Dicta de foro Immediatorum Imperii Proteſtantium quoad cauſas matrimoniales *in cap. 15. n. 90.* ulterius explicantur.

11. Prætereaque ea, quæ Jurisdictionem Conſiſtoriorum Eccleſiaſticorum concernunt.

12. Quoad forum Epiſcoporum *in cap. ult.* peculiare quid additur; circa Principes & Status Imperii Eccleſiaſticos.

13. Quæ *in cap. 7.* de Capitibus Juris Epiſcopalis diverſis dicuntur, ulterius repetit *cap. 16.* ac cujusvis arbitrio relinquit, num ab hac diſtinctione recedere, an eam retinere velit.

14. Differentias denique inter *jus circa Sacra* & *Jus Epiſcopale* ulterius deducit *cap. ult.*

15. *Finis* additur.

1 ANtequam vero huic noſtro labori extremam imponamus manum, candidum *Lectorem*, ne priusquam omnes perluſtraverit *Diſſertationes*, earumque ſingula *Capita*, virga cenſoria utatur, officioſe monendum, imo rogandum eſſe cen-
2 ſemus. Succeſſu ſiquidem temporis hæ *Diſſertationes* prodierunt, adeoque prioribus varia ſubinde in ſubſequentibus adjecta reperiuntur *Capitibus*, maxime ex *ſanctionibus Imperii publicis* ea, quibus, præcipue quoad modum exercendi, *jus Diœceſanum* & tota *Jurisdictio Eccleſiaſtica* multis modis hodie temperata conſpiciuntur, ut adeo poſteriora Capita anteriora quoad diverſas explicent
3 ac declarent materias. Sic dicta *de Origine Juris Epiſcopalis*, quod certo reſpectu, quoad *poteſtatem* ſcil. *dogmaticam juri Divino* adſcribi poſſit, in ſubſequentibus ita declarata inveniuntur, ut quivis facile cognoſcere queat: Originem hujus Juris, ita, prout nunc conſpicitur, efformati, atque extra poteſtatem illam conſiderati, à conſtitutionibus mere humanis & Eccleſiaſticis dependere; Sicut & illa, quæ de Reſervationibus Pontificum circa Prælaturas & dignitates Eccleſiaſticas propoſita reperiuntur, ad Prælaturas & Epiſcopatus extra Germaniam reſtringenda veniunt. In Germania ſiquidem per Concordata Nationis Germanicæ electiones permittuntur Canonicæ, ut rariora Proviſionum exempla occurrant, nec *Monzamb, de Stat. Imp, c. 3. §. 6. in fin.* credat, taliter ſub-

ſubmiſſum à Capitulo agnitum iri, quod ipſum quoque *Wagnereck. ad c. 16. de Elect. in 6.* intendit, ac comprobat *Inſtrum. Pac. art. 5. §. 4.* in verbis: *In omnibus Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, & reliquis fundationibus immediatis jura eligendi ac poſtulandi juxta cujusque loci conſuetudines & ſtatuta antiqua illibata maneant &c.* Proinde 5
electiones canonicæ in Germania noſtra his Proviſionibus merito præferuntur. Et quamvis ad Epiſcopos Proteſtantium ob ea, quæ de Epiſcopatu *Oſnabrugenſi* & *Lubecenſi* in antecedentibus monuimus, electiones vix applicari queant, nihilominus tamen in aliis Prælaturis ac Abbatiis Evangelicis, æque ac poſtulationes locum habent, quam ob cauſam non ſolum inveſtituram *electorum ac poſtulatorum in Archiepiſcopos, Epiſcopos ac Prælatos Auguſt. Confeſſ.* Imperatori tribuit *Inſtrum. Pac. art. 5. §. 6.* in verbis: *Electi &c.* Sed etiam Abbatiſſam Quedlinburgenſem, *Annam Sophiam*, in ſubſcriptione Receſſus Imperii noviſſimi de Ann. 1654. des Kayſerlichen freyen Weltl. Stiffts Quedlinburg poſtulirte und confirmirte Aebtiſſin / modernam autem in inveſtituris quoque Cæſareis erwehlte und beſtätigte Aebtiſſin des Kayſerlichen freyen Weltl. Stiffts Quedlinburg nominatam fuiſſe videmus, quod ipſum Nos admonet, ut ea, 6
quæ de ſublatis *Advocatiis* Eccleſiaſticis in *anteced. cap. 14. n. 182. ſeq.* propoſuimus, non extendamus ad hanc aliasque nonnullas Abbatiſſas. Ita enim Esſenſis Abbatiſſa refertur ad circulum Weſtphalicum, habet advocatos Duces Bergenſes, teſte *Generoſ. Dn. Im-Hoff in Not. Proc. lib. 3. c. 22. §. 2.* atque jam memorata Abbatiſſa Quedlinburgenſis, ad cujus functionem non niſi illuſtri loco natæ admittuntur, annumeratur circulo Saxonico ſuperiori, ejusque advocatiam *Otto M.* qui fundationem ab *Henrico Aucupe & Mechtilde* factam, inſigni dote auxit, ſibi pariter ac illi, qui potentiſſimus in ſua domo eſſet, reſervaſſe dicitur, poſtea, exſtincta hujus Imperatoris familia, atque, variis circa hanc advocatiam intervenientibus mutationibus, *Anno Chriſti 1477.* cum civitas Quedlinburgenſis, Hanſeatico fœdere freta, *Hedwigis* Abbatiſſæ dictis minus audiens eſſet, *Ernſtus* Elector, atque *Albertus*, Duces Saxoniæ, Fratres Abbatiſſæ, eandem armis in ordinem redegerunt, atque columnam Rolandicam, qua, tanquam teſſera libertatis, ſuperbiebat, dejecerunt, à quibus temporibus hoc advocatiæ Jus Duces & Electores Saxoniæ obtinuerunt, ita quidem, ut jure feudi ab Abba- 7

Digitized by Google

omnia vero jura exactius cognoſci poſſunt ex tractatibus inter
Electorem Saxoniæ & Abbatiſſam Qaedlinburgenſem proximè
præcedenti ac hoc ipſo ſeculo celebratis; Sicut & reliquarum, quæ 9
adhuc vigent, Advocatiarum poteſtates, quibus ultra defenſio-
nis jus gaudent, diverſæ ſunt, adeoque haud melius, quam ex
fundationum & conceſſionum documentis, ac pactis, de earun-
dem exercitio interpoſitis, addiſci poſſunt. Quæ porro de foro 10
Statuum & Immediatorum Imperii Proteſtantium in cauſis matri-
monialibus & Eccleſiaſticis *cap. 6. har. Diſſert. n. 73. & ſeq.* propoſi-
ta extant, *in ſubſeq. cap. 15. n. 90. & ſeq.* ulterius explicantur, addito
conſilio de conſtituendo Conſiſtorio quodam ſupremo ad mini-
mum inter Status Proteſtantes Imperii, ejusque ſumtibus evitan-
dis, interim quomodo in hiſce cauſis procedendum ſit, monſtrat
cap. 16. n. 52. Rurſus *in cit. cap. 15.* uberius deducitur, qualem ju- 11
riſdictionem Conſiſtoria Eccleſiaſtica Proteſtantium habeant. Ubi- 12
nam præterea Epiſcopi forum ſortiantur, equidem *d. cap. 16. n. 46.
& ſeqq.* explicat, ſed conferendum eſt *cap. ult. n. 71.* in quo latius
expoſuimus, Principes & Status Imperii Eccleſiaſticos certa ratio-
ne ſubeſſe Imperio & Imperatori, eaque propter in ipſorum per-
ſonis hoc peculiare occurrere, quod eorundem depoſitio à ſolo
Pontifice peragi haud poſſit, ſi non inſimul Regalibus & bonis
feudalibus Eccleſiaſticis ab Imperio & Imperatore legitime priven-
tur. Quæ *in cap. 7.* de diverſis Juris Epiſcopalis capitibus eorum- 13
que differentia continentur, *cap. 14. n. 1. & ſeq.* prolixius iterum
examinantur, ita quidem ut cujusvis arbitrio relinquatur, an hæc
capita & enumerationem jurium ad illa ſpectantium retinere, an
vero ab illis recedere velit, cum Jus Epiſcopale ſit ens quoddam
variis juribus peculiaribus aggregatum. Denique quæ de diffe- 14
rentia inter Jus circa Sacra & Jus Epiſcopale intercedente *in cap. 1.
circ. fin.* diximus, prolixius deducta inveniuntur *in cap. ult. n. 96.*
ſicque poſteriora priora multis modis uberius deducunt, expla-
nant & interpretantur. Errores deniq;, qui citra expectationem 15
reſidui manſerunt, ut pro candore corrigantur, obnixe pe-
timus, hacque ſpe & fiducia freti ad feliciſſima
properamus terminalia.

DEO uni & trino ſit laus, honor & gloria.

F I N I S.

INDEX
RERUM ET VERBORUM,
in TRACTATU hoc
De
JURE EPISCOPALI
occurrentium,

Cura primùm & ſtudio

JACOBI SIGISMUNDI Schellhammers/ Hamb.
in Univerſ. Noricor. t. t. Studiorum causâ commorantis,
concinnatus.

Nunc denuo accurate à non nemine reviſus, varieque auctus, & ſecundæ huic Editioni utiliter accommodatus.

Prior *numerus paginam*, alter ejusdem *paginæ numerum* indicat, ubi unus tantum cernitur, paginæ jam allegatæ *numerus* ſubintelligitur.

A.

AAronis Jus quale fuerit? 28. 40
Abbas mitratus quis dicatur? 412. 77
Abbates qui? 77. 23. in multiplici ſunt differentia. 78. 25. Principali dignitate fulgentes qui? 424. 107
Abbatiſſa quoque dantur apud A. C. addictos. 98. 74. quoad ſeſſionem Prælatis accenſentur. 424. 109
Abbatum electio ad quos ſpectet? 125. 38. benedictio eſt Ordinis Episcopalis, & quid ſit? 229. 92. à quibus & quomodo peragatur? 230. 94
Academia à quorum conceſſione dependeant? 228. 87. 229. 90. ſucceſſerunt ſcholis. 256. 48. ſeq.
Academiarum Cancellarii qui appellentur? 48
Accidentalia Clericis non ſunt deneganda. 216. 52

Accidentalium inæqualitati quomodo conſulendum? 217. 54
Acoluthi referuntur inter Clericos. 72. 8
Actor ſequitur forum rei. 532. 52. ſeq.
Adminiſtratores venerabilium locorum quò referendi ſint? 71. 6
Advocati Eccleſiæ ob quas cauſas conſtituti fuerint? 453. 181
Advocatia Eccleſiæ competit Imperatori. 542. 4. 578. 98. ſeqq. Abbatiæ Quedlinburgenſis eſt penes Electores Saxoniæ. 585. 6. ſeq.
Advocatiæ tutelares quando deſierint? 516. 182
Advocatos Eccleſiis præponendi jus Impp. ſibi reſervarunt. 452. 180
Agenda Eccleſiaſtica quis promulget? 234. 104
Alba quid ſit? 411. 75
Alienata illicitè quis revocare poſſit? 248. 28
Alienationes rerum Eccleſiaſticarum quid comprehendant. 246. 24. cujus conſenſus ad *eas* requiratur? 247. 24. 248. 27. 251. 36. ſeq. *earundem* cauſæ. 247. 25
Altarium conſecratio, diviſio & ſigillum. 220. 64
Altariſten/Altar-Leute quinam vocentur & unde? 71. 6. 85. 40
Ἀνάβασις *Epiſcoporum* an uno eodemque tempore contigerit? 22. 8
Anathematiſmus quid, & an à majore excommunicatione differat? 363. 40
Angelorum ordo & gradus. 395. 23
Animarum cura Epiſcopi eſt, in *qua* ipſius ſe fundat intentio. 513. 4
Annulus Epiſcopalis quid denotet? 410. 71
Ἀνυπεύθυνον *eſſe Papam* an rectè credant Catholici? 521. 27
Apocriſiarii quinam dicantur. 71. 6. 85. 40
Appellationes ſuſpendunt ſententiam. 336. 55. in cauſis Eccleſiaſticis olim ad Impp. fiebant. hodie fiunt ad Epiſcopos & Sedem Rom. 336. 56
Appellationes per ſaltum hic quoque admittuntur. 337. 58. in terris A. C. ad quem fiant? 338. 59
Archicancellariatus dignitatem quis primo obtinuerit, & ubi? 435. 133. ſeq.
Archicancellariatus hodierni qui? 436. 135
Archicancellarii qui dicantur? 435. 132
Archicancellarius Imperatricis quis ſit? 436. 137
Archidiaconi qui vocentur *eorumque* officium. 82. 35. 88. 48
Archiepiſcopi unde dicti ſint? 19. 23. quomodo differant ab aliis. 92. 58. ſeq.
Archiepiſcoporum conſtitutio. 125. 40. officium. 93. 62

 Ar-

Archiepiſcoporum Germanorum numerus. 422. 102
Archimandrita qui? 77. 23
Archipresbyteri qui, eorumque diviſiones. 88. 51. ſeq.
Architectonica poteſtas quænam vocetur à Politicis? 9. 7
de *Arreſtis* ob Jura Epiſcopalia ex Conſtitutionibus agi poteſt. 527. 43
Aſceteria quæ dicantur? 77. 23
Aſſienſis quidam *Epiſcopus* Epiſcopalibus Juribus non contentus. 47. 15
Aſſiſii Canonici qui appellentur? 82. 34
Aſylorum jura an ædibus ſacris competant? 225. 78. ſeqq.
Audientia Epiſcoporum quid valeat? 61. 17. ſeq.
Auſtregis ſede vacante Capitula gaudent. 467. 11
Aviſamenta Moguntina quid contineant? 115. 8

B.

Baculus Paſtoralis eſt ſignum dignitatis Epiſcopalis. 407. 62. quomodo conficiatur. 63
Baculi Paſtoralis ſynonyma. 408. 66
Baculo Paſtorali Epiſcopi hodie in ſcutis ſuis utuntur. 409. 68. olim inveſtiebantur Epiſcopi, ſed poſtea Sceptro. 408. 67. Pontifex ob rationes additas non utitur. 407. 64. ſeq.
Baldachinum quid, & quis eo utatur? 416. 88
Ballivia Commendatorum provincialium quæ ſint? 76. 18
Banniti in quæ reſtituantur? 353. 18
Bannum vocatur denunciatio. 325. 32
Baptizatorum confirmatio eſt Ordinis. 188. 25. quibus competat? 189. 27. in Eccleſiis A. C. in uſu eſſe deſiit. 192. 37
Baſileenſis Epiſcopi *lis* cum *Brixienſi*. 429. 118
Beicht-Pfenning. vid. Nummus Confeſſionarius.
Benedictio conſecrationis vicem obtinet in Abbatibus. 125. 39. eſt pars Ordinis. 231. 98. eſt ſpecies conſecrationis. 221. 67. in quibus locum habeat? 231. 96. quotuplex ſit? 230. 93. quando & ubi peragenda. 231. 97. ſeq.
Benedictio Monaſtica non eſt neceſſaria. 232. 100
Benedictione populi utuntur Eccleſiæ Evangelicæ. 101
Beneficia Eccleſiaſtica quid ſint? 214. 42
Beneficia incompatibilia quæ dicantur? 554. 41
Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſynonyma & diviſio. 206. 16. 214. 24
Bettel-Voigte quibus annumerandi? 72. 7. ſeq.
Bibliothecarius quis dicatur. 434. 131

Blut-

Blut⸗Zehend quid? 273. 97

Bona Eccleſiaſtica duplicis generis eſſe cœperunt. 445. 160. quatenus Laicis concedantur? 448. 171. an Juriſdictio *illis* adhæreat? 449. 172. ſeq.

Bona Menſalia duplicis ſunt generis: 445. 163. ſeq.

Bonorum Eccleſiaſticorum Retentio. 32. 52. Jus, quo gaudent Epiſcopi, refertur ad L. Diœceſanam. 242. 14

Bonorum Menſalium origo & deſcriptio. 441. 149. 445. 162. ratio denominationis. 445. 161. exempla. 448. 170

Brachium ſeculare quando à Judice ſeculari denegari poſſit? 340. 64. quando implorandum? 63. Implorationis *ejus* requiſita. ibid. imploratio hæc in terris A. C. quandoque etiam neceſſaria eſt. 341. 66. ad *ejusdem* auxilium impertiendum quandoque Judex ſecularis anathemate cogi poteſt. 65

Bremenſis lis cum *Verdenſi* de prærogativa deſiit. 428. 114

Brephotrophiorum Præfecti quibus accenſendi? 72. 7

Brixienſis Epiſcopi *lis* cum *Baſileenſi*. 429. 118

C.

Cælibatus lex, quomodo invaluerit, ejusque abuſus. 559. 52. ſeqq.

Calendarium Gregorianum an Dominus territorii, *neglecto Juliano* introducere poſſit? 485. 59. ſeq.

Camboca ſive *Cambuta* paſtoralis. vid. Baculus paſtoralis.

Campanarum benedictio. 221. 65. ſeq.

Campidonenſis Abbas juriſdictionem ab Hildegarde accepit. 451. 177

Cancellarii munere Epiſcopi ferè ſemper functi ſunt. 436. 138. nomen progreſſu temporis quid denotarit? 434. 125. ſeq. officium quid olim fuerit? 433. 128. vox unde derivetur? 432. 126. ſeq.

Cancellarius dicitur quoque Magiſter Scholaſticus. 84. 40

Canonica Epiſcopalis portio quæ dicatur? 275. 102. differt à portione Canonica Parochiali. 277. 107. ſeq.

Canonica portio ex quibus rebus debeatur? 276. 104

Canonicatus quinam inter beneficia incompatibilia referantur? 556. 44

Canonicæ portionis Etymologia. 275. 103. quantitas. 276. 105. hodierna obſervantia. 106

Canonici, qui & unde dicantur? 79. 27. Regulares qui? 81. 31. Seculares qui? 32. in herbis qui vocentur? 82. 34. ſubjiciuntur Juriſdictioni Epiſcoporum. 303. 55

Canonici Juris autoritas crematione

Digitized by Google

ne Decretalium an interverſa? 2. 2. diſpoſitio an Reformatione Religionis ſublata? ibid. ſtudium ob tædioſam prolixitatem cur non ſit negligendum? 3. 9. uſus in terris Proteſtantium. 1. 1. ſeqq.

Canonicorum originis cauſæ. 80. 30. Secularium officium. 82. 33. Collegia dantur penes Noſtrates. 98. 75

Canonicum Jus impugnatur à multis, an rectè? 2, 4. ſeqq.

Cantionibus an Dominus territorii ſubditis interdicere poſſit? 486. 60. ſeq.

Cantores qui appellentur? 83. 37

Capellæ quid, *earumque* conſecratio. 220. 63

Capellani qui vocentur? 88. 50

Capellania honoris quid? 396. 25

Capitula quando Statibus Imp. accenſeantur? 467. 9. Sede vacante, Auſtregis gaudent. 11. ad Comitia vocantur. 468. 12

Capituli conſenſus quando requiratur? 471. 21

Capitulum quid ſit, & quinam *id* conſtituant? 85. 41. an cum Epiſcopo in exercitio Juris Epiſcopalis concurrat? 466. 7. ſede vacante, adminiſtrat Jura Epiſcopalia. 8. ſeqq. 572. 81. ſeq. quosdam actus expedire nequit. 468. 13

Cardinales qui? *eorumque* officium & diviſiones. 95. 67

Carena quæ dicatur? 352. 17. ſeq.

Caſtigatio eſt pœna Canonica. 354. 21

Caſula. vid. Planeta.

Cathedratici quantitas. 264. 68

Cathedraticum quid, *ejusque* exactio. 263. 65. cui ſolvendum? 66. an differat à Synodatico? 67

Cellarii qui dicantur? 85. 40. *illorum* officium. 396. 25

Cenſura Eccleſiaſtica differt à reliquis pœnis. 361. 35. *illius* ſpecies. 37. & finis. 368. 55

à *Cenſura* hominis 370. 58. ſeq. & juris, quis abſolvat? 60

Cenſurarum à Pontifice ſibi reſervatarum numerus. 371. 61. ſeq.

Ceſſatio à divinis affinitatem habet cum Interdicto. 368. 53

Chariſterium. vid. Subſidium Charitativum.

Χειροϑεσίας jure, uſu & effectu æquipollent Presbyteri atque Epiſcopi. 16. 20

Chirothecæ ſunt Epiſcoporum ornamentum. 410. 72. ob quem finem Epiſcopis tradantur? 411. 74

Chor-Epiſcopi qui dicantur? 90. 54

Cidaris bicornis. vid. Mitra Epiſcopalis.

Circada quid? 269. 84

Citati an in propria perſona comparere debeant? 330. 42

Citatio conſtituit initium judicii. 328. 38. *ejusdem* diviſio. 38. ſeq.

Ci-

Civile Jus ab Ethnicis latum idcirco non eſt rejiciendum. 2. 6
Civiles Cauſas in Decretalibus quæ concernunt, penes Proteſtantes quandoque obſervantur. 8
Civilis poteſtatis partem cura Religionis conſtituit. 9. 7
Civitas Epiſcopalis pertinet ad Diœceſin. 148. 24
Civitatenſes qui? 88. 51
Clavium poteſtas quæ? 23. 29. eſt Ordinis. 192. 38. Eccleſiæque Miniſtris à Proteſtantibus conceſſa. 503. 95. ſeq.
Clerici latè omnes Chriſtiani vocantur. 71. 3. ſtrictè quinam vocentur? ibid. Regulares quinam? 71. 5. Seculares quinam? ibid. horum diviſio. 86. 43. cur dignitatem Cancellariatus præ cæteris nacti ſint? 257. 51. Juriſdictioni Epiſcopali ſubſunt. 299. 44. huic renunciare nequeunt. 303. 56. quinam ad conjugia admittantur, vel non? 300. 46. ſeqq. 301. 49. ſeqq. an ad teſtimonium admittendi? 332. 46. an Laicis præferendi tam in genere, quam in ſpecie? 418. 92. ſeqq. quando ad teſtimonium dicendum cogi nequeant? 332. 47. quando privilegium fori in eis ceſſet? 304. 58. ſeqq. 307. 66. ſeqq. *eorundem* nomine quinam veniant? 158. 50. *Quaſi Clerici* an dentur? 71. 5. ſeqq.
Clerici Proteſtantium forum ſortiuntur coram Conſiſtoriis. 506. 102
Coadjutores qui? 90. 54. 91. 56. à quibus dentur? 472. 25
Coadjutorum conſtitutio. 471. 23. diviſio. 91. 56 471. 23. poteſtas eadem eſt cum principali. 472. 27
Coadjutoria irregulares quæ? 26
Cœmiteria quorum auctoritate conſtituantur? 224. 75
Cœmiteriorum conſtitutio & conſecratio eſt Ordinis. 221. 68. *eorundem* privilegia. 222. 69
Cœnobiarcha qui? 77. 23
Collatio Juris Epiſcopalis quomodo olim peracta fuerit? 114. 3. ſeqq.
per *Collationem* acquiritur Jus Epiſcopale. 6
Collationes fideliũ in primitiva Eccleſia fuerunt loco ſalarii. 441. 151. Pontificis in quibus caſibus locum habeant? 114. 6. ſeq.
Commendæ quid ſint, earumque origo. 74. 13. & unde dicantur? 75. 16
Commendatorum diviſio & gradus. 75. 17. ſeqq.
Communio quot abſolvatur partibus. 95. quotuplex ſit? 355. 23. laica & peregrina, an ſit ſpecies cenſuræ Eccleſiaſticæ? 362. 37
Communionis vox quid denotet in antiquis Eccleſiæ Canonibus? 354. 23

 Com-

Compoſitio amicabilis ſemper tentanda. 330. 41
Compromiſſum eſt modus electionis Canonicæ. 120. 22
Concentores pertinent ad Cantores. 86. 45
per *Conceſſionem* Juris Epiſcopalis inferiori Prælato factam reſtringitur Jus Epiſcopale. 544. 12
Concilia celebrandi modus. 261. 61. ſeqq. quomodo apud Proteſtantes convocentur *ea?* 265 71
Conciliorum conditio in primitiva Eccleſia. 259. 56. diſtinctio. 261. 59. ſeq. ſtatus ſucceſſu temporis mutatus eſt. 260. 57. ſeqq.
Concilium Conſtantienſe. 115. 8
Concionum cura ad quos ſpectet, penes Proteſtantes? 191. 36
Concluſionis cauſæ, natura, effectus & alia. 335. 53
Concordata Nat. German. 115. 8. ſeq.
Condictio ex Canone eſt remedium pro acquirendo Jure Epiſcopali competens. 520. 24
Confeſſarius non eſt temere mutandus. 197. 56
Confeſſionem oris conſtituunt Canoniſtæ pœnitentiæ partem. 348. 5
Confirmatio electi Epiſcopi quid ſit? 121. 25. ad quem pertineat 26. quid tribuat? 122. 27. 519. 22. Pontificis non eſt neceſſaria in Epiſcopis A. C. 123. 64
è *Confirmatione* ſequitur Jus adminiſtrandi bona Eccleſiaſtica. 469. 16
ad *Confirmationem* requiritur quoque juramentum. 15
Confirmationem electus Epiſcopus petere debet. 121. 24. aliàs juri ſuo tacitè renunciaſſe cenſetur. 565. 66
Confraternitates pietatis ſolus Epiſcopus admittere poteſt. 229. 89
Conjugati an in veteri Eccleſia ad ſacerdotium fuerint promoti? 558. 49
Conſecratio eſt duplex. 221. 67. confert Epiſcopo plenitudinem poteſtatis. 46. 13. 469. 17. 519. 22
Conſecrationis ritus. 122. 28. 469. 17
Conſilium quomodo à conſenſu differat? 470. 20. ſeq.
Conſiſtoria unde dicantur? 503. 97. ſeq. quinam *ea* conſtituere poſſit? 505. 101. an ordinariam, an delegatam habeant Jurisdictionem? 138. 79. 507. 104. *Saxonica* inter Proteſtantes fuerunt prima. 507. 106
Conſiſtoriorum deſcriptio & diviſio. 505. 100. modus procedendi. 507. 104. Aſſeſſoribus conſultius Theologi miſcentur. 505. 102
à *Conſiſtoriis* cauſas Eccleſiaſticas tractari, neceſſitatis non eſt. ibid. & ſeq.
Conſtitutio Epiſcoporum per Pontificis confirmationem Imperio German. an ſit utilis? 30. 46
Conſtitutionum aliquot, quibus judicia

dicia Eccleſiaſtica confirmata ſunt, ad Juſtinianum usque relatio. 21. 26
Conſuetudine acquiritur JusEpiſcopale. 128. 52
Conteſtatio litis an generalis an ſpecialis in judiciis Eccleſiaſticis neceſſaria ſit? 330. 43
Contractus jurati ſunt mixti fori. 319. 15
Contritio eſt pars pœnitentiæ. 348. 5.
Controverſias Miniſtris Eccleſiæ componendas cur Fideles commiſerint? 17. 21
contra *Contumacem* quomodo procedatur? 329. 40
Conventuales quinam vocentur? 76. 19
Copiatæ qui dicantur? 72. 7
Corbejenſis Abbatis *controverſia* cum *Stabulenſi.* 430. 121
Coronatio in Inaugurationibus Regum quomodo peragenda? 493. 143
Crimina, quorum pœna in utroq; jure eſt determinata, ſunt mixti fori. 220. 17. ſeq.
Curia Chriſtianitatis. vid. Conſiſtoria.
Cuſtodes qui? 83. 37

D.

Decani qui ſint, eorumq; poteſtas. 83. 36
Decani titulo utuntur quoq; Miniſtri Eccleſiæ. 99. 77
Decimæ cur introductæ ſint? 273. 98. ad quid in V. T. conſtitutæ? 28. 39. 441. 150. ubi & quando debeantur? 274. 100. ſeqq.
Decimarum diviſio, 273. 97. homonymia. 272. 96 quantitas. 273. 97
Degradatio quomodo peragatur? 358. 31. realis quid ſit? 30. quomodo dividatur? 357. 29
per *Degradationem* amittitur Jus Epiſcopale. 566. 69
Dei gratia, quatenus Epiſcopi hoc titulo utantur? 405. 57. ſeq.
Delegari poteſt Jus Epiſcopale. 129. 53. 138. 77. ſeq.
Delegati ſunt varii. 130. 57. ſeq.
Delicta quædam Epiſcoporum & Prælatorum tacitam inducunt renunciationem Juris Epiſcopalis. 565. 67
Denunciatio quid? 325. 30. Evangelica quid? 326. 34. hæc eſt duplex. 327. 35. hodieq; rarius fit. 328. 37. regularis quid? 326. 33
Denunciationis diviſio. 325. 31
Depoſitio ex quibus cauſis fiat, & quem habeat effectum? 357. 28
per *Depoſitionem* amittitur Jus Epiſcopale. 566. 69
Detruſio in Monaſterium arctum eſt pœna Canonica. 354. 20
Devolutio ubi & quomodo fiat. 522. 28. ſeqq.
Devolutionis remedium adhiberi quoq; poteſt contra eos, qui Superiori ſubſunt. 28
Diaconi ſunt Majoris Ordinis. 87. 46
Diaconorum diviſio. 48. officium. 47

Digitized by Google

Diaconiſſarum ordo hodie ſublatus. 88. 49
Differentia inter Epiſcopos & Presbyteros nulla quondam interceſſit. 15. 20. 18. 22
Dignitas conſtituit caput Juris Epiſcopalis. 169. 1. ſemper adhæſit functioni Epiſcoporum. 390. 8. ſeq. Epiſcopalis quid? 401. 45. Epiſcoporum A. C. 455. 188
Dignitati quis locus aſſignandus? 389. 1. ſeq. quæ jura annumerentur? 401 45
Dignitatis caput an amittendum? 390. 6. ſeqq. deſcriptio, 394. 20. differentia ab officio & perſonatu. 346. 26. ſeq. & à reliquis Cap. Juris Epiſcopalis. 178. 29. diviſio. 394. 21. ſeq. Homonymia. 20. 397. 29. ſeq. vox abſolute poſita quid ſignificet? 402. 46. ſeq. quænam eſſe dicantur? 51. 22. ſeq. incompatibilis ſuſceptio habetur pro tacita renunciatione Juris Epiſcopalis. 554. 40. hacque ſuſceptione vacat Sedes Epiſcopalis. 555. 43
DiœceſanaLex. vid. Lex Diœceſana.
Diœceſani Juris ſuſpenſio. 33. 53
Diœceſani qui? 88. 51. 152. 35. & 37
Diœceſeos diviſio. 144. 11. ſeqq. origo. 143. 6. ſeqq. 145. 16. ſeqq. fines quomodo probentur? 154. 39
Diœceſis quid? 142. 2. 144. 10. quidque ſub *ea* contineatur? 152. 36
Diœceſis nullius quæ dicatur? 155. 42. & ad quem pertineat? 41
Diœceſium conſtitutio & diviſio invaluit conſuetudine, ac Jure Can. comprobata eſt. 148. 24
Διοίκησις quid ſit, & quid ſignificet? 142. 2. ſeq. 150. 28
Directorii Jus mutatum in Jus Epiſcopale. 25. 32
Directorii ratione lis inter Trevirenſem & Colonienſem orta. 426. 110
Diſceptationem Epiſcopi Venetenſis & Monaſterii Rothonenſis Innocentius III. dijudicat. 47. 15
Diſmembratio Epiſcopatuum quomodo contingat? 549. 25. ſeqq. quatenus in Imperio confirmata ſit? 557. 28
Diſpenſatio quomodo in Eccleſiis Proteſtantium peragatur? 375. 74. refertur ad poteſtatem abſolvendi. 374. 72. ſucceſſu temporis lucroſa facta eſt. 73
Diſpenſationis requiſita. ibid.
Diſputationes Atteſtationum quid? 334. 51
Divortii *cauſa* quænam admittendæ? 376. 77
poſt *Divortium* quis ad ſecundas nuptias tranſire poſſit? 78. & quibus conditionibus. ibid.
Doctores creandi facultas petenda ab Epiſcopis. 156. 49
Dogmatica poteſtas quænam à Politicis vocetur? 9. 7. circa quid verſetur? 14. 14
Domini titulo gaudent Epiſcopi. 405. 56

Digitized by Google

Donationes Epiſcopis factæ. 22. 27
Donum gratuitum quid? 278. 111.

E.

Eccleſia in cauſis ſalutis poſt reparatam ſalutem eſt optimum remedium. 9. 4. conſtat triplici ſtatu. 580. 101. defenſores *ejus* in duplici quondam fuerunt differentia. 581. 103
Eccleſiæ ſucceſſu temporis variæ accreverunt divitiæ, licet ſubinde truces *eam* exercuerint perſecutiones. 442. 152. ſeqq.
Eccleſiaſtica poteſtatis genera. 27. 36
Eccleſiaſticarum cauſarum cognitio ad quem ſpectet? 541. 1. ſeq. quomodo inſtituenda? 544. 10. ſeq. *earum* dijudicatio in Eccleſiis Proteſtantium cui annexa ſit? 543. 7. & quibus præterea nonnunquam competat? 8. ſeq.
Ehrwürdiger in GOtt Vater vocati quondam Archiepiſcopi Bremenſes. 406. 59
Eichſtadienſis Epiſcopi *lis* cum *Spirenſi.* 428. 116
Elbacenſis Abbatis *controverſia* cum *Marbacenſi.* 430. 120
Electio quid ſit? 118. 13. quando fieri debeat? 571. 81. tribuit jus ad confirmationem. 469. 16
Electione acquiritur Jus Epiſcopale. 114. 6. 132. 64. & beneficium Eccleſiaſticum. 203. 5
Electiones Canonicæ in Germania præferuntur Proviſionib⁹. 585. 5
Electionis antecedentia. 119 19. conſequentia. 121. 23. ſeqq. modi. 120. 20. ſeqq. jure qui quondam uſi fuerint? 12. 11
Electus intra menſem conſentire debet. 565. 66
Eligendorum requiſita. 118. 15. ſeq.
Ἐπαρχία quid? 150. 28
Eparchiæ ſunt certi ordines Angelorum. 395. 23
Epiſcopale Jus certo reſpectu eſt Juris Divini & Eccleſiaſtici. 401. 43. differt à Jure Sacrorum, & quomodo? 38. 64. ſeq. 578. 96. ſq. denominatur ab Epiſcopis. 42. 1. 45. 9. certo modo exercetur ab Evangelicis. 4. 12. extra diœceſin non exercetur. 153. 38. à quibus exerceatur penes Proteſtantes? 40. 68. in quos exerceatur? 142. 1. ſq. quibus competat? 38. 67. 99. 79. *ſeqq.* penes Pontificios quibus? 99. 79. *ſeqq.* quibus penes Proteſtantes? 107. 98. *ſeqq.* quibus cauſis ortum & incrementa debeat? 24. 31. *ſeq.* cui Juri adſcribenda. 26. 34. quatenus cum jure territorii cohæreat? 455. 186. 464. 1. quænam contineat? 171. 7. an privative, an vero cumulative inferiori conceſſum cenſeatur? 135. 72. *ſeqq.*
Epiſcopale Jus eſſe meri Juris Eccleſiaſtici demonſtratur. 26. 34. *ſeq.*
Epiſcopale Jus recuperant Proteſtantes per pacificationem religio-

 ligio-

Digitized by Google

ligioſam. 31. 50. *illudq;* exercendi diverſus apud Catholicos & Proteſtantes modus. 541. 1
de *Epiſcopali Jure* varii ſcripſerunt Autores. 3. 10. *ſeqq.*
Epiſcopalis audientia quid ſit ac valeat? 61. 16. *ſeqq.*
Epiſcopalis Juris originationes. 27. 37. ex Decimis deductio. 38. definitio. 45. 10. 47. 14. *ſeq.* incrementa quis exponat? 25. 31. incrementorum variæ cauſæ. 20. 26. *ſeqq.* 29. 42. diviſiones variæ. 48. 15. *ſeq.* 182. 1. *ſeqq.* 389. 3. *ſeqq.* cauſa efficiens. 52. 1. *ſeqq.* modi acquirendi in genere. 113. 1. *ſeqq.* & in ſpecie quoad Eccleſias Proteſtantium. 132. 64. *ſeqq. ejusdem* capita in primitiva Eccleſia. 170. 3. & in hodierna Eccleſia. 169. 1. *ſeq.* 172. 8. *ſeqq.*
Epiſcopalis Juris adminiſtratio quomodo peragatur? 470. 19. contraria. 544. 12. diſtinctio, an admittenda & quatenus. 389. 2. *ſeqq.* 391. 10. *ſeqq.* inter radicem & effectum nulla eſt. 497. 83. effectus eſt duplex. 512. 1. *ſeq.* effectus generalis quid complectatur? 2. exercitium. 464. 1. *ſeqq.* quod paſſim eſt immutatum. 482. 51. *ſeqq.* prætenſa reviviſcentia. 490. 70. *ſeqq.* Proteſtantium de hac diſſenſus cum argumentis. 493. 75. *ſeqq.*
de *Epiſcopalis Juris* ex antiquis moribus *deductione* quid ſtatuendum? 27. 37. *ſeq.*
Epiſcopalis officii plenitudinem per quid acquirat Epiſcopus? 46. 13.
Epiſcopatus an à Sacerdotio ſit diſtinctus? 403. 48
Epiſcopi vox duplicem habet ſignificationem. 43. 3. *ſeqq.* in ſpecie quid denotet? 44. 7
Epiſcopi in primitiva Eccleſia conſtituebantur à Clero & populo. 11. 10. dein ab Imperatoribus Chriſtianis uſq; ad Henricum V. 12. 11. conſtituebantur quoq; ab Apoſtolis. 15. 18. nulla inter *eos* tum temporis erat prærogativa. 15. 19. *ſeqq.* poſtea vero prælati ſunt Presbyteris. 18. 22. nullam tamen habebant jurisdictionem. 18. 23. ſucceſſu autem temporis varia acquiſiverunt Jura. 20. 26. habent enim & poteſtatē ſecularem & Eccleſiaſticam. 22. 27. 465. 2. duplicemq; repræſentant perſonam, 30. 45. 161. 58. 465. 2. 481. 49. nec improbantur à Proteſtantibus. 89. 76. ſunt inviolabiles. 416. 89. annumerantur Ordinibus regni. 439. 145 fuerunt Comitiorum Francorū participes. 440. 146. *ſeqq.* exercent Regalia & Territorii Jura & cur? 453. 103. ſecularem poteſtatem ab Impp. recipiunt. 465. 3. inter ſeipſos prærogativam ex Ordinatione ſortiuntur. 419. 96. ſpondere debent, ſe dignitates Eccleſiaſticas hæreditario Jure haud poſſeſſuros eſſe. 471. 80
Epiſcopi unde vocentur? 42. 2. quinam

nam dicantur? 44. 5. titulares qui? 406. 60. ſine titulo qui? 61. an à Presbyteris differant? 89. 52. an ad conſtitutionem Vicariorum cogi poſſint? 474. 32

Epiſcopi Evangelici non habent duplicem diœceſin. 161. 59. ſeqq.

Epiſcopis cur ſe ſubjecerint Chriſtiani? 288. 11. quando in Laicos juriſdictio competat? 377. 81 ſacra facientibus vim inferens quomodo puniatur? 417. 90. ſeq.

Epiſcoporum dignitas ejusque origo. 397. 32. *ſeqq.* tituli. 403. 49. *ſeqq.* diviſiones. 89. 53. honores & præcedentiæ. 415. 85. prærogativæ. 418. 92. *ſeqq.* gloria in quibus olim conſtiterit? 24. 30. incrementa. 288. 12. *ſeqq.* 450. 174. cauſæ incrementorum. 295. 30. 444. 158. *ſeq.* Juriſdictio. 285. 1. *ſeqq.* 313. 1. *ſeqq.* 347. 1. quæ hodie eſt duplex. 30. 45. 517. 15. jura & judicia publicis confirmata conſtitutionibus. 20. 26. ſcientia ſit mediocris. 118. 16. varia jura, privilegia & immunitates. 412. 78. *ſeqq.* conſtitutio & confirmatio ſpectat ad Pontificem. 453. 184. poteſtas Eccleſiaſtica an confundatur cum Jure territorii. 455. 186. *ſeq.* ſecularis poteſtatis exercitium. 465. 4. cauſæ à quibus terminari debeant? 566. 70. forum 528. 45. *ſeqq.* in cauſis criminalibus. 529. 46

Epiſcopum A. C. tituli & conſtitutio. 455. 188. *ſeqq.*

Epiſcoporum Germanorum dignitas. 421. 101. numerus. 422. 103. *ſeqq.* depoſitionem quis peragere poſſit & debeat?

Ἐπίσκοπος duplicem præ ſe fert ſignificationem. 43. 3. *ſeqq.*

Epiſcopos inveſtiendi ritus. 209. 28

Epiſcopus an nobilis ſit, nec ne, parum refert. 119. 17. ratione exercitii, contra Diœceſanos fndatam habet intentionem. 513. 3. id poteſt in ſua diœceſi, quod Papa in tota Eccleſia. 514. 7. ſeqq. quod applicatur ad Status Imperii Proteſtantes. 515. 11

Equites Hieroſolymitani. 73. 13. ſeq. Johannitici an pro Religioſis habendi? 73. 10. ſeq. horum origo. 13. Malthesii. 73. 13. Mariani. 74. 14. Teutonici an pro religioſis habendi. 73. 10. ſeqq.

Eremitæ qui? 78. 26. ſubſunt juriſdictioni Epiſcoporum. 302. 55

Exactio rationum cui incumbat? 244. 19

Exceptiones omnes hodie litis conteſtationi ſunt ſubjugendæ. 331. 44

Excommunicandi poteſtas quibus ſucceſſu temporis tributa ſit? 363. 42

Excommunicatio eſt pœna medicinalis. 286. 5. *ſeq.* ſpecies Cenſuræ Eccleſiaſticæ. 361. 37. in integras provincias, res publ. & civitates cur non cadat, quidque igitur receptum ſit? 366. 48

Ex-

Digitized by Google

Excommunicatio minor in Eccleſiis A. C. non infrequens eſt. 363. 41. tantumque cadit in Principes. 366. 47
Excommunicationem præcedere debent tres monitiones. 360. 34. per *illam* quis amittat Jus Epiſcopale? 566. 69
Excommunicationis deſcriptio. 362. 38. diviſio. 39. *ſeqq.*
Executio quibus in terris Proteſtantium adſcribatur? 378. 82. piarum cauſarum eſt mixti fori. ibid. piarum diſpoſitionum ad quem ſpectet? 377. 81
Exemti qui dicantur? 421. 100
Exemtio quid ſit & quotuplex? 156. 44. *ſeq.* quomodo probanda? 157. 46. impedit jurisdictionem Epiſcopi. 156. 43. reſtringit jus Epiſcopale. 544. 12
Exemtionem acquirendi modi. 157. 46
Exemtionis effectus. 48
Exilium eſt pœna Canonica. 354. 22.

F.

Falda & *Faldiſtorium* quid dicatur? 415. 86. *ſeq.*
Ferias quis indicere poſſit? 486. 62
Ferula paſtoralis. vid. Baculus Paſtoralis.
Feuda Eccleſiaſtica. 454. 485
Feudorum Regalium origo. 24. 31
Fœdus Spirituale Epiſcopi cum Eccleſia. 519. 21
Foranei qui appellentur? 91. 55
Fori Competentia in Epiſcopis. 529. 46. *ſeqq.*
Fuldenſis Abbas eſt Archicancellarius Imperatricis, *ejusd.* origo. 436. 137. atque lis cum Colonienſi & Magdeburgenſi. 426. 111.
Funeralis quarta, quæ dicatur? 277. 107. deſiit in Eccleſiis Proteſtantium. 109.

G.

Gaſtaldorum Jura. 244. 18
Gefürſtete Aebte / vid. Abbates.
Gladio ſimul cum baculo paſtorali utuntur Epiſcopi in ſcutis ſuis, & quare? 409. 68
Gnädige liebe Herren appellati quondam Epiſcopi Bremenſes. 406. 59
von GOttes Verhängniß. Hoc titulo qui utantur? 58
circa *Gradus* prohibitos quomodo diſpenſari poſſit, & à quo? 376. 76
Gravaminia Nationis Germanicæ. 31. 48
Guardiani qui vocentur? 77. 23.

H.

Hæreſis cauſatur amiſſionem jurium Epiſcopalium. 564. 65
Hæreticorum beneficia an Pontifici ſint reſervata? ibid.
Haus-Commenthur. vid. Commendæ.
Herbipolenſis Epiſcopus jurisdictionem accepit à Pipino. 451. 177. *ejus* lis cum *Wormatienſi.* 428. 115

Hie-

Hierarchia quid ſit & quotuplex? 395. 23. *ſeq. ejus* Homonymia. 396. 25. quanam perſonæ conſtituant *illam?* 71. 2. *ſeqq.* quid Catholici de *eadem* ſtatuant? 56. 1. *ſeq.*
Honorarii qui appellentur? 82. 34
Hoſpitalia cujus conſenſu ſint erigenda? 227. 84. 229. 91
Hoſpitalium Rectores Jurisdictioni Epiſcopali ſubſunt. 303. 55
Hyparchia ſunt certi Angelorum ordines. 395. 23.

I.

Immuratio quid? 354. 19. approbatur Jure Canonico. ibid.
Imperium inter Miniſtros Eccleſiæ cur interceſſerit? 19. 24
Imploratio officii Judicis eſt remedium acquirendi jus Epiſcopale. 520. 24
Inauguratio cui in Germania competat? 438. 141. *ejus* partes. 142
Inaugurationes Regiæ à quibus peragantur? 437. 140
Incompatibilitas eſt duplex. 555. 42. beneficiorum quæ dicatur? 554. 41
Incrementorum Juris Epiſcopalis confirmatio. 25. 33
Indulgentiarum origo & abuſus hodiernus. 372. 65. conceſſio ad quem ſpectet? 196. 51. *ſeqq.* 371. 64. deſcriptio. 372. 66. diviſio. 67. venditio reprobata. 68. *ſeqq.* deque *illis* quid ſtatuant Eccleſiæ Proteſtantium? 375. 54
Indultum quid tribuat? 565. 68. *ejus* deſcriptio. 124. 37
Inſignia Epiſcopalia quæ? 407. 62
Inſpectores Eccleſiarum A. C. dicuntur Superintendentes. 44. 8. & Miniſtri Eccleſiaſtici. 99. 77
Inſpiratio eſt modus electionis. 120. 20
Inſtitutione acquiritur beneficium Eccleſiaſticum. 402. 6
Inſtrumenti Pacis occaſio & inter publicas Imperii Leges receptio. 36. 60
Inſtrumentum Pacis reſtituit Statibus Evangelicis Jus Epiſcopale & poteſtatem Eccleſiaſticam. 37. 61. ſeq.
Interdicti differentia ab Excommunicatione. 367. 48. diviſio. 49. effectus generales. 50. *ſeq.*
Interdictum quid ſit? 366. 48. eſt ſpecies Cenſuræ Eccleſiaſticæ. 361. 37. reprobatur ab Eccleſiis Evangelicis. 368. 54
Interitus diæceſium tollit Jus Epiſcopale. 549. 24
Interventiones quandoque inſtituuntur in cauſis Eccleſiaſticis. 335. 52
Inthroniſticum quid? 264. 69. differt à Cathedratico ibid.
Inventarium quis conficere teneatur? 244. 19
Inventarium Oeconomorum. 250. 34
Inveſtitura Canonica quid? 209. 27. ad quem ſpectet? 210. 29. *ejus* ritus. 209. 28. 212. 39

Inveſtitura de bonis Epiſcopatus ſpectat ad Impp. 454. 185
Irregularitas quid ſit? 362. 37
Judex competens quis ſit in poſſeſſorio cauſarum Eccleſiaſticarum? 315. 4. *ſeqq.* 316. 7. *ſeq.*
Judiciorum Eccleſiaſticorum origo & incrementa. 288. 11. *ſeqq.*
Juramenta quis relaxare poſſit? 377. 79. *horum* materiæ ſunt mixti fori. 318. 13. *ſeq.*
Juramentum eſt modus extraordinariæ probationis in cauſis Eccleſiaſticis. 333. 49. *ejus* diviſiones. 334. 49. calumniæ à quo præſtandum? 50. novi Epiſcopi continet 3. capita. 469. 15
Juriſdictio, quando in exemtos competat? 157. 49. conſtituit caput juris Epiſcopalis. 169. 1. ad *illius* L. quid referatur? 48. 15. *ſeq.* *ejus* intuitu Epiſcopi habent fundatam intentionem. 513. 5. *ejusdem* differentia ab Ordine. 173. 15
Juriſdictio Eccleſiaſtica quomodo intra territorii terminos reſtringatur? 496. 82. ſuſpenſa eſt in terris Proteſtantium. 298. 41. 488. 65. *ſeqq.* 495. 80. *ſeqq.* verſatur vel circa perſonas. 299. 44. *ſeqq.* vel circa cauſas & quas? 313. 1. *ſeqq.* vel circa proceſſum cauſarum. 321. 22. *ſeqq.* vel circa pœnas Eccleſiaſticas. 347. 1. vel circa poteſtatem abſolvendi à cenſuris & pœnis. 369. 55. vel circa concilianda & dirimenda matrimonia. 375. 75. vel deniq; circa relaxationem juramentorum. 377. 79
Juriſdictio Secularis & Eccleſiaſtica quomodo differant? 145. 14
Juriſdictio Epiſcoporum non requiritur ad ſtatum Eccleſiæ Chriſtianæ. 285. 1. *ſeqq.*
Juriſdictionem Eccleſiaſticam Pontifex ad ſe rapuit. 25. 32. qui exerceant in terris Proteſtantium. 506. 63
Juriſdictionis non eſt Sacramentorum collatio. 174. 16. quæ eſſe dicantur? 23. 29. quæ ſunt. delegari poſſunt. 129. 56. easque exercere poteſt Epiſcopus confirmatus. 46. 13
Juriſdictionis Epiſcoporum Romano-Catholicorum ſuſpenſio. 33. 53
Jus conſtituendi Epiſcopos penes quos olim fuerit? 11. 9. *ſeqq.*
in *Jus* ſine venia vocari poteſt Epiſcopus. 242. 13
Juſtitia ſi à Judice ſeculari denegatur, adiri poteſt Judex Eccleſiaſticus. 321. 20.

K.

Kaſten-Voigte. Hos præficiendi poteſtatem Impp. usq; ad Fridericum II. ſibi reſervarunt. 452. 180
Kirchen-Staat / vid. Hierarchia.
Kirchen-Vorſteher / Kirchen-Väter / quinam? 71. 6.

L.

Laici, unde nomen habeant? 159. 52. ſunt incapaces jurium ſpiritualium. 118. 14. non poſſunt eligi in Vicarios. 131. 61. ſubjiciuntur Jurisdictioni Epiſcopi intra diœceſin. 158. 50. *ſeqq.*
Laicorum deſcriptio. 159. 52. *eorum* voce quinam contineantur? 51. *ſeq.*
Landſaſſii, quomodo in quibusdam locis dividantur? 98. 76. an Jurium Epiſcopalium capaces ſint? 484. 55. *ſeq.* habent nonnunquam Conſiſtoria. 505. 101
Legati Miſſi. 96. 68. Sedis Rom. qui, & quomodo dividantur? ibid.
ad *Legem Diœceſanam* quid referatur? 47. 15. *ſeq.* 241. 8. *ſeqq.* 281. 120. ad *Legem Jurisdictionis* quid? 48. 15
Legis Diœceſanæ diviſio. 240. 4. Homonymia. 5. differentia à L. Jurisdictionis. 48. 15. ab Ordine. 240. 7. illius nomine quid deſignetur? 239. 2. *ſeqq.* nonnulla *ejusdem* Superintendentibus, Inſpectoribus ac Decanis commiſerunt Proteſtantes. 503. 95. *ſeq.*
Legitimationis cauſæ ſunt mixti fori. 318. 12
Leodienſis Epiſcopi *lis* cum *Monaſterienſi* & *Oſnabrugenſi.* 429. 119
Lex Diœceſana, an Jurisdictionem comprehendat? 49. 18. an à Jurisdictione differat? 174. 19. *ſeqq.* 389. 4. *ſeqq.* conſtituit peculiare caput Juris Epiſcopalis. 169. 1. ſeparata eſt à Jurisdictione. 57. 26. 240. 6. hodie admodum temperata eſt. 584. 2
Lex Moſaica Sacerdotes ſummos ſummæ ſubjecit poteſtati. 29. 43
Lex Status unde orta & quid comprehendat? 51. 23. 53. 29. *ſeq.*
Linteaminum benedictio. 221. 65
Lites civiles inter primævos Chriſtianos rariores fuerunt. 287. 7. *ſeqq.*
Litis conteſtatio. 330. 43
Luctuoſa quid Hiſpanis ſignificet? 275. 102.

M.

Magdeburgenſis controverſia cum *Salisburgenſi* & *Auſtriaco.* 427. 112. *ſeq.*
Magiſter quis vocetur? 84. 39
Magiſter Ordinis Johannitici in Germania accenſetur Abbatibus Principali dignitate fulgentibus. 424. 108. Ordinis Teutonici annumeratur Epiſcopis. 106. *illius* reditus. 74. 13. *hujus* Sedes, ſeſſio in Comitiis, & alia. 14
Magiſtralis diſtinctio in Ordinem aliaque capita. 392. 13
Magiſtros creandi facultas à quo petenda? 256. 49
Majores Domus quo jure gaudeant? 244. 18

Digitized by Google

Mandata quando decernantur? 328. 38

Manipulus quid ſit? 411. 75

Manſionarii qui dicantur? 82. 34

Manutentione fruitur Epiſcopus ex aſſiſtentia juris communis. 514. 6

Manutentionis remedium competit pro quaſi poſſeſſione Juris Epiſcopalis. 520. 23. 524. 34

Mare magnum quid vocetur? 24. 31. 277. 108

circa *Matrimonia* diſpenſare poteſt Epiſcopus. 375. 75. *ſeqq.*

Matrimoniales cauſæ ſunt mixti fori. 316. 9. *ſeq. Competentia fori* in *eudem* non infert jurisdictionem Eccleſiaſticam. 500. 90. *ſeqq.*

Matrimonio contracto cenſetur quis tacite Epiſcopatui renunciare. 556. 45. *ſeq.* quod in Eccleſiis Proteſtantium non procedit. 557. 47

Matrimonium quo jure Clericis prohibeatur? 48. an contrahere poſſit in ſacro Miniſterio conſtitutus? 558. 50. Pontificii in Clericis pro maximo habent peccato. 561. 57 *ſeqq.* in Eccleſiis Proteſtantium permittitur Clericis. 562. 60

Mediati Imperii an ob fractam Pacem publicam etiam agere poſſint? 527. 42

Medicinalis pœna quæ dicatur? 361. 35. *ejus* differentia à reliquis pœnis. 36. *ejusq.* ſpecies. 37

Menſes Papales reſtringunt Concordata Pontific. 116. 10

Meſarchiæ ſunt certi Angelorum ordines. 395. 23

Metropolitani unde dicti? 19. 23. quomodo differant ab aliis? 92. 58. *ſeq. eorum* conſtitutio. 125. 40

Milites Sacri quibus ſint accenſendi? 72. 104. ſubſunt juris dictioni Epiſcoporum. 302. 55

Miniſterium Eccleſiaſticum gaudet poteſtate quadam. 23. 29. non autem jurisdictione. 19. 23. *ejus* conſtitutio eſt pars regiminis Eccleſiaſtici. 9. 7

Miniſtri Eccleſiæ quomodo dividantur? 99. 77. dicuntur regere Eccleſiam & quomodo? 170. 4. *eorum* conſtitutio eſt Ordinis. 191. 34. 203. 2. *ſeq.* eſt neceſſaria & utilis. 14. 14. controverſias componendi jus à quibus & ob quam rationem *iisdem* commiſſum? 17. 21. utque imperium inter *eos* intercederet, ob quid neceſſarium fuerit? 19. 24

Miſſa interveniente, aut ſine *ea* quæ peragantur? 185. 13

Miſſi & *Miſſi Dominici* qui ſint? 90. 55

Miſſi Regii conſtituti à Carolo M. 293. 25

Mitra Epiſcopalis quid denotet? 409. 69. *ejus* ſpecies & forma. 410. 70. *ſeq.*

Mixti

Mixti fori cauſæ quænam dicantur? 316. 9. *ſeqq.*
Monachi unde vocentur? 76. 19. non reprobantur à Proteſtantibus. 97. 74. ex negligentia Epiſcoporum acceperunt quondam docendi poteſtatem. 187. 20. olim excludebantur à poteſtate clavium. 193. 39. *ſeq.* quod hodie ſecus eſt. 41. *ſeqq.*
Monaſteria abſolute non rejiciuntur ab A. C. addictis. 232. 100. exemta ſunt à L. Diœceſana. 254. 42. *eorum* exſtructio eſt Ordinis. 226. 82
Monaſterienſis Epiſcopi *controverſia* cum *Leodienſi* & *Osnabrugenſi.* 429. 119
Moniales, vid. Monachi.
Monitiones tres præcedere debent pœnas Eccleſiaſticas graviores. 360. 34
Monitionum iſtarum intervalla & modus. ibid.
Mortuarium quid ſit? 276. 104
Murbacenſis Abbatis *lis* cum *Elbacenſi.* 430. 120

N.

Naturale Jus nullam Sacerdotibus conceſſit jurisdictionem. 29. 43
Nominatio quid ſit, *ejusque* diviſio. 122. 29. & affinia. 123. 30. *ſeqq.*
Nominandi jus Patronis competit. 204. 6. quandoque etiam non Patronis competit. 211. 33
Notarii an ab Epiſcopo poſſint creari? 416. 89
Novitii qui dicantur? 77. 22
de *Nummo Confeſſionario* quid ſtatuendum? 216. 53
Nuncii Apoſtolici qui dicantur? 96. 68. Recurſus ad *eos* improbatur. 339. 60

O.

Obedientia Canonica à quibus debeatur? 241. 10. *ſeqq.* ad quid referatur? 8. *ſeqq.*
Ober-Pfarrer / qui? 99. 77
Obitus Epiſcopi tollit jus Epiſcopale. 571. 80
Oeconomi quinam ſint? 71. 6. quinam eſſe poſſint? 243. 17. quomodo differant à vice-Dominis? 71. 6
Oeconomorum officium. 243. 16. conſtitutio ad quos ſpectet? ibid. ad quos in terris Proteſtantium? 250. 32. *ſeq.*
Officiales vocantur Vicarii à Curia Romana. 478. 42. *eorum* diviſio in quibusdam Diœceſibus. 479. 43. ab *eorundem* cauſis cognitioni ſubjectis quando appellandum & ad quem? 44. *ſeqq.*
Officii deſcriptio & differentia à dignitate. 396. 26
Oratoriorum conſecratio. 219. 62
Ordinarius quandoque vocatur Epiſcopus. 152. 36
Ordinatio ad quid conducat? 204. 7. quomodo ad Epiſcopos tranſierit? 399. 36. ſeq. conſtituit prærogativam inter Epiſcopos. 419. 96. *ejus* requiſita. 206. 16. 207.

Digitized by Google

207. 20. *ſeqq.* *ejusque* adjuncta in Eccleſiis A. C. 210. 31. *ſeqq.*

Ordinationes Eccleſiaſticas concedendi poteſtas eſt certo reſpectu Ordinis. 233. 102. quis concedere poſſit & quomodo? 103. quis in Terris A. C.? 234. 104

Ordines majores qui vocentur? 87. 46

Ordinis deſcriptio. 182. 4. differentia à jurisdictione. 173. 15. particulam Proteſtantes Superintendentibus, Inſpectoribus ac Decanis commiſerunt. 503. 95. *ſeq.*

Ordinis quæ eſſe dicantur? 23. 29. 182. 5. 184. 12. quæ ſunt, ad quem ſpectent? 183. 6. *ſeqq.* delegari nequeunt. 129 54. ſeq. quomodo diſcernantur ab iis, quæ jurisdictionis ſunt? 51. 21. 52. 25. 389. 5

Ordinis aut *L. Diœceſana* quæ ſunt, an Jurisdictionis, & vice verſa, quædam ſint? 392. 13

Ordo comprehenditur ſub voce Jurisdictionis latè ſumta. 49. 16 quid ſit in genere? 182. 1. quid in ſpecie? 2. *ſeqq.*

Ordo qualitatis præfertur Ordini temporis, quoad prærogativam. 420. 98. *ſeq.*

Ornamenta Pontificalia quæ dicantur? 411. 76

Orphanotrophiorum Præfecti, vid. Brephotrophiorum Præfecti.

Ortus ac incrementa Juris Epiſcopalis. 24. 31. *ſeq.*

Oſnabrugenſis Epiſcopi *lis* cum *Leodienſi* & *Monaſterienſi.* 429. 119

Oſtiarii referuntur inter Clericos. 72. 8.

P.

Pacific. Relig. membra. 32. 51

Pallii redemtio. 126. 43. negligitur ab Epiſcopis A. C. 132. 64

Pallium quinam concedant? 125. 42. *ſeqq.* quinam eo utantur? 41. 411. 76. 469. 15

Parabolani qui ſint? 72. 7

Παρέχειν quid? 156. 29

Parochiarum variæ ſignificationes & deſcriptio. 150. 28. *ſeqq.* nec non diviſio. 151. 31

Πάροικον quem Græci vocent? 150. 29

Paſtoralis poteſtas vocatur Jus Epiſcopale. 45. 9

Paſtores ab Apoſtolis ſunt conſtituti. 15. 18. *Primarii* qui vocentur? 99. 77

Patriarcha qui & quomodo ab aliis differant? 92. 58. *ſeq.* *eorum nomine* quinam veniant? 94. 63. *ſeqq.*

Patroni habent Jus nominandi. 204. 6. & præſentandi in beneficiis Patronatus. 206. 17. quos præſentari poſſint? 15. *ſeq.*

Pauperum cura ad Epiſcopos pertinet. 21. 26

Pax religioſa Proteſtantibus reſtituit Sacrorum Jura. 31. 50. quid complectatur? 32. 51. *ſeq.*
Pedum, vid. Baculus Paſtoralis.
Perſona Eccleſiaſtica nec ad bannum agere, nec banno ab Imp. plecti poſſunt. 526. 41
Perſona miſerabiles quænam ſint? 255. 45
Perſonarum miſerabilium cauſæ ſpectant ad Jurisdictionem Eccleſiaſticam. 320. 19. cura eſt L. Diœceſanæ. 254. 44. *ſeq.* hanc quis habeat in terris Proteſtantium. 321. 21
Perſonatus deſcriptio & differentia à dignitate. 396. 26. *ſeqq.*
de *Pignorationibus* ob jura Epiſcopalia ex Conſtitutionibus agi poteſt. 527. 43.
Planeta eſt Epiſcoporum veſtimentum. 411. 75
Pœna Eccleſiaſtica an Jurisdictionis, an vero Ordinis ſint? 347. 2. *ſeq.* quotuplices ſint? 351. 11
Pœna vindicativa quæ dicantur? 13. *harum* ſpecies. 14. *ſeqq.*
Pœnitentia Eccleſiaſtica quotuplex? 348. 4
Pœnitentiæ Eccleſiaſticæ tres conſtituuntur partes à Canoniſtis. 5. redemtio. 195. 48. *ſeqq.* 350. 8. negligitur ab A. C. addictis. 9. *ſeqq.*
Pœnitentiæ Eccleſiaſticæ publicæ ritus in primitiva Eccleſia. 349. 6. ſtationes diverſæ. 7
Pœnitentiam Eccleſiaſticam imponendi poteſtatem habet Epiſcopus. 195. 47
Pönitentz-Pfarre quæ dicatur? 354. 23
Pontifex eſt ſupremus Epiſcopus. 95. 67. Epiſcopos appellat Fratres. 397. 31. ex hypotheſi Catholicorum conveniri nequit, cum ſuperiorem non recognoſcat. 521. 25. *ſeqq.* exercet jura Sacrorum in Sede Apoſtolica. 582. 106
Pontifices reſervarunt ſibi certos pœnitentiæ gradus. 195. 45
Pontificis electio. 125. 40. confirmatio ad conſtituendos Epiſcopos hodie neceſſaria eſt. 30. 46. an è re reip. noſtræ? ibid.
Poſtulantes poſt præſentationem Superiori factam recedere nequeunt. 518. 19
Poſtulatio dependet à ſola gratia Superioris. 18. eſt modus acquirendi Jus Epiſcopale. 114. 6. & beneficia Eccleſiaſtica. 203. 5. eſt ſubſidiaria electionis. 123. 32
Poſtulationis deſcriptio. ibid. diviſio. 33. *ſeq.* ſubjectum activum & paſſivum. 124. 35
Poteſtas Eccleſiaſtica eſt duplex. 23. 29. ejus genera. 27. 36. ejusque ſpecies reducuntur ad Ordinem & jurisdictionem. 50. 20
Poteſtas Epiſcoporum major & laxior eſſe

Digitized by Google

or eſſe quo tempore cœperit? 22. 27

Poteſtas Miniſterio Eccleſiaſtico competens qualis? 23. 29

ad *Poteſtatem Eccleſiaſticam* ſpectantia Jura quomodo acquirantur? 469. 14

Præbendæ quid, *earumque* diviſio. 214. 43. quibus debeantur & unde colligendæ? 44. ſeq.

Præcedentia, vid. Proëdria.

Præcentores quo referantur? 86. 45

Præceptores vocantur Commendatores. 75. 15

Præceptoria vocantur Commendæ. ibid.

Prædicandi poteſtas pertinet ad Ordinem. 186. 17. *ſeqq.*

Prælatorum diviſio. 97. 72. in duo Collegia. 425. 109. ſeſſio & prærogativa. ibid. *eorum* nomine quinam veniant? 96. 71

Prærogativa Senioribus conceſſa. 18. 22

Præſcriptione acquiritur Jus Epiſcopale. 127. 46. *ſeqq.* 135. 69

Præſtaria, vid. Precariæ.

Præſumtionis diviſio & effectus. 333. 48

Precariæ quid? 245. 20. in quibus rebus conſtituantur? 21. *earum* origo. 246. 22. *ſeq.*

Presbyteri unde dicantur? 42. 2. quinam hoc nomine veniant? 44. 7. qui & quomodo dividantur? 88. 50

Presbyteri Laici qui vocati ſint? 581. 104

Presbyteris Seniores ordinis gratia prælati. 18. 22

Presbyterium quid ſignificet? 16. 20

Pretium in rebus ad victum neceſſariis aliisque mercibus definire an ad officium Epiſcopi pertineat? 21. 26

Primarium Precum Jus competit Imperatori. 542. 5. 578. 98. *ſeqq.*

Primates qui dicantur? 93. 62. eorum conſtitutio. 125. 40

Primicerii qui nominentur? 83. 37

Primitiæ in V. T. ad quid conſtituti ſint? 441. 150

Principatus quando ad Epiſcopos tranſierit? 399. 38. *ſeqq.*

Principum Imperii diviſio. 465. 2. *ſeqq. Eccleſiaſticorum* differentiæ à Secularibus. 5. *ſeq.*

Priores quinam dicantur? 81. 35. in multiplici ſunt differentia. 77. 24

Privilegio Pontificis acquiritur Jus Epiſcopale. 126. 45

Probatio peragitur duobus modis. 331. 45

Proceres A. C. duplicem repræſentant perſonam. 109. 103

Proceſſus quinam in cauſis Eccleſiaſticis obtineat? 321. 22. *ſeqq.*

Proceſſus diviſio. 323. 44. Eccleſiaſtici modus. 324. 29. *ſeq.* in cauſis Eccleſiaſticis quædam ſpecialia. 28. ſummarii cauſæ. 323. 25. *ſeq.*

Procurationes quid, & cui debeantur? 269. 84. cui ſolvantur, quot, & quoties? 85. *ſeqq. illarum* exa-

exactio pertinet ad L. Diœceſanam. 84
Proëdria varia inter varios *controverſia.* 426. 110. *ſeqq.*
Proëdriæ controverſiæ an Eccleſiaſticis conveniant? 431. 123. *harum* deciſio ad quem pertineat? 432. 124. *earumque* origo. 125
Profeſſi qui dicantur? 77. 22.
Proteſtationes, ratione Proëdriæ, hodie interponuntur in Comitiis. 431. 122
Πρωτοχειροτονηθέντες qui? 18. 22
Protodiaconi, vid. Archidiaconi.
Protoſcriniarius quis dictus fuerit? 434. 131
Πρωτοϛασίαν in quovis Collegio aliquis habeat neceſſarium eſt. 17. 21
Proviſiones Papales quid? 115. 7
Pſalmiſtæ quotuplices fuerint, & quo referendi? 86. 45

Q.

Quæſtores S. Palatii dicti ſunt Cancellarii. 434. 130
Quarta decimationum eſt L. Diœceſanæ. 272. 96
Quarta Mortuariorum quid ſit? 276. 104. ſpectat ad L. Diœceſanam. ibid.
Quedlinburgenſis Abbatia Advocatiam aliaque jura habent Electores Saxoniæ. 585. 6. *ſeqq.*
Querela Nationis Germ. 31. 47. *ſeq.* 297. 36. *ſeqq. earum* aut nullus aut exiguus admodum fuit effectus. 298. 39. *ſeqq.*

R.

Reconciliatio & Reconſecratio templorum intelligitur ſub conſecratione templorum. 219. 61. *quæ* tamen hodie in uſu eſſe deſiit. 223. 73
Reconſecratio quando admittatur? 224. 74
Reconventio quando locum habeat in judicio Eccleſiaſtico. 335. 52
Redemtio quomodo fiat, & quotupliciter? 195. 48. *ſeq.*
Reformati eodem jure utuntur cum A. C. Conſortibus. 487. 63. *ſeq.*
Regimen Eccleſiæ externum neceſſarium eſt. 9. 5. & duabus conſtat partibus. 6. *ſeq.*
Regula communionis fundamentalis. 9. 5
Regula Auguſtini, Baſilii, Benedicti, Franciſci. 76. 20
Regulares quinam vocentur? 19. pertinent ad jurisdictionem Epiſcopi. 302. 55
Relegatio eſt pœna Canonica. 345. 22
Religio ejus eſt, cujus eſt regio. 516. 12. ad *illam* nemo eſt cogendus. 13
Religiones tres in Imperio ſunt receptæ. 483. 54
Religionis & Sacrorum cura. 9. 6. eſt

Digitized by Google

eſt pars Regiminis Eccleſiaſtici. ibid. 541. 3
per *Religionis ingreſſum* renunciat quis tacite Juri Epiſcopali. 563. 61. nec non per *mutationem Religionis*. 62
Religionum totalis compoſitio vix ſperanda. 494. 77. *ſeq.*
Religioſarum domuum proviſio eſt L. Diœceſanæ. 253. 40. *ſeq.*
Remedia acquirendi Jus Epiſcopale quænam? 518. 17. *ſeqq.* pro aſſerendo Jure Epiſcopali ſunt duplicia. 17. *petitoria* Juris Epiſcopalis. 527. 44. *poſſeſſoria* Juris Epiſcopalis 524. 34. *ſeqq.* tuendi Jus Epiſcop. jam tum acquiſitum. 523. 33. *ſeqq. hæc* ſunt duplicia. ibid. *Extrajudicialia* quænam ſint? ibid. *Judicialia* iterum ſunt duplicia. 524. 34
Remedio ex *Can. Redintegranda. cauſ. 3. qu. 1.* novum Jus introductum non eſt. 524. 36. *ſeq.* quod contra Decretalium eſt ſententiam. 525. 38. *ſeqq.*
Remiſſio Capituli reſtringit Jus Epiſcopale. 545. 13. *ſeq.*
Remotio ex quibus cauſis fiat & quem habeat effectum? 357. 28
Renunciatio tollit Jus Epiſcopale. 551. 29. fit vel pure, vel ſub conditione. 553. 35. in Epiſcopis Germanis rara eſt. 36. *ſeqq. ejus* cauſæ 532. 34. 551. 31. *ſeq.* quarum cognitio inſtituenda eſt. 552. 33
Renunciatio expreſſa cujus conſenſu fieri debeat? 551. 30
Renunciatio tacita colligitur ex variis modis. 554. 39
Reſervatio dependet à ſola Superioris gratia. 518. 18
Reſervationes Papales quid? 115. 7
Reſervatum Eccleſiaſticum quid? 563. 62. *ejus* hiſtoria cum proteſtationibus Proteſtantium. 63. *ſeqq.*
Reſponſales qui dicantur? 71. 6
Reſtitutio eſt remedium ſententiæ ſuſpenſivum. 338. 60
Retentio bonorum Eccleſiaſticorum. 32. 52
Reverentia refertur ad L. Diœceſanam. 241. 8. *ſeqq.* quis præſtare *illam* debeat? 10. *ſeqq.*
Rothonenſis Monaſterii & *Venetenſis Epiſcopi* de Eccleſiarum ſubjectione *diſceptatio* Innocentii III. declaratione diſcernitur. 47. 15

S.

Sacerdotium quondam Patres eorumque primogeniti ad Aaronem usque exercuerunt. 14. 16. *ſeq.*
Sacrorum cura eſt pars Regiminis Eccleſiaſtici. 9. 6. & poteſtatis civilis. 7. vel potius totius Eccleſiæ. 10. 7. in V. T. fuit penes Antiſtites & Reges. 10. 8. jus circa Sacra tamen Ordini Levitico non fuit conceſſum. 28. 41. in N. T. fuit penes Impp. non excluſo tamen populo. 11. 9

Sacro-

Sacrorum curam aſſignant Catholici Pontifici. 12. 12. 578. 97. *ſeq.* Evangelici verò & quidam ex ipſis Pontificiis, Rex nimirum Galliæ ac Reſpubl. Veneta ei *hanc* denegant. 13. 13
Sacrorum Jura receperunt Proteſtantes per Pacificationem Religioſam. 31. 50. per quos exerceantur *ea*? 40. 68. 581. 104.
Sacrorum Jus differt à Jure Epiſcopali & quomodo? 38. 64. *ſeq.* 578. 96. *ſeqq.* quibus conſtet. 38. 65. quid complectatur? 39. 66. duo complectitur membra. 580. 103. ad quem hodie ſpectet? 159. 54. cui competat in Eccleſiis Proteſtantium? 580. 102. 582. 107
Sacramenta adminiſtrandi poteſtas pertinet ad Ordinem. 188. 24
Sacriſtæ quinam appellentur? 83. 37
Salaria quomodo conſtituenda ſint? 216. 50. *ſeq.*
Salariorum Clericorum conſtitutio eſt Ordinis. 213. 41
Sanctio Conſtantini magnam jurisdictioni Epiſcopali contulit autoritatem. 21. 26
Sandalia quid? 410. 72. diſtingvuntur à caligis. ibid.
Satisfactionem habent Canoniſtæ pro parte pœnitentiæ. 348. 5
Scholæ olim erant in duplici differentia? 255. 46. *ſeqq.* *earum exſtructio* & *cura* ad quem pertineat? 227. 86. 229. 90. in terris Proteſtantium cui *hæc* incumbat? 258. 52. *ſeq.* *Jus* circa *easdem* pertinet ad L. Diœceſanam. 255. 46
Scholarchus & *Scholaſticus* quis appelletur? 84. 39
Scholarium cauſas quis dijudicet? 377. 80
Scrutinium eſt modus electionis. 120. 21
Seceſſio Germanorum ab Eccleſia Romana cur & quando facta? 31. 49
Seculariſatio quotupliciter accipiatur? 249. 29. quis *eam* permittat de Jure Canonico? ibid. in quibus rebus concedatur? 36. à quibus in Germania fiat? 252. 38. *ſeq.*
Seniores eligebantur olim ad dignitates Eccleſiaſticas. 398. 34. Presbyteris olim *præpoſiti* prærogativam quandam habuerunt. 18. 22
Sententiæ ob quas cauſas & à quo in judicio Eccleſiaſtico proferenda? 335. 54
Sigillum Confeſſionis adſtringit Sacerdotes. 196. 53. quibusdam caſibus ceſſat. 197. 55
Societas optimum eſt remedium ad conſervationem Juris Naturalis poſt lapſum. 8. 2. *ſeq.*
Speculatores qui vocentur? 44. 7.
Statum Imperii an Imperator absque conſenſu aliorum Conſta-

tuum banno notare poſſit? 569. 76. *ſeq.* An Cameræ *hac poteſtas* tribuenda, nec ne? 570. 78
Status A. C. duplicem ſuſtinent perſonam. 38. 63
Status Imperii Eccleſiaſtici pœnâ banni puniri nequeunt, ſed privatione ſolum Regalium. 568. 74
Status Imperii Evangelici ubi Conſiſtoriales ſuas cauſas tractent? 165. 70. *ſeqq.* 167. 73. 491. 73. *ſeq.* 501. 91. *ſeq.*
Status vocabulum quid denotet? 393. 17. *ſeq.*
Stola quid? 185. 13
Stolæ jura quæ ſint? 54. 34. 185. 14. *ſeqq.* annumerantur aliàs juribus Parochialibus. 186. 16. Clericis non ſunt deneganda. 216. 52. exiguntur ab iis, qui in aliena parochia ſepulturam eligunt. 278. 110
Studioſorum cauſas quis dijudicet? 377. 80
Subjectio refertur ad L. Diœceſanam. 241. 8. *ſeqq. illam* qui præſtare debeant? 10. *ſeqq.*
Subſidiariæ cauſæ quænam eſſe dicantur? 320. 19. *ſeqq.*
Subſidium charitativum pertinet ad L. Diœceſanam. 278. 111. extorquetur quoque ab invitis. ibid. à quibus exigatur? 279. 113. quomodo exigendum? 281. 118. quinam *illud* exigant? 279. 112. *ejusdem* quantitas & cauſæ exactionis. 280. 116. nec non uſus hodiernus. 281. 119
Succentores ad quos referendi? 86. 45
Succeſſor Eccleſiaſticus in quantum ex obligatione defuncti teneatur? 573. 85. *ſeqq.* in quantum obligetur ad conjugium cum filia vel vidua defuncti? 577. 93
Succinctorium quid ſit? 411. 75
Suffraganei quinam ſint? 93. 61. 421. 100
Superintendentes quoque vocantur Epiſcopi. 44. 7. dicuntur quoque Miniſtri Eccleſiæ. 99. 77. particulam tantùm Juris Epiſcopalis habent. 108. 100. quamnam habeant poteſtatem & in quos? 163. 64. quotannis Clericos ſuos convocare debent. 266. 75. *Eorum* officium in terris A. C. 191. 35. *Eosdem* conſtituendi ratio. 163. 63
Superintendentium aliorumque Inſpectorum functiones in Eccleſiis A. C. quomodo finiantur? 578. 95
Superioritate territoriali acquirunt Proteſtantes Jus Epiſcopale. 133. 66. *eidem* annexa eſt poteſtas cauſas Eccleſiaſticas à Conſiſtoriis avocandi. 507. 105
Suppreſſio Epiſcopatuum quomodo contingat. 549. 25
Suſpenſio eſt ſpecies Cenſuræ Eccleſiaſticæ. 361. 37. rarius eſt peragenda. 547. 19. differt à Suſpen-

Digitized by Google

penſione Canonica Epiſcoporum. 488. 67. ſeqq.
Suſpenſio Juriſdictionis Epiſcopalis quid facta? 32. 53. qualis fuerit? 34. 54. ſeq. quænam controverſiæ eam ſecutæ ſint? ibid.
Suſpenſionis deſcriptio. 546. 15. differentia à ſuſpenſione Juris Diœceſani & Juriſdictionis Eccleſiaſticæ. 548. 22. effectus in Eccleſiis A. C. 20
Suſpenſus quos actus peragere poſſit, & à quibus cenſeatur ſuſpenſus. 546. 16. ſeqq.
Suſtentatio Clericorum eſt Ordinis. 213. 41. ad quos ſpectet in Eccleſiis A. C. 215. 48. ſeq.
ad *Suſtentationem* quænam Clericis aſſignentur? 216. 50
Synodales cauſa quænam ſint? 262. 62
Synodaticum non eſt ſublatum per Concil. Trid. 265. 70. plura de eo vid. ſub voce Cathedratici.
Synodita qui? 78. 26
Synodos convocandi Jus Archiepiſcopis cur datum? 181. 23
Synodum convocandi Jus eſt L. Diœceſanæ. 259. 55.

T.

Taxa Cancellariæ Apoſtolicæ in diſpenſationibus ob quid ſit formata? 374. 53
Templi ædificandi & conſecrandi poteſtas eſt Ordinis. 217. 55. cujus olim fuerit? 56. ſeq.
Templa in quibus caſibus deſtrui poſſint? 250. 31
Templorum conſecratio in terris A. C. quomodo peragatur? 222. 70. ſeq. hujus conſecrationis ritus. 218. 60 223. 72
Teſtamentorum cauſa quandoque ſunt mixti fori. 319. 15
Titulares Epiſcopi quinam vocentur? 406. 62
Tituli varii Epiſcoporum. 403. 94
Tituli nomine quid veniat? 574. 87. veniunt Bona menſalia Epiſcopi. 446. 166. hi tituli an alienari poſſint? 447. 167. ſeqq.
Titulo vacua bona poſſunt ab Epiſcopo in feudum dari. 575. 88. quatenus autem hic ſucceſſor teneatur, quæritur? 89. ſeqq.
ſine *Titulo* qui appellentur? 406. 61
Tonſura prima quæ ſit & ad quid conducat? 86. 45
Tractatuum de Jure Epiſcop. relatio. 3. 10. ſeq.
Tractus idem eſt, quod diœceſis. 143. 4. ſeq.
Translatio Clericorum in deteriorem parochiam eſt pœna Canonica. 354. 23. & magis approbanda quam remotio. 356. 25
Translatio Prælatorum adhæret Poſtulationi. 124. 36
Translatione cenſetur quis renunciaſſe priori Eccleſiæ. 565. 68
Trevirenſis lis cum *Colonienſi* ratione directorii. 426. 110

Digitized by Google

Tunica Epiſcoporum qualis ſit? 411. 75

Turni vocabulum quid ſignificet? 512. 30. *ſeqq.*

per *Turnos* ſi diviſa ſit proviſio inter Epiſcopum & Capitulum, & intra tempus deſtinatum non fiat collatio, devolutio fit ad Superiorem. 30. hodie ad Pontificem. 513. 32

U.

Vaſorum Sacrorum benedictio. 219. 65. *ſeq.*

Venetenſis Epiſcopi & *Rotbonenſis Monaſterii diſceptatio.* 47. 15

Verberatio eſt pœna Canonica. 354. 21.

Veſpillones quibus annumerandi? 72. 7.

Viaticum quid ſignificet? 369. 56. quis concedere poſſit? 57

Vicariatûs inſtrumenti formula. 476. 40

Vicarii quinam vocentur? 90. 54. *ſeq.* quomodo dividantur? 55. 106. 95. *ſeq.* 473. 28. *ſeqq.* ſunt varii. 130. 57. *ſeqq.* vocantur quoque Miſſi Domini ac Miſſi. 90. 55. nec non Officiales. 478. 42

ad *Vicarii adminiſtrationem* quænam res non pertineant? 475. 36. *ſeqq.*

Vicarii nati particulam tantum Juris Epiſcopalis habent. 106. 95

Vicariis datis quid competat? 96

Vicariorum Jurisdictio quomodo finiatur? 478. 41.

Vicarios conſtituendi modus. 476. 39

in *Vicarios* quinam poſſint aſſumi? 474. 33. *ſeq.*

Vicarius generalis qualem habeat poteſtatem? 475. 35

Viceçancellarius Pontificis quis dicatur? *ejuſd.* dignitas. 434. 131

Vicedominorum jura & officium. 244. 18

Virga paſtoralis, vid. Baculus paſtoralis.

Viſitandi Jus pertinet ad L. Diœceſanam. 267. 77. quibus competat? 78. *ſeq.* quapropter inſtituatur? 80. *ſeq.* quando & quomodo inſtitui debeat? 268. 82. *ſeq.* quibus in terris Proteſtantium incumbat? 271. 89

Viſitatio quomodo à Proteſtantibus peragatur? 90. *ſeqq.*

Viſitationes ſunt variæ. 267. 77.

Unctio in baptiſmo eſt liberæ voluntatis. 188. 26. quomodo peragatur? ibid.

Unctionis ritus in Inaugurationibus. 439. 142

Vocatio Miniſtrorum Eccleſiæ latè ſumta quænam contineat? 103. 4. *ſeqq.*

Vocationem extraordinariam quinam habeant? 71. 4. quinam ordinariam? 5

Vota